This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

ASHMOLEAN LIBRARY
OXFORD

Ex Libris
EDUARD FRAENKEL
Corpus Christi Professor of Latin, 1935–53

1970

N. i 575 b

PV/

CONFINED

303537395

Eduard Fraenkel

1944

VERTRAG VON

BIBLIOTHECA GRAECA

VIRORUM DOCTORUM OPERA RECOGNITA ET COMMENTARIIS INSTRUCTA

CURANTIBUS

FRIDERICO IACOBS

ET

VAL. CHR. FR. ROST.

A.

POETARUM

VOL. IX.

CONTINENS

SOPHOCLIS TRAGOEDIARUM VOL. I.

ED.

EDUARDUS WUNDERUS.

EDITIO TERTIA.

GOTHAE ET ERFORDIAE
SUMPTIBUS GUIL. HENNINGS.
MDCCCXLVIII.

LONDINI APUD ALEX. BLACK.

SOPHOCLIS

TRAGOEDIAE.

RECENSUIT ET EXPLANAVIT

EDUARDUS WUNDERUS.

VOL. I. SECT. I.

CONTINENS

PHILOCTETAM.

EDITIO TERTIA.

GOTHAE ET ERFORDIAE
SUMPTIBUS GUIL. HENNINGS.
MDCCCXLVIII.

LONDINI APUD ALEX. BLACK.

ASHMOLEAN
OXFORD
MUSEUM

ERFORDIAE
TYPIS HENNINGS & HOPF.
1848.

PRAEFATIO EDITIONIS TERTIAE.

Differt nonnihil tertia haec editio a prioribus. Amputavi enim commentarium, ita ut et criticas, quae dicuntur, et grammaticas adnotationes abiicerem, quaecunque ad poet. verba illustranda non necessariae esse viderentur. Quod eo magis faciundum putavi, quo saepius animadverti eos, qui legerent divinum poetam, adnotationibus illis inductos esse, ut in verbis multo plus quam in rebus intelligendis laborarent. Legendas autem eo consilio praestantissimas illas tragoedias apparet, quo scriptas esse scimus. Nihilominus quemadmodum illud sedulo agendum putavi, ut nihil eorum, quae ad rem grammaticam spe-

ctarent, obscurum esset iis, quorum potissimum in usum facta haec editio est, ita diligenter cavi, ne aut de singularum partium fabulae argumento aut de personarum vitiis et virtutibus aut de arte et consilio poetae ea proferrem, quae verbis recte intellectis quum ceteri lectores sua sponte tum etiam discipuli duce ac moderante magistro facile per se ipsi possent investigare.

E. W.

ΣΟΦΟΚΛΕΟΥΣ
ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.
ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.
ΧΟΡΟΣ.
ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.
ΕΜΠΟΡΟΣ.
ΗΡΑΚΛΗΣ ΕΠΙΦΑΙΝΟΜΕΝΟΣ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΦΙΛΟΚΤΗΤΟΥ.

Ἀπαγωγὴ Φιλοκτήτου ἐκ Λήμνου εἰς Τροίαν ὑπὸ Νεοπτολέμου καὶ Ὀδυσσέως καθ' Ἑλένου μαντείαν, ὃς κατὰ μαντείαν Κάλχαντος, ὡς εἰδὼς χρησμοὺς συντελοῦντας πρὸς τὴν τῆς Τροίας ἅλωσιν, ὑπὸ Ὀδυσσέως νύκτωρ ἐνεδρευθεὶς, δέσμιος ἤχθη τοῖς Ἕλλησιν· ἡ δὲ σκηνὴ ἐν Λήμνῳ. ὁ δὲ Χορὸς ἐκ γερόντων τῶν τῷ Νεοπτολέμῳ συμπλεόντων. κεῖται δὲ καὶ παρ' Αἰσχύλῳ [1] *ἡ μυθοποιία. ἐδιδάχθη ἐπὶ Γλαυκίππου* [2]*. πρῶτος ἦν Σοφοκλῆς.*

1) Composuerunt fabulas Philoctetae nomine inscriptas praeter Sophoclem et Aeschylum, de quo vide Aristotel. A. P. XXII, 13. p. 60 sq. Herm. et Athenaei Deipn. IX. p. 394. a., Epicharmus (vid. Athen. IX. p. 371. a. et XIV. p. 628. b.), Strattis Comicus (vid. id. Athen. VII. p. 327.), Euripides (vid. Aristotel. A. P. XII. p. 60 sq. Herm., Auct. Rhetor. ad Alexandr. c. 18. p. 92. ed. Buhl., et Valcken. Diatr. in deperd. Eur. Tragg. c. XI.), Achaeus Eretriensis (vid. Suid. v. ἐλελεῦ), Philocles Atheniensis (v. Suid. v. Φιλοκλῆς), et Theodectes Atheniensis (v. Fabricii Bibl. Gr. II., 19. p. 692. ant. edit.). Ipsius Sophoclis praeter Philoctetam in Lemno, quae hodie sola superest, olim etiam Φιλοκτήτης ἐν Τροίᾳ exstabat [vide Brunck. in Fragmm. deperd. Soph. dramatum et Hermannus in praef. ad hanc fab. p. X., qui eam Satyricis adnumerandam esse recte statuit]. MATTHAEI.

2) Glaucippus ineunte anno Olymp. XCII. tertio, i. e. ante Chr. nat. 410. Theopompo archonti successerat; vide Diod. Sic. XIII. 43. p. 574, 44. Wess.; coll. Lysiae Ἀπολογ. δωροδοκ. p. 698. Vol. V. Oratt. Gr. ed. Reisk. MATTHAEI.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΕΜΜΕΤΡΟΣ [1].

Ἐν Χρύσῃ Ἀθηνᾶς βωμὸν ἐπικεχωσμένον,
ἐφ' οὗπερ Ἀχαιοῖς χρησθὲν ἦν θῦσαι, μόνος
Ποίαντος ᾤδει παῖς ποθ' Ἡρακλεῖ συνών.
ζητῶν δὲ τοῦτον ναυβάτῃ δεῖξαι στόλῳ,
πληγείς ὑπ' ἔχεως ἐλίπετ' ἐν Λήμνῳ νοσῶν.
Ἕλενος δ' Ἀχαιοῖς εἶφ' ἁλώσεσθ' Ἴλιον
τοῖς Ἡρακλέους τόξοισι, παιδί τ' Ἀχιλλέως.
τὰ τόξ' ὑπῆρχε παρὰ Φιλοκτήτῃ μόνῳ·
πεμφθεὶς δ' Ὀδυσσεὺς ἀμφοτέρους συνήγαγεν.

1) Argumentum hoc metricum, a recentissimo grammatico scriptum, primus edidit Turnebus, emendatius ex T. repetiit Brunckius. Legitur etiam in Γ. Itaque non est a Triclinio compositum. G. DINDORF.

DE FABULA PHILOCTETAE.

Quo brevius in argumento Graeco de Philoctetae fabula, quam in scenam produxit Sophocles, commemoratum est, eo magis necessarium mihi videtur, ut quae veteres scriptores de eo alii aliter tradiderunt diligenter hic referam et via atque ordine exponam, praesertim quum Sophocles pluribus in locis huius tragoediae ita de fatis eius locutus sit, ut nisi ea aliunde cognita habeamus, quae sententia eius fuerit, vix possit recte intelligi.

§. 1.

Quum Hercules in acerbissimum morbum illum, quo morte tantum liberari potuit, Deianirae uxoris

culpa incidisset, atque in Oetam montem delatus rogum, quo combureretur, adscendisset, a Philocteta, Poeantis filio, impetravit, ut acceptis divinis eius sagittis rogum incenderet.

Hoc constanter omnes, quorum aliqua auctoritas est, scriptores tradunt. Sophocles huius fab. v. 670: εὐεργεσιῶν γὰρ καὐτὸς αὐτ' ἐκτησάμην. et 801 sqq.: κἀγώ τοί ποτε τον τοῦ Διὸς παῖδ' ἀντὶ τῶνδε τῶν ὅπλων, ἃ νῦν σὺ σώζεις, τοῦτ' ἐπηξίωσα δρᾶν. Et in Oeta monte concrematum esse Herculem v. 726 sqq.

Adde Diodor. Sic. IV, 38., Philostrat. iun. Icon. P. 889., Philostr. Heroic. p. 702. ed. Olear. p. 124. ed. Boiss., Cicero. Tusc. II, 7, 19., Ovid. Met. IX, 229 sqq. Ib. 253., Senec. Herc. Oet. 1648. coll. 1660., Auson. ep. 70., Lactant. 1, 9., Hygin. CII. et XXXVI., Serv. ad Virg. Aen. III, 402., Dict. Cretens. de bello Troi. I. p. 14. ed. Amst., Tzetz. ad Lycophr. 914 — 918.

Patri Philoctetae traditas sagittas esse, quod is rogum incendisset, Apollodorus narrat II, 7, 7., eumque sequuntur Tzetzes ad Lycophr. 50 sq. p. 349 sq. ed. Müll. et Zenobius Cent. I, 33. et qui ex his sua hauserunt. Tzetzes addit a Poeante postea Philoctetae sagittas traditas esse.

Ceterum illud non negligendum est, quum a multis horum quos commemoravi scriptorum, tum imprimis a Philostratis Philoctetam dici perpetuum comitem et ministrum Herculis fuisse ab eoque artem iaculandi didicisse.

§. 2.

Sua sponte deinde Philoctetes, sagittandi arte celebratus, cum principibus Achivorum ad oppugnandam Troiam septem navibus navigavit, sed in itinere morsu serpentis vulneratus in insula Lemno relictus est.

Ita haec narrat Homerus Il. β, 716 sqq.:

Οἱ δ' ἄρα Μηθώνην καὶ Θαυμακίην ἐνέμοντο
καὶ Μελίβοιαν ἔχον καὶ Ὀλιζῶνα τρηχεῖαν·
τῶν δὲ Φιλοκτήτης ἦρχεν, τόξων εὖ εἰδώς,
ἑπτὰ νεῶν· ἐρέται δ' ἐν ἑκάστῃ πεντήκοντα

ἐμβέβασαν, τάξων εὖ εἰδότες φι μάχεσθαι.
ἀλλ' ὁ μὲν ἐν νήσῳ κεῖτο κρατέρ' ἄλγεα πάσχων
Λήμνῳ ἐν ἠγαθέῃ, ὅθι μιν λίπον υἷες Ἀχαιῶν
ἕλκεϊ μοχθίζοντα κακῷ ὀλοόφρονος ὕδρου·
ἔνθ' ὅγε κεῖτ' ἀχέων· τάχα δὲ μνήσεσθαι ἔμελλον
Ἀργεῖοι παρὰ νηυσὶ Φιλοκτήτεο ἄνακτος.

Neque haec ab ullo scriptore vetere aliter memoriae prodita scio. Ac Sophocles quidem in ipsa illa profectione Philoctetam in insula Lemno relictum esse diserte dicit v. 279 sq., septemque navium, quibus sua sponte Philoctetes Troiam navigarit, mentionem facit 1026 sq.

Quae autem silentio praetermisit Homerus, quo in loco et qua occasione a serpente vulneratus, deinde quomodo et cuius auctoritate expositus, denique a quo reductus Troiam sit, in iis non leviter veteres scriptores a se dissentiunt.

§. 3.

Quum Achivis Troiam navigantibus praedictum esset, nisi aram Chrysae, in insula cognomini exstructam, repperissent in eaque sacra fecissent, non posse Ilium expugnari, Philoctetes, quum eam ostenderet, a serpente, qui custodiebat, in pede vulneratus, ob eamque causam Lemni relictus est.

Hanc famam quin Sophocles et Euripides secuti sint, non poterit dubitare qui quae de ea re obiter narrant diligenter perlegerit, et quae alter silentio praeteriit ex altero suppleverit. Sophoclis quae huc pertinent verba, haec sunt: 261 sqq. ὅδ' εἰμ' ἐγώ σοι κεῖνος — Φιλοκτήτης, ὃν οἱ δυσσοὶ στρατηγοὶ χὠ Κεφαλλήνων ἄναξ ἔρριψαν αἰσχρῶς ὧδ' ἔρημον, ἀγρίᾳ νόσῳ καταφθίνοντα, τῆς ἀνδροφθόρου πληγέντ' ἐχίδνης ἀγρίῳ χαράγματι· ξὺν ᾗ μ' ἐκεῖνοι, παῖ, προθέντες ἐνθάδε ᾤχοντ' ἔρημον, ἡνίκ' ἐκ τῆς ποντίας Χρύσης κατέσχον δεῦρο ναυβάτῃ στόλῳ. et 191 sqq. οὐδὲν τούτων θαυμαστὸν ἐμοί· θεῖα γάρ, εἴπερ κἀγώ τι φρονῶ, καὶ τὰ παθήματα κεῖνα πρὸς αὐτὸν τῆς ὠμόφρονος Χρύσης ἐπέβη, καὶ νῦν ἃ πονεῖ δίχα κηδεμόνων οὐκ ἔσθ' ὡς οὐ θεῶν του μελέτῃ etc. et 1326 sq. σὺ γὰρ νοσεῖς τόδ' ἄλγος ἐκ θείας τύχης, Χρύσης πελασθεὶς φύλακος, ὃς τὸν ἀκαλυφῆ σηκὸν φυλάσσει κρύφιος οἰκουρῶν ὄφις.

Euripideus Philoctetes apud Dion. Chrysost. in Valcken. diatr. Eur. p. 123. (p. 128. ed. Lips.) haec de Ulixe conqueritur: *ὥςπερ ἀμέλει κἀμὲ ἐξέθηκας, ὑπὲρ τῆς κοινῆς σωτηρίας τε καὶ νίκης περιπεσόντα τῇδε τῇ ξυμφορᾷ, δεικνύντα τὸν Χρύσης βωμὸν, οὐ θύσαντες κρατήσειν ἔμελλον τῶν πολεμίων· εἰ δὲ μή, μάτην ἐγίγνετο ἡ στρατεία.*

Male Valckenarius ibid. p. 126. ambiguum esse dicit, utrum Chryse locus an persona verbis *τὸν Χρύσης βωμόν* significetur. Personam ut intelligamus, Graecorum consuetudo loquendi postulat. Idem quod Euripides dicit, significat Sophocles verbis *Χρύσης πελασθεὶς φύλακος, ὃς τὸν ἀκ. σηκὸν φυλάσσει.* Nam et ibi et 194. *Χρύσην* dici personam, non locum, manifestum est.

Cum utroque etsi consentiunt maximam partem, tamen etiam dissentiunt hi scriptores:

Philostratus Icon. 17. p. 889. ed. Ol.: *Ἀναπλέοντες ἐς Τροίαν οἱ Ἀχαιοὶ καὶ προςσχόντες ταῖς νήσοις ἐμαστεύοντο τὸν τῆς Χρύσης βωμόν, ὃν Ἰάσων ποτὲ ἱδρύσατο, ὅτε εἰς Κόλχους ἔπλει. Φιλοκτήτης δὲ ἐκ τῆς ξὺν Ἡρακλεῖ μνήμης τὸν βωμὸν τοῖς ζητοῦσι δεικνύς, ἐγχρίσαντος αὐτῷ τοῦ ὕδρου τὸν ἰὸν ἐς θάτερον τοῖν ποδοῖν, οἱ μὲν ἐπὶ Τροίαν οἱ Ἀχαιοὶ στέλλονται, ὁ δὲ ἐν Λήμνῳ ταύτῃ κεῖται, διαβόρῳ νόσῳ, φησὶ Σοφοκλῆς, καταστάζων τὸν πόδα.*

Pausanias VIII, 33: *Λήμνου γὰρ πλοῖν ἀπεῖχεν οὐ πολὺν Χρύση νῆσος, ἐν ᾗ καὶ τῷ Φιλοκτήτῃ γενέσθαι συμφορὰν ἐκ τοῦ ὕδρου φασί· ταύτην κατέλαβεν ὁ κλύδων πᾶσαν.*

Eustathius p. 330. Rom.: *τινὲς δὲ περί τινα Χρύσην νῆσον* (scilicet *δηχθῆναί φασι τὸν Φιλοκτ.*) *ὁμώνυμον Χρύσῃ τινὶ νύμφῃ, ἧς μέμνηται Σοφοκλῆς, ὠμόφρονα εἰπὼν αὐτήν.*

Scholion alterum ad Phil. 194: *Χρύσης Ἀθηνᾶς ἄγαλμα οὕτως καλεῖται· ἔστι δὲ καὶ πόλις Χρύση πλησίον Λήμνου, ἔνθα ὑπὸ τοῦ ὄφεως ἐδήχθη τὸν βωμὸν ζητῶν, ἐν ᾧ ἔθυσεν Ἡρακλῆς, ἡνίκα κατὰ Τροίας ἐστράτευσεν.*

Tzetzes ad Lycophr. 911: *ἔκειτο δὲ ἐν Λήμνῳ πρώην δηχθεὶς ὑπὸ ὄφεως ὕδρου τοῦ καὶ χελύδρου λεγομένου, ὅτε ἐκάθαιρεν ἐν Χρύσῃ τὸν κεχωσμένον βωμὸν τῆς Ἀθηνᾶς.*

Addit igitur, quod neque ab Sophocle neque ab Euripide memoratum est, ab Iasone olim aram illam exstructam fuisse, Phi-

lostratus Icon. p. 889., quocum consentit Dosiades in Ara (vid. Iacobs. Anthol. Gr. T. I. p. 203.):

καθαρὰς γὰρ ἐγὼ
ἰὸν ἑὤτων τεράων, οἷα κέκευθ' ἐκεῖνος
ἀμφὶ Νέαις Θρῃκίαις, ὃν σχεδόθεν Μυρίνης
σοί, Τριπάτωρ, πορφυρέου φὼρ ἀνέθηκε κριοῦ.

Porro Philoctetam ab Hercule, cuius comes fuisset, quum adversus Troiam iret, compertum habuisse, quo in locó sita esset ara illa, idem Philostratus et auctor argumenti metrici v. 3. referunt.

Deinde, de quo silent Sophocles et Euripides et Philostratus, quae fuerit Chryse illa, cuius aram ostenderit Philoctetes, duplex est eorum, quorum testimonia attulimus, scriptorum sententia, alii enim nympham, alii Minervam fuisse dicunt.

Nympham fuisse unus tantum, quod sciam, Eustathius loco supra allato monuit. Idem tamen ibid. a quibusdam Minervam esse habitam dicit: Φιλοκτήτης ἐν Λήμνῳ καθαίρων βωμὸν τῆς Χρύσης Ἀθηνᾶς ἐδήχθη ὑπὸ ὕδρου· καὶ ἀνίατα τραυματισθεὶς εἰάθη αὐτόθι ὑπὸ τῶν Ἀχαιῶν, εἰδότων, ὡς οἱ τοῦ Ἡφαίστου ἱερεῖς ἐθεράπευον τοὺς ὀφεοδήκτους. Ac Minervae fuisse aram illam praeterea referunt Dosiades l. l., Tzetzes ad Lycophr. v. 911., cuius verba iam attulimus, Scholia ad Hom. Il. β, 725., quae infra allaturus sum, et Scholiasta ad Philoct. 1326: Σύ, ὦ Φιλοκτῆτα, νοσεῖς ἐκ θείας προνοίας, πλησίον ἀπελθὼν τοῦ ὄφεως τοῦ φυλάττοντος τὸ ἱερὸν τῆς Ἀθηνᾶς· καὶ οὐκ ἔστιν ἴασις, εἰ μὴ ἐκ τῶν Ἀσκληπιαδῶν.

Sophocles quam famam secutus esset, recte perspexit Eustathius p. 330. Rom. I. l., nympham ab eo v. 194. habitam Chrysen esse monens. Non potuit enim ὠμόφρων dea Minerva dici; recteque Hermannus ad v. 194. et 1327. ed. Br. et Buttmannus p. 57. Eustathio assentiuntur.

Hermannus tamen praeterea ad 194. adnotavit: „Quemadmodum de insula Chryse omnia incerta sunt, sic etiam de nympha quam fabulam secutus sit Sophocles, ignoramus. Quum eam ὠμόφρονα dicat, illud fortasse probavit, quod est apud Tzetzam

ad Lycophr. 911., amore eius spreto crudelitatem expertum esse Philoctetam."

Tzetzae verba haec sunt: *Ἔκειτο δὲ ἐν Λήμνῳ πρώην δηχθεὶς ὑπὸ ὄφεως ὕδρου τοῦ καὶ χελύδρου λεγομένου, ὅτε ἐκάθαιρεν ἐν Χρύσῃ τὸν κεχωσμένον βωμὸν τῆς Ἀθηνᾶς. Οἱ δέ φασιν, ὅτι Χρύση νύμφη τις ἠράσθη ἐκεῖ τοῦ Φιλοκτήτου, μὴ πεισθέντος δὲ αὐτοῦ συγγενέσθαι αὐτῇ, τῇ ταύτης ὀργῇ ὑπὸ τοῦ λεγομένου ὕδρου ἐδήχθη.* Eadem fere in scholio altero ad Philoct. 194. referuntur ita: *Χρύση, νῆσος πρὸ τῆς Λήμνου, ἔνθα διέτριβεν Χρύση τις νύμφη, ἣ ἐρασθεῖσα τοῦ Φιλοκτήτου καὶ μὴ πείσασα, κατηράσατο αὐτῷ· διὸ καὶ ὠμόφρονα αὐτὴν ἐκάλεσεν.*

Miror autem vehementer Hermanno ineptam illam fabulam, ab indoctis et recentioribus grammaticis excogitatam, ut cuius nemo veterum scriptorum praeter Tzetzam et scholiastam ad Soph. Philoctetam ullam mentionem faciat, Sophoclem videri potuisse secutum esse, qui disertissimis verbis v. 1327 sq.: *Χρύσης πελασθεὶς φύλακος, ὃς τὸν ἀκαλυφῆ σηκὸν φυλάσσει κρύφιος οἰκουρῶν ὄφις* eam se famam sequi ostendat, ex qua Philoctetes, quod aram Chrysae, in qua sacrificare Achivi debebant, investigasset, a serpente, custode eius, vulneratus esse perhibebatur. Cfr. Philoct. Eur. in Valck. diatr. Eur. p. 123., quem locum supra iam attulimus.

Non minus inepta sunt et antiquis scriptoribus incognita quae Hyginus fab. CII. narrat: „Philoctetes, Poeantis et Demonassae filius, quum in insula Lemno esset, coluber eius pedem percussit, quem serpentem Iuno miserat, irata ei ob id, quia solus praeter ceteros ausus fuit Herculis pyram construere, quum humanum corpus est exutum et ad immortalitatem traditum. Ob id beneficium Hercules suas sagittas divinas ei donavit. Sed quum Achivi ex vulnere tetrum odorem ferre non possent, iussu Agamemnonis regis in Lemno expositus est cum sagittis divinis; quem expositum pastor regis Actoris, nomine Phimachus, Dolophionis filius, nutrivit." Similia tradidit Servius ad Virg. Aen. III, 402: „Philoctetes autem fuit Poeantis filius, Herculis comes; quem Hercules, quum ignem sibi in Oeta monte componeret, petiit, ne alicui sui corporis reliquias indicaret. De qua re eum

iurare compulit, et ei pro munere dedit sagittas hydrae felle tinctas. Postea Troiano bello responsum est sagittis Herculis opus esse ad Troiae expugnationem. Inventus itaque Philoctetes, quum ab eo Hercules quaereretur, et primo negaret se scire, ubi esset Hercules, tandem confessus est mortuum esse. Inde quum acriter ad indicandum sepulcrum eius cogeretur et primo negaret, pede locum percussit, quum nollet dicere. Postea pergens ad bellum quum exerceretur sagittis, unius sagittae casu vulneratus est pedem, quo percusserat tumulum. Ergo quum putorem insanabilis vulneris Graeci ferre non possent, diu quidem eum pro oraculi necessitate ductum tandem apud Lemnum sublatis reliquerunt sagittis. Hic postea horrore sui vulneris ad patriam redire neglexit; sed sibi parvam Petiliam in Calabriae partibus fecit."

Fuerunt quidem, qui ipsum Sophoclem v. 776 sqq. *τὸν Φθόνον δὲ πρόςκυσον* (Philoctetes dicit Neoptolemo, arma ei traditurus) *μή σοι γενέσθαι πολύπον' αὐτά, μηδ' ὅπως ἐμοί τε καὶ τῷ πρόσθ' ἐμοῦ κεκτημένῳ* ad fabulam illam a Servio memoratam respexisse statuerent, sed id statui non posse ex eiusdem poetae v. 261 sqq. et 1326 sqq. manifesto apparet. Quae sit verborum illorum sententia, a me planum esse factum puto.

Postremo memoranda certe sunt quae Scholiasta ad Soph. Phil. 270. narrat, praeterea a nemine veterum scriptorum tradita: *λέγεται, ὡς ἐν Λήμνῳ βουλόμενος ἀναστῆσαι βωμὸν Ἡρακλεῖ παρὰ τὸν αἰγιαλὸν ὑπὸ ὄφεως ἐπλήγη.*

Restat, ut Buttmanno respondeamus, qui quod Chryse ab aliis nympha, ab aliis Minerva dicta est, sic putat explicandum esse:

„Haec omnia, inquit p. 58., sic dispicienda videntur esse. *Χρυσῆ* cognomen erat Minervae, non de loco, sed honoris, Sophocl. O. R. 188: *ὦ χρυσέα θύγατερ Διός, εὐῶπα πέμψον ἀλκάν.* Schol. *χρυσέα δὲ, ὅ ἐστι τιμία· φασὶ γὰρ οὕτω τιμᾶσθαι Χρυσῆν.* Quod cognomen seorsum quoque usurpatum quum pronuntiatione vulgari accentum retraxisset, factum, ut de peculiari etiam aliquo numine sive nympha intelligeretur. Nihil enim in mythologia sollemnius quam ut deorum dearumve cognomina transierint in heroas nymphasque, et ita fabulas a deorum illorum historia di-

stinctas cum iisdem tamen fere coniunctas procrearint. Itaque hi etiam tragici, ut ex eo colligo, quod ter apud eos in hac Philoctetae historia, locis supra indicatis, solum Χρύσης nomen occurrit, de nympha Chryse cogitabant, non de Minerva. Locus autem, quo hoc numen colebatur, et ipse nomen inde Chryses traxit. Iam fama erat antiquitus propagata, Iasonem in Colchos proficiscentem in itinere alicubi huic Chrysae, Minervae opinor, omnium qui labores fortiter exantlant sociae, aram exstruxisse; inque ea Herculem quoque postea, illius aemulum, quum adversus Troiam iret, sacrificasse; eandemque eodem consilio Graecos quoque ad Troiam pergentes investigasse. Belle itaque aliam famam, de Philocteta veneno serpentis in pede contacto, cum illa ita coniunxerunt mythorum auctores, ut hunc Herculis socium, dum Graecis aram illam indicat et instaurat, a serpente ictum esse narrarent."

At verissime contra Buttmannum Hermannus ad v. 1311. (1327. ed. Br.) haec monuit: „Quod Buttmannus ait eo loco, ubi de Chrysa disputat, honoris appellationem, qua χρυσῆ vocetur Minerva, in cognomen vertisse, id demonstrari argumentis exemplisve debebat. Quae unde deprompturus sit, nescio. Aliud est enim cognomen a munere, officio, dignitate, voluntate, facto, loco petitum, aliud appellatio honorifica, quae non addito ipso dei deaeve nomine inanis est. Omniumque maxime, si quae dea χρυσῆ quasi proprio nomine dicta esset, eam non Minervam, sed Venerem esse consentaneum foret." Accedit, quod ex Buttmanni sententia statuendum esset, quod parum verisimile est, tragicos Graecos, quum pro nympha haberent Chrysen illam, antiquam famam aut ignorasse aut aliqua de causa, quae qualis fuerit aut esse potuerit nemo prorsus assequetur, non secutos esse, nosse autem multo seriores scriptores inde a Dosiade et qui postea floruerint grammaticos. Immo longe mihi probabilius videtur seriore aetate exstitisse qui, quum cur nymphae sacrificandum Achivis fuisset non perspicerent, Minervam Chrysae nomine intelligendam coniicerent aliisque persuaderent. Verum utut est, satis est in hac re nosse, quae tragicorum sententia fuerit; quos certum est hoc tantum habuisse cognitum, fuisse aliquod numen Chrysae nomine, ab insula cognomine dictum, cuius aram quum investigaret Philoctetes, a serpente eum vulneratum esse.

Hermannus in praefat. edit. sec. p. XXXIII. ut explicaret, unde orta esset ista Chrysae cum Minerva commixtio, haec monuit: „Fama erat ad aram quandam morsu serpentis sauciatum esse Philoctetam. Eam aram alii narraverant nymphae Chrysae fuisse in cognomine insula; alii, qui in insula Nea vulneratum Philoctetam accepissent, Minervae aram fuisse dixerunt. Huic enim deae sacram fuisse Neam Plinius testis est. Hinc paratissima opportunitas confundendae utrique famae, ut insula Chryse Nea, Neaeque dea Chryse vocaretur, Chrysa autem nympha crederetur Minerva esse."

Restat, ut de loco, in quo Philoctetes vulneratus sit, pauca adiciamus. In qua re consentio cum Buttmanno p. 60. haec monente: „Et illud quidem fere certum puto, in antiquissima de Philocteta fabula mentionem fuisse et numinis et loci Chryses; locum autem quum ignoraret postera aetas, alii aliter statuerunt, suaeque quisque opinioni ipsam fabulam aptarunt." Non assentior ei sic pergenti: „Et Sophoclis quidem quae fuerit sententia, ex hac fabula non satis apparet. Hoc tamen manifestum puto, Chrysen locum illi fuisse a Lemno satis remotum; neque relictum Philoctetam, sed ex ulteriore ad Troiam profectione reductum fuisse voluntate Atridarum et consilio Ulixis. Quae patere puto ex his locis: v. 2 sqq. *Λήμνου, — ἔνθα — Ποίαντος υἱὸν ἐξέθηκ' ἐγώ ποτε.* 261 sqq.: *ὅδ' εἶμ' ἐγὼ — ὃν οἱ δισσοὶ στρατηγοὶ χὠ Κεφαλλήνων ἄναξ ἔῤῥιψαν — ἀγρίᾳ νόσῳ καταφθίοντα — ξὺν ᾗ μ' ἐκεῖνοι, παῖ, προθέντες ἐνθάδε ᾤχοντ' ἔρημον, ἡνίκ' ἐκ τῆς ποντίας Χρύσης κατέσχον δεῦρο ναυβάτῃ στόλῳ· τότ' ἄσμενοί μ' ὡς εἶδον ἐκ πολλοῦ σάλου εὕδοντα — λιπόντες ᾤχοντο.* Quae verba omnia profecto adiacentem Lemno insulam non indicant; ut in illis, quae ex eius *Λημνίαις* a Stephano verba prolata modo vidimus, alios poeta auctores videatur secutus."

Stephani Byz. verba haec sunt: *Χρύση, βαρυτόνως, ἡ πόλις τοῦ Ἀπόλλωνος ἐγγὺς Λήμνου. Σοφοκλῆς Λημνίαις, Ὦ Λῆμνε Χρύσης τ' ἀγχιτέρμονες πάγοι· καὶ ἐν Αἰχμαλωτίσι· Ταύτην ἐγὼ Κίλλαν τε καὶ Χρύσην.* Confundere eum Chrysen Troicam, Apollini sacram, ex Iliadis initio notam, cum Chrysa insula Lemno vicina, tam manifestum est, ut neminem fugerit hominum doctorum. Sitam autem prope Lemnum Chrysen insulam, in qua Philoctetes a serpente morsus sit, fuisse Pausa-

nias etiam testatur VIII, 33., quem locum supra p. 7. descripsimus. Sophocles autem etsi non disertis verbis dicit, quo in loco Philoctetes in morbum inciderit, tamen ei, qui verborum sententiam diligenter adverterit, satis manifesto videbitur ostendisse se in eadem illa insula Philoctetam esse vulneratum putasse. Nam quae tandem alia potuit causa esse, ob quam Chrysae potissimum insulae mentionem iniiceret, et tum, quum ab Chrysa insula Lemnum venissent Achivi, relictum Philoctetam diceret, nisi ut ibi id factum esse, ob quod Philoctetes in insula Lemno relinqueretur, significaret? Neque ut hanc Chrysen Sophocli valde remotam a Lemno fuisse cum Buttmanno statuamus, verba v. 271. posita ἐκ πολλοῦ σάλου ullo modo postulant. Neque denique haerendum est in eo, quod non relictus tantum Philoctetes in insula Lemno, sed nonnunquam etiam expositus ab Atridis et Ulixe dicitur; minimeque propterea statuendum cum Buttmanno reductum eum ex ulteriore ad Troiam profectione esse significari. Nam relictus Philoctetes sibi videri debebat, quum nesciret ea de causa Atridas Lemnum appulisse, ut ibi se propter morbi molestiam relinquerent; expositus dici ab Ulixe potuit, qui sciret eo consilio se cum Atridis Lemnum appulisse, ut ibi Philoctetam exponerent. Itaque persevero in ea sententia, ut Sophoclem eandem secutum famam putem, quae relata a Pausania VIII, 33. est. Idem vidimus etiam p. 7. Tzetzam ad Lycophr. 911. tradidisse. Neque alia fuit sententia eius, qui argumentum metricum composuit, si scripsit, quod in codicibus est, v. 1 Ἐν Χρύσῃ Ἀθηνᾶς etc.

Ea autem insula quum postea absorpta diceretur, cuius traditionis auctorem habemus Pausaniam I, 1., factum fortasse est, ut Dosiades, cuius verba supra p. 8. allata sunt, in insula Neis Philoctetam a serpente morsum esse fingeret. Hinc Stephanus Byz.: Νέαι, νῆσος πλησίον Λήμνου, ἐν ᾗ Φιλοκτήτης κατά τινας ἐδήχθη ὑπὸ ὕδρου. Suidas: Νέαι, νῆσος πλησίον Λήμνου, παρὰ τὸ νέω, τὸ κολυμβῶ· ᾗ προσενήξατό φασιν Ἡρακλῆς. περὶ ἣν κατά τινας Φιλοκτήτης ἐδήχθη ὑπὸ ὕδρου. Hesychius: Νέαι, νώματα, καὶ χωρίον Λήμνου, ὅπου δοκεῖ Φιλοκτήτης δηχθῆναι.

Alii autem, qui modestiores erant quam Dosiades, quum antiquissimam famam, quam Sophocles secutus est, ignorarent, in

aliqua insula prope Lemnum sita Philoctetam calamitate illa affectum esse dicere maluerunt. Ita legitur apud Appianum in Mithridaticis c. 77. p. 755 sq.: περὶ Λῆμνον ἐν ἐρήμῳ νήσῳ —, ἔνθα δείκνυται βωμὸς Φιλοκτήτου καὶ χάλκεος ὄφις καὶ τόξα καὶ θώραξ ταινίαις περίδετος, μήνυμα τῆς ἐκείνου πάθης.

Postremo quod ab aliquot scriptoribus Lemni, ab aliis Tenedi vulneratus Philoctetes dicitur, eius rei causa facile mihi videtur explicari posse.

Ac primum quidem, ut in insula Lemno morsus diceretur, ambiguis Homeri verbis factum opinor, qui Il. β, 721 — 723. cecinit: ἀλλ' ὁ μὲν ἐν νήσῳ κεῖτο κρατέῳ' ἄλγεα πάσχων Λήμνῳ ἐν ἠγαθέῃ, ὅθι μιν λίπον υἷες Ἀχαιῶν ἕλκεϊ μοχθίζοντα κακῷ ὀλοόφρονος ὕδρου. Atque in hac sententia primum mihi videntur Philostrati fuisse, sive is, quem secuti sunt, Protesilaum dico. Eorum alter in Heroic. p. 702. sic scribit: τοῦτον (Philoctetam) ἐν Λήμνῳ φασὶν ἄτιμον καταλειφθῆναι τοῖς Ἀχαιοῖς, ὕδρου ἐνσκήψαντος αὐτῷ ἐς τὸν πόδα, ὑφ' οὗ νοσεῖν αὐτὸν ἐπὶ ἀκτῆς ὑψηλῆς ἐν πέτρᾳ κείμενον. Alterius Icon. p. 889. verba iam supra p. 7. descripta sunt. Disertis autem verbis hoc tradunt Eustathius p. 330., cuius verba supra iam p. 7. attuli, Scholiasta ad Il. β, 725. haec scribens: ἱστόρηται, ὅτι Φιλοκτήτης ἐν Λήμνῳ καθαίρων τὸν βωμὸν τῆς Χρυσῆς καλουμένης Ἀθηνᾶς ἐδήχθη ὑπὸ ὕδρου καὶ ἀνιάτῳ τραύματι περιπεσὼν κατελείφθη αὐτόθι ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων· ᾔδεισαν γὰρ τοὺς Ἡφαίστου ἱερεῖς θεραπεύειν τοὺς ὀφισδήκτους. Porro Schol. ad Phil. 270, quamvis aliena admiscens: λέγεται, ὡς ἐν Λήμνῳ βουλόμενος ἀναστῆσαι βωμὸν Ἡρακλεῖ παρὰ τὸν αἰγιαλὸν ὑπὸ ὄφεως ἐπλήγη. et Hyginus fab. CII., cuius verba p. 9. descripsimus. Fortasse etiam traditio illa, exstitisse promontorium Lemni, Chryse dictum, ab eo orta est, qui repugnantiam, aliis Lemni aliis Chrysae morsum esse Philoctetam dicentibus, ita tollere studuit, ut Chrysen πόλιν τῆς Λήμνου non πόλιν ἐγγὺς τῆς Λήμνου (notum est enim, πόλιν saepe pro νῆσος usurpari) fuisse diceret. Eustathius enim p. 34. Rom., ex quo emendandus Stephanus Byz. est, refert: ἐλέγετο δέ, φασί, Χρύση καὶ ἀκρωτήριον περὶ τὴν Ἡφαιστίαν τῆς Λήμνου, βλέπον πρὸς Τένεδον. Certe nostra aetate discrepantiam illam sic tollendam pu-

tavit, quamvis temere, Salmasius in notis ad aram Dosiadae p. 146.

Simili modo effecit Cypriorum scriptor, ex quo in Procli Chrestom. p. 475. ed. Gaisf. haec allata sunt: *Ἔπειτα καταπλέουσιν εἰς Τένεδον· καὶ εὐωχουμένων αὐτῶν, Φιλοκτήτης ὑφ' ὕδρου πληγεὶς διὰ τὴν δυςοσμίαν ἐν Λήμνῳ κατελείφθη*, ut essent qui in insula Tenedo, licet id non claris sit verbis ab eo dictum, Philoctetam vulneratum putarent. Scribit enim Eustathius p. 330. Rom.: *δηχθῆναι δὲ τὸν Φιλοκτήτην ὁ Πορφύριος λέγει κατά τινας περὶ Τένεδον ἢ Ἴμβρον, ἐκεῖθεν δὲ ἐκτεθῆναι εἰς Λῆμνον.* Idem scriptum in Villoisoni schol. ad Il. *β*. p. 31.

Ceterum cur Lemni fuerit relictus Philoctetes, eius rei haec a scholiastis et Eustathio ad Il. *β*., 722. refertur ratio, quod sacerdotes Vulcani ibi fuerint, qui viperarum morsus sanare sciverint.

Cypriorum scriptor, ut paullo ante vidimus, ob foetorem ulceris expositum eum tradidit; neque id negat Sophocles v. 1032. dicens: *πῶς, ὦ θεοῖς ἔχθιστε, νῦν οὐκ εἰμί σοι χωλός, δυςώδης;* quanquam addit propter male ominata verba, quibus sacra turbarit, expositum eum esse, v. 8, sq. 1032 sqq. Recessit autem Sophocles ab Aeschylo et Euripide quum aliis in rebus, tum in eo, quod in deserto Lemni loco per novem annos commoratum esse finxit, de quo vide quae ad v. 2. monui; quum illi teste Dione Chrysostomo p. 540. D. chorum fabulae ex Lemniis composuissent. Quid, quod Euripides etiam Lemnium quendam introduxit, Hectorem nomine, quocum aliqua Philoctetae necessitudo intercederet.

§. 4.

Anno decimo belli Troiani quum Helenus, vates Troianus, ab Ulixe captus, respondisset non posse Ilium nisi Herculis sagittis expugnari, missi sunt Lemnum qui Philoctetam eiusque sagittas Troiam reducerent.

Oraculi hanc fuisse sententiam, ut non sagittae tantum, sed ipse etiam, qui optime iis uti putabatur, Philoctetes reduceretur,

iam ex Homero patet Il. β, 724 sq. Cf. Lesches in Iliad. parva ap. Gaisford. p. 482. Sophocles Phil. 196 — 200. 604 — 613. 839 — 841. 1324 — 1342. Euripides ap. Dion. Chrys. in Valck. diatr. p. 119 sq. Pausanias V, 13. Philostrat. p. 702. Schol. ad Pind. Pyth. I, 100. p. 305. ed. Boeckh. Orpheus Lith. 351 sqq. Quintus Cal. IX, 326. Tzetzes in Posthom. 573

Dissentiunt autem in eo veteres scriptores, a quo Lemno Troiam reductus Philoctetes sit.

Lesches in Iliade parva p. 481. ed. Gaisf. a Diomede eum reductum tradit, quocum consentit Pausanias I, 22.; Euripides, Quintus Cal. IX, 334., et Hygin. fab. CII. ab Ulixe et Diomede; Philostratus sive Protesilaus apud Philostratum Heroic. p. 703. a Diomede et Neoptolemo.

Sophocles quod eum ab Ulixe et Neoptolemo reduci facit, eo magis mirum videri potest, quum secundum Leschis Iliad. parvam Neoptolemus nondum Troiam venisset, quum Philoctetes reduceretur. Verum videtur Ilias illa non tantum habuisse auctoritatis, ut, qui ab ea recederet, contra fidem historiae facere videretur. Contra facile intelligitur, quanto maiore varietate ac venustate fabula illa ad scenam composita sit eo, quod non Ulixes et Diomedes, quorum simillimus esset animus et ingenium (vide 416 sq.), sed cum Ulixe, homine vafro et callido, qui ut id quod volebat consequeretur non dubitabat turpissimis uti consiliis (vide 111.), Neoptolemus, adolescens magnanimus ac generosus, qui honeste agendo spe excidere malebat quam turpiter faciendo victoriam reportare (vide 94 sq.), in scenam producebatur.

Ceterum non est mea sententia negligendum, quod Sophocles per falsum illum nauclerum, qui v. 542. in scenam prodit, ut Philoctetae abductio festinetur, Ulixem et Diomedem ad arcessendum Philoctetam Lemnum navigare (570 sq., 571 sq.) dicit. Videtur enim mihi ea re ostendere voluisse non ignorare se famam illam, ex qua Diomedes et Ulixes missi Troia Lemnum dicebantur, qui Philoctetam arcesserent, sed pro falsa traditione habere, ut falsa erant illa, quae loquentem nauclerum istum introduxit.

§. 5.

Reductus Troiam Philoctetes ab aliis expugnato Ilio liberatus morbo esse, ab aliis morbo liberatus expugnasse Ilium dicitur.

Claudo pede pugnasse ad Troiam Philoctetam Pindarus tradit Pyth. I. 105 sqq.; cui assentiri videtur Philostrat. Heroic. p. 702. Sophocles (1329 -- 1335. 1423 — 1430.) liberatum morbo pugnaturum eum dicit.

Porro Sophocles v. 1333., quod ipsum tradit Philostrat. Heroic. p. 703., ab Asclepiadis, contra 1437. ab Aesculapio sanatum eum iri ait; Machaonem morbi eius curatorem dicit Lesches in Iliade parva p. 481. ed. Gaisf., cumque eo Propertius II., I, 61., Orpheus Lith. 343., quem sequitur Tzetzes Posthom. 583, et Dionysius apud Tzetz. ad Lycophr. 911.; *Podaliriam* Quintus Smyrn. IX, 462.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ἀκτὴ μὲν ἥδε τῆς περιῤῥύτου χθονὸς
Λήμνου βροτοῖς ἄστιπτος, οὐδ' οἰκουμένη,
ἔνθ', ὦ κρατίστου πατρὸς Ἑλλήνων τραφεὶς

V. 1. Schol.: προλογίζει ὁ Ὀδυσσεύς, καθὰ καὶ παρ' Εὐριπίδῃ· ἐκεῖνο μέντοι διαφέρει, παρ' ὅσον ὁ μὲν Εὐριπίδης πάντα τῷ Ὀδυσσεῖ περιτίθησιν, οὗτος δὲ τὸν Νεοπτόλεμον παρεισάγων διὰ τούτου οἰκονομεῖται. Apte et ἀκτή initio versus positum et μέν particula addita est. Hoc enim dicit: Ad litus quidem insulae Lemni pervenimus; verum quaerendum iam antrum est, quod habitare Philoctetam probabile est. Sequitur autem apodosis vs. 15. Cfr. Trachin. 6. cum nota nostra.

V. 2. ἄστιπτος, οὐδ' οἰκουμένη] Nullius pede trita, nedum habitata. Sic O. C. 39: ἄθικτος, οὐδ' οἰκητός. Ceterum recte Scholiasta: ἐν ἐρήμῳ μέρει τῆς Λήμνου ἐξετέθη ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων. Neque enim tota insula colonis vacua erat. Cfr. Hom. Il. I, 594. XXI, 40.

V. 3. ὦ κρατίστου — τραφείς] Genitivus e natura participii τραφείς aptus est. Praeterea notanda Graecorum consuetudo, dicentium κρατίστου πατρὸς Ἑλλήνων τραφείς, ita ut requiras pro πατρὸς potius ἀνδρός. Sic in Scyr. fragm. II. ἀρίστου πατρὸς Ἑλλήνων γεγώς. Soph. El. 341: πατρός, οὗ σὺ παῖς ἔφυς. ibid. 365 sq. Aeschyl. Spt. c. Th. 793: παῖδες μητέρων τεθραμμέναι. Eur. Troad. 725: λέξας ἀρίστου παῖδα μὴ τρέφειν πατρός.

Ἀχιλλέως παῖ Νεοπτόλεμε, τὸν Μηλιᾶ
Ποίαντος υἱὸν ἐξέθηκ' ἐγώ ποτε,
ταχθεὶς τόδ' ἕρδειν τῶν ἀνασσόντων ὕπο,
νόσῳ καταστάζοντα διαβόρῳ πόδα·
ὅτ' οὔτε λοιβῆς ἡμὶν οὔτε θυμάτων
παρῆν ἐκήλοις προσθιγεῖν, ἀλλ' ἀγρίαις
κατεῖχ' ἀεὶ πᾶν στρατόπεδον δυσφημίαις,
βοῶν, στενάζων. ἀλλὰ ταῦτα μὲν τί δεῖ
λέγειν; ἀκμὴ γὰρ οὐ μακρῶν ἡμῖν λόγων,
μὴ καὶ μάθῃ μ' ἥκοντα, κἀκχέω τὸ πᾶν

V. 4. Νεοπτόλεμε] Ut nomen θεός et alia, de quibus Advers. in Soph. Phil. p. 37 sq. egimus, ita pronuntiabantur, ut εο nunc pro una nunc pro duabus syllabis esset, ita Νεοπτόλεμος modo quattuor modo quinque syllabarum est. Quadrisyllabum hic est et v. 241. Eurip. Androm. 14. Troad. 1126., quinque syllabarum Eurip. Or. 1655.

Ibid. Schol.: τὸν Μηλιᾶ· τὸν Θεσσαλόν· ἀπὸ πόλεως. Ἀττικὸν τὲ τὸ Μηλιᾶ.

V. 6. Similiter O. C. 850 sq. ὑφ' ὧν ἐγὼ ταχθεὶς τάδ' ἔρδω.

V. 7. Schol.: διαβόρῳ· τῇ τὸν πόδα ἐσθιούσῃ, σηπτικῇ, τῇ διαβιβρωσκούσῃ· τῇ καλουμένῃ φαγεδαίνῃ· πάθος δὲ τοῦτό ἐστιν οὕτω λεγόμενον παρὰ τοῖς ἰατροῖς. Καταστάζοντα δέ, οἷον καταῤῥέοντα, τηκόμενον, λυόμενον. Aesch. in Philoct. fr. ap. Arist. A. P. c. 22: φαγέδαιναν, ἥ μου σάρκας ἐσθίει ποδός. Sophocles νόσον dixit, genus pro specie poetarum more ponens et significans saniem, quam cancrum, quo morbo Philoctetes laborasse fertur, mittere solere constat (Cato R. R. 157, 3.). Eodem sensu v. 39. νοσήλεια dictum. Καταστάζειν πόδα νόσῳ, habere pedem stillantem sanie Sic Ai. 10: κάρα στάζων ἱδρῶτι, et Eur. Suppl. 586: στόμα ἀφρῷ καταστάζοντα. Cf. Matth. §. 424, 4. Dicitur νόσος διαβόρος etiam Trach. 1084. Contra passivo sensu dictum διάβορος Trach. 676.

V. 8. λοιβή libationes, θῦμα suffitus significat; ex utrisque sacrificia constabant. Similiter Hom. Il. IX, 500: λοιβῇ τε κνίσῃ τε. Verbum θῦμα sic etiam ab Eur. Phaet. 52. ed. Herm. usurpatum.

V. 9. προσθιγεῖν] Ut apud Latinos attingere rem pro operam dare rei. Cf. Cic. ad Att. II, 22. in Rull. II, 12. MATTH.

V. 10. δυσφημίαις] Verbis male ominatis, quae a sacris aliena erant.

V. 11. Eur. Hec. 939: ἀλλὰ ταῦτα μὲν τί δεῖ θρηνεῖν;

V. 12. Schol.: ἀκμή, ἀντὶ τοῦ καιρός. Ai. 822: οὐχ ἕδρας ἀκμή. El. 22: ἔργων ἀκμή. 1338: ἀπηλλάχθαι ἀκμή. Simile est quod dixit O. C. 1163: οὐ γὰρ ἥδ' ἕδρα σμικροῦ λόγου.

V. 13. μὴ καί] Ne adeo. Sic v. 46: μὴ καὶ λάθῃ με προσπεσών. Antig. 278: μή τι καὶ θεήλατον τοὔργον τόδε. Verbum ἐκχέω perdendi notione usurpatum etiam Aesch. Pers 831. ed. Blomf., quem vide ibi in Gloss.

V. 14. τῷ νιν] De articulo pro pronomine relativo posito ad O. C. 34 sq. monitum est.

σόφισμα, τῷ νιν αὐτίχ' ἁρπήσειν δοκῶ.
15 ἀλλ' ἔργον ἤδη σὸν τὰ λοίφ' ὑπηρετεῖν,
σκοπεῖν θ', ὅπου 'στ' ἐνταῦθα δίστομος πέτρα
τοιάδ', ἵν' ἐν ψύχει μὲν ἡλίου διπλῇ
πάρεστιν ἐνθάκησις, ἐν θέρει δ' ὕπνον
δι' ἀμφιτρῆτος αὐλίου πέμπει πνοή.
20 βαιὸν δ' ἔνερθεν ἐξ ἀριστερᾶς τάχ' ἂν
ἴδοις ποτὸν κρηναῖον, εἴπερ ἐστὶ σῶν.
ἅ μοι προςελθὼν σῖγα σήμαιν', εἴτ' ἔχει
χῶρον πρὸς αὐτὸν τόνδε γ', εἴτ' ἄλλῃ κυρεῖ·

V. 15. Vocabulum ἔργον opponitur λόγοις, et verba ἀλλὰ etc. verbis ἀκμὴ — λόγων, ut sensus sit: Non loquendi nunc tempus est, sed agendi, et quidem tuum etc. Pronomen σὸν autem postpositum est, quia non personarum, sed rei oppositio est.

Ibid. τὰ λοίφ' ὑπηρετεῖν] Integra locutio foret: τὰ λοιπὰ ὑπηρετήματα ὑπηρετεῖν. Sic infra 1024: οἷς οὐ ταῦθ' ὑπηρετεῖς. Vide quae in Censura Aiac. ab Lobeck. edit. p. 86. §. 4. exposui.

V. 16. Saepe a tragicis πέτρα pro ἄντρον dici monuit Elmsl. ad Eur. Med. 1326.

V. 17. Spelunca illa pervia erat, patens et orienti soli et occidenti, ut, ubi frigus esset, in antemeridiano et pomeridiano sole sedere posset Philoctetes, quae est ἡλίου διπλῇ ἐνθάκησις, in aestivo autem calore perflans aura ad somnum invitaret. HERM. De locutione ἡλίου ἐνθάκησις vid. Matth. §. 380. n. 3.

V. 19. Schol.: ἀμφιτρῆτος· τοῦ ἀμφοτέρωθεν τετρημένον. Suidas: ἀμφίτρητον, τὸ ἐξ ἑκατέρων τῶν μερῶν τετρημένον ἄντρον. De forma adiectivi cfr. Porson. et Schaefer. ad Eur. Med. 1363.

Ibid. αὔλιον etsi plerumque de stabulo usurpatur, significat omnino locum quemcunque in agris et sub dio quieti capiendae opportunum, quod monuit Spanhem. ad Callim. H. in Dian. 87 sq. p. 228. ed. Ern. MATTH. Pro δι' ἀμφ. αὐλίου proprie debebat δι' ἀμφοτέρου στόματος dici, quum verba πέτρα τοιάδε, ἵνα praecedant. Excusatur autem repetita antri mentio eo, quod verba ἐν ψύχει — ἐνθάκησις interiecta sunt.

V. 20. βαιὸν δ' ἔνερθεν] sc. τοῦ ἄντρου, paullo infra antrum.

V. 22 sq. Verbi ἔχει subiectum non Philoctetam, sed pronomen ἅ esse, verissime ab Hermanno monitum puto. In reliqua huius loci interpretatione dissentio. Totum fabulae exordium docet ante omnia Neoptolemo quaerendum fuisse, utrum locus is, quem a Philocteta habitari Ulixes putabat, in vicinia, id est in iis rupibus, quae in scena ante oculos Ulixis et Neoptolemi (v. 16: ὅπου' 'στ' ἐνταῦθα διστ. πέτρα) positae erant, an alibi esset. Itaque accedere nunc ad eas (προςελθὼν σῖγα) sine strepitu iubetur et significare Ulixi, sintne (ἅ) antrum eiusmodi, quale modo descriptum erat, et fons ad eum versus locum, quem nunc

ὡς τἀπίλοιπα τῶν λόγων σὺ μὲν κλύῃς,
25 ἐγὼ δὲ φράζω, κοινὰ δ' ἐξ ἀμφοῖν ἴῃ.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἄναξ Ὀδυσσεῦ, τοὔργον οὐ μακρὰν λέγεις·
δοκῶ γὰρ οἷαν εἶπας ἄντρον εἰςορᾶν.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ἄνωθεν, ἢ κάτωθεν; οὐ γὰρ ἐννοῶ.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

τόδ' ἐξύπερθε, καὶ στίβου γ' οὐδεὶς κτύπος.

V. 29. κτύπος ego primus restitui ex La, Le, V, R, in

teneat Ulixes, an aliorsum sita. Hanc veram horum versuum explicationem esse manifesto ostendunt verba χῶρον πρὸς αὐτὸν τόνδε γ', quibus et locum significatum esse, et quidem eum ipsum, quem qui haec loquebatur obtinuerit, Graecorum loquendi ratio statuere nos cogit. Apte nunc etiam πρὸς praepositionem positam esse patet. Cf. Antig. 1169. ed. meae et Eur. Hec. 218. De usu verbi ἔχειν, spectare hic significantis, consule Wesseling, ad Herodot. II, 17. p. 265. Aliter hunc locum explic. Reisigius in Enarr. O. C. p. XXVII.

V. 24. τἀπίλοιπα τῶν λόγων] Vid. ad Viger. p. 62. et Matth. §. 442, 3 et 4. Eur. Hel. 976: ἃ σοι παρέλιπεν ἥδε τῶν λόγων, φράσω.

V. 25. Schol.: κοινὰ δ' ἐξ ἀμφοῖν ἴῃ· πονοῖτο, διανύοιτο, προβαίνοι. De ἐκ praepositionis usu ad v. 60. monuimus.

V. 26. Schol.: τοὔργον οὐ μακρὰν λέγεις· οὐ μακροῦ πόνου δεόμενον. ἤδη γὰρ εἰςεῖδον ἄντρον, ὃ λέγεις. Et glossa: οὐ μακρᾶς διδαχῆς δεόμενον. Unde Gedick. et Wakef. μακρόν coniecerunt, quod Buttm. solum putat aptam sententiam praebere. Immo aptior sine dubio vulgata scriptura est, cuius hic est sensus: id, quod a me quaerendum dicis, non longe abest. Attulit Herm. Aesch. Ag. 1659: τοὔργον οὐχ ἑκὰς τόδε.

V. 28. Schol.: ἄνωθεν, ἢ κάτωθεν· ταπεινόν, ἢ ὑψηλόν. — οὐ γὰρ ἐννοῶ, non intelligo, inquit, utrum supra, an infra. Eadem verba in O. R. 559. HERM De usu adverbiorum ἄνωθεν et κάτωθεν vide quae ad Ant. 519. adnotavimus.

V. 29. τόδ' scilicet ἄντρον, quod est demonstrantis, ut consuerunt loqui, significans hic. HERM.

Ibidem. καὶ στίβου γ' οὐδεὶς κτύπος] Neoptolemus quum nullum incessus strepitum esse vel nullum incedentis strepitum audiri ait, hoc significat, Ulixem, qui veritus adhuc, ne in antro inesset Philoctetes, procul afuerat ideoque ne satis quidem cognoscere illud potuerat, propius iam accedere posse, quod Philoctetes

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

30 ὅρα, καθ' ὕπνον μὴ καταυλισθεὶς κυρῇ.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ὁρῶ κενὴν οἴκησιν ἀνθρώπων δίχα.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

οὐδ' ἔνδον οἰκοποιός ἐστί τις τροφή;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

στιπτή γε φυλλὰς ὡς ἐναυλίζοντί τῳ.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

τὰ δ' ἄλλ' ἔρημα, κοὐδέν ἐστ' ὑπόστεγον;

quo additum γρ. τύπος, Ven., Paris., et Ms. Morelli. Γ cum ceteris τύπος, sed cum γρ. καὶ κτύπος.

non inesse nunc in antro videatur. Nam qui ante antrum stabat si nullum incedentis strepitum audiebat, in alterutra versari sententia debebat, ut putaret, aut non inesse Philoctetam, aut, si inesset, recubuisse. Prius credebat Neoptolemus, posterius cautior Ulixes reputandum statim monet. Ceterum στίβος recte de incessu dici docui in Advers. p. 48.

V. 30. Male editores omnes καθ' ὕπνον καταυλισθεὶς κυρεῖ, vel, ut antea legebatur, καταυλισθείς, explicant dormit. Immo significant haec verba: ad dormiendum recubuit. De quo praepositionis κατά usu cfr. Matth. §. 581. s. p. 1359. De significatu locutionis ὅρα, μὴ sequente coniunctivo ad El. 567 sq. exposui.

V. 31. κενὴν — δίχα] Simillime Ai. 464: γυμνὸν φανέντα τῶν ἀριστείων ἄτερ. Ant. 445: ἔξω βαρείας αἰτίας ἐλεύθερον. Alia attulit Dissen. ad Pindar. T. II. p. 383. ed. Goth.

V. 32. οἰκοποιὸς — τροφή] Certum est οἰκοποιός adiectivum active dictum esse, ita ut ea significet, quibus locus aliquis in modum domus instruatur; item ex sequentibus apparet, quod appositum fuerit adiectivo illi substantivum, non nutrimenta, sed supellectilem significasse. Quo significatu nescio an non potuerit substantivum τροφή poni. Ego certe nullum novi exemplum nominis illius ita usurpati. Quapropter videndum, ne scripserit poeta, quod Welckerus suspicatus est, τρυφή. Similiter statim post poculum nulla arte compositum τέχνημα et igniaria θησαύρισμα Philoctetae appellantur.

V. 33. Schol.: στιπτή γε φυλλάς· χαμαιστρωσία ἐκ φύλλων. ἠπλωμένη καὶ πατουμένη, ὡς κοιμωμένου ἐπ' αὐτῇ τινος. Sensus hic est: folia calcata sic, ut ab eo, qui stratum facit. De dativo cfr. Matth. §. 568.

V. 34. τὰ δ' ἄλλ' ἔρημα] Insolenter dictum. Sensus est: reliquusne locus speluncae vacuus? — ὑπόστεγον. Schol. ὑπὸ τῇ στέγῃ. Cfr. de hoc adiectivi usu Matth. Gr. §. 446. nr. 9.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

35 αὐτόξυλόν γ' ἔκπωμα, φλαυρουργοῦ τινὸς
τεχνήματ' ἀνδρός, καὶ πυρεῖ' ὁμοῦ τάδε.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

κείνου τὸ θησαύρισμα σημαίνεις τόδε.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἰού, ἰού· καὶ ταῦτά γ' ἄλλα θάλπεται
ῥάκη, βαρείας του νόση εἴας πλέα.

V. 35. αὐτόξυλον male Hesych. explicat αὐτοδημιούργητον ξύλον. Recte Schol.: ποτήριον μονόξυλον, τέχνημα ἀνδρὸς φαύλως ἐργαζομένου· ὅ ἐστιν ἰδιώτου καὶ οὐ τεχνίτου. Eustath. p. 1332, 17 (1457, 34.): ὅμοιον δὲ πρὸς τὸ αὐτοχώνιον, τὸ αὐτοκάβδαλον, καὶ τὸ παρὰ Σοφοκλεῖ αὐτόξυλον ἔκπωμα· καὶ ὅλως ὅσα ἔργα οὐκ εἰς κάλλος ἐσκεύασται. Addit Musgr. ad O. C. 188. αὐτόπυρος ἄρτος ex Athenaeo p. 114. C. Eadem significatione αὐτόξυλος dicitur Pan in Apoll. Epigr. X. Anal. Br. II. p. 134. (Anth. Pal. II. p. 697. nr. 235.) Vid. Iac. Anim. ad Anthol. Gr. IX. p. 219.

V. 36. Plurale τεχνήματα recte defendit Porson. ad Eur. Or. 1051. Cfr. Matth. §. 431. p. 801. — πυρεῖα ignaria sunt, quae hic non lignea videntur intelligenda esse, de quibus dixere Salmas. in Exerc. Plin. p. 126., Casaub. Lectt. Theocr. c. 20., Wesseling. ad Diod. Sic. V. 67., sed silices, ex quibus ignis eliciebatur (vid. v. 296.), nec solum hi, sed etiam quae accensi ignis reliquiae prodebant, quem illi silices usum haberent, ut carbones, cineres: ut perridicula sit dubitatio, quae a quibusdam excitata est de repugnantia, quae sit inter hunc locum et v. 296. HERM.

V. 37. Sensus hic est: illius est supellex haec, quam significas. Quo dicit Ulixes sine dubio a Philocteta speluncam, quam investigabat Neoptolemus, habitari.

V. 38. ἰού, ἰού] Exclamatio est gaudentis, quod repperit quae investigaverit. Sic apud Platon. de Rep. p. 432. D. Tum ταῦτα, ut v. 36. τάδε, significat hicce. Cfr. Schaef. Mel. cr. p. 78. — ἄλλα non abundanter additum, sed est elliptice potius dictum. Solent enim Graeci frequenter pronomen illud ibi, ubi plures res enumerantur, quae omnes ad unum quoddam genus pertinent, per attractionem quandam cum eo nomine, quo species indicatur, ita coniungere, ut notio pronominis non ad nomen, cui appositum est, sed ad illud, quo genus indicatur, nunc commemoratum a scriptoribus, nunc suppressum, referri debeat; nomenque, quocum ἄλλος coniunctum est, explicationem pronominis et substantivi, ad quod notio pronominis pertinet, continere existimandum sit. Itaque verba καὶ ταῦτά γ' ἄλλα θάλπεται ῥάκη in hunc sunt sensum dicta: καὶ τοῦτό γ' ἄλλο θησαύρισμα, δηλονότι ῥάκη, ἃ

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

40 ἀνὴρ κατοικεῖ τούσδε τοὺς τόπους σαφῶς,
κἄστ' οὐχ ἑκάς που. πῶς γὰρ ἂν νοσῶν ἀνὴρ
κῶλον παλαιᾷ κηρὶ προσβαίη μακράν;
ἀλλ' ἢ 'πὶ φορβῆς νόστον ἐξελήλυθεν,
ἢ φύλλον εἴ τι νώδυνον κάτοιδέ που.
45 τὸν οὖν παρόντα πέμψον ἐς κατασκοπήν,
μὴ καὶ λάθῃ με προσπεσών· ὡς μᾶλλον ἂν
ἕλοιτό μ' ἢ τοὺς πάντας Ἀργείους λαβεῖν.

θάλπεται. Alia huius usus exempla collegerunt Schaef. ad Eur. Med. 298. ed. Pors., Elmsl. ad eundem locum, alique.

V. 39. νοσήλεια] ut v. 7. νόσος, de sanie accipiendum, quae dicitur βαρεῖα, quod molesta est, taedium movet.

V. 42. κήρ] Et hic et infra 1166. non simpliciter νόσον significat, ut Schol. putat, sed morbum fatalem. Fatalem autem cur putaverit morbum Philoctetae, explicat poeta ipse v. 191 — 200. — προσβαίη μακράν, ad locum remotum accesserit. Prorsus eodem modo dictum O. C. 122: προσδέρκου πανταχῆ.

V. 43. ἐπὶ φορβῆς νόστον ἐξ.] In viam, qua victum quaereret, se contulit, i. e breviter: ad victum quaerendum exiit. Νόστος pro via et itinere simpliciter saepius apud tragicos positum, ut in Eurip. Iphig. A. 966. 1261. Rhes. 427., et sic etiam νοστεῖν in Helen. v. 481. 897. Cfr. Schaef. in Melet. cr. p. 90. HERM. Suidas: περιιοστοῦντας· περιερχομένους· νόστος κυρίως μὲν ἡ ἀπ' ἀλλοδαπῆς οἴκαδε ἄφιξις, καταχρηστικῶς δὲ καὶ ἡ ἀπὸ τόπου εἰς τόπον.

V. 44. Schol.: φύλλον εἴ τι νώδυνον· βοτάνην τινὰ παυσώδυνον. Structura haec est: ἢ ἐξελ. ἐπὶ νόστον φύλλου νωδύνου, εἴ τι (ὅ τι) κάτοιδέ που.

V. 45. τὸν οὖν παρόντα] Schol.: ὡς τινὸς παρωτιαμένου αὐτῷ. Eiusmodi muti pedissequi, qualem Neoptolemum secum in scenam adduxisse ex hoc loco intelligimus, ubique reges vel personas primarias comitati videntur. Cfr. Lobeck. ad Ai. 1104. — ἐς κατασκοπήν. Cfr. Matth. Gr. §. 578. e. p. 1348.

V. 46. μὴ καὶ λάθῃ με προσπεσών] De καί particulae significatu ad v. 13. monuimus. Tum προσπεσών subitaneum significat adventum, ut v. 156. Similiter Euripides Hercl. 338: πρῶτα μὲν σκοποὺς πέμψω πρὸς αὐτόν, μὴ λάθῃ με προσπεσών. — De τοὺς πάντας Ἀργείους cfr. Ai. 722. τοῖς πᾶσιν Ἀργείοις. et Rost.' Gr. Gr. §. 98. 3. B. d).

V. 46. 47. Ne quem pronomen encliticum μὲ in comparatione offendat, tenendum est hoc dici a poeta: illico enim me comprehendat, idque lubentius quam omnes Argivos. Ita saepe in comparatione pronomen ejus, de quo potissimum sermo est, forma enclitica effertur. Vide huius fab. 524. 1051. O. R. 1478.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἀλλ'. ἔρχεταί τε καὶ φυλάξεται στίβος.
σὺ δ' εἴ τι χρῄζεις, φράζε δευτέρῳ λόγῳ.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

50 Ἀχιλλέως παῖ, δεῖ σ' ἐφ' οἷς ἐλήλυθας
γενναῖον εἶναι μὴ μόνον τῷ σώματι,
ἀλλ' ἤν τι καινόν, ὧν πρὶν οὐκ ἀκήκοας,
κλύῃς, ὑπουργεῖν, ὡς ὑπηρέτης πάρει.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

τί δῆτ' ἄνωγας;

V. 48. Schol.: ἐπέρχεται, φησίν, ὁ θεράπων εἰς κατασκοπήν. Male quidam ἔρχεται de Philocteta adveniente intellexerunt. Ἔρχεσθαι saepius usurpatur de abeunte, ut infra v. 1183. μὴ ἴλθῃς. BUTTM. Et sic Ant. 99. Scilicet qui antea prope me stetit et nunc ire dicitur, is profecto a me abire intelligitur. Similiter ἵστασθαι pro ἀνίστασθαι usurpatur, de quo vide ad 893. — φυλάξεται iam schol. monuit pro φυλαχθήσεται esse positum. De hac futuri medii significatione cfr. Matth. §. 496. 8. Rost. §. 114. annot. 1.

V. 49. Verbis δευτέρῳ λόγῳ alterum significat Neoptolemus colloquium, quod reperto antro secum de capiendo Philocteta habiturum Ulixem esse meminerat, qui supra v. 24. dixerat ὡς τἀπίλοιπα τῶν λόγων σὺ μὲν κλύῃς etc. Eodem fere sensu δεύτερον dictum ab Eur. Hec. 967.

V. 50. ἐφ' οἷς] Cfr. Matth. §. 585.

V. 52. sq. ἤν τι καινόν etc.] Abundare καινόν videtur; sed confer quae ad Antig. 59. adnotavimus. In verbis ὡς ὑπηρέτης πάρει nemo haerebit, qui hoc sensu ea posita esse reputaverit: ut facere te, qui minister sis, convenit.

V. 55. De locutione δεῖ σε ὅπως ἐκκλέψεις vide Matth. §. 623. 2.

Ibidem. In verbis λόγοισιν ἐκκλέψεις λέγων nihil non recte dictum. Verbum λόγοις arctissime cohaeret cum ἐκκλέπτειν, ita ut λόγοις ἐκκλέπτειν τινὰ significet, ficta alicui dicere, decipere aliquem. Tum ad λέγων intelligendum λόγους hoc sensu: decipere debes animum Philoctetae, quum verba ad eum facies, i. e. verba eiusmodi facere ad Philoctetam debes, quibus animum ejus decipias. Hinc ipse Philoctetes infra 1268: καὶ τὰ πρὶν γὰρ ἐκ λόγων καλῶν κακῶς ἔπραξα σοῖς πεισθεὶς λόγοις. De addito λέγων vide etiam 1322. Trach. 425. nos ad Aiac. 730. et de λόγῳ κλέπτειν El. 56: ὅπως λόγῳ κλέπτοντες ἡδεῖαν φάτιν φέρωμεν αὐτοῖς.

V. 56. Male Buttm. ὅταν τ' ἐρ.: nam universe indicato quid secuturum sit, id quod sequitur adiici sine copula solet. De quo more quum alibi, tum ad Eur. Bacch. 275. dictum. HERM.

V. 57. λέγειν] Possis infinitivum aptum ex praegresso δεῖ iudicare; sed sensu imperativi positum esse apparet ex v. 64. λέγων. Vide ad El. 9.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

τὴν Φιλοκτήτου σε δεῖ
55 ψυχὴν ὅπως λόγοισιν ἐκκλέψεις λέγων.
ὅταν σ' ἐρωτᾷ, τίς τε καὶ πόθεν πάρει,
λέγειν, Ἀχιλλέως παῖς· τόδ' οὐχὶ κλεπτέον·
πλεῖς δ' ὡς πρὸς οἶκον, ἐκλιπὼν τὸ ναυτικὸν
στράτευμ' Ἀχαιῶν, ἔχθος ἐχθήρας μέγα,
60 οἵ σ' ἐν λιταῖς στείλαντες ἐξ οἴκων μολεῖν,
μόνην ἔχοντες τήνδ' ἅλωσιν Ἰλίου,

V. 58. ὡς πρὸς οἶκον] Vide Gramm. §. 136. Zeun. ad Vig. p. 567. Aristoph. Eq. extr. κἀκεῖνον ἐκφερέτω τις ὡς ἐπὶ τὴν τέχνην (ad artem exercendam). BUTTM.

V. 59. ἔχθος ἐχθήρας μέγα] Scilicet αὐτούς. Cfr. El. 1034: οὐδ' αὖ τοσοῦτον ἔχθος ἐχθαίρω σ' ἐγώ. et Matth. §. 421. n. 3. Debebat autem Neoptolemus infestum se Atridis simulare, quo magis Philoctetae, qui maximo eos odio persequebatur, benevolentiam captaret. Quod intellexit iam Schol., monens: οἱ γὰρ ἐξ ἑνὸς ἠδικημένοι φιλοῦσιν ἀλλήλους.

V. 60. ἐν λιταῖς] Est hoc, quod male Doederl. in Spec. p. 69. explicat inter preces, eodem modo dictum, quo v. 102. ἐν δόλῳ et 1393. ἐν λόγοις. Solent enim Graeci pro Latinorum ablativo instrumenti saepe nunc ἐν praepositionem ponere, significaturi in ea re, cuius nomini praepositio adiuncta est, vim aut facultatem alicuius rei agendae sitam esse; nunc ἐκ praepositionem, ex aliqua re vim aut facultatem agendi proficisci; nunc ἀπό praepositionem, de vel ab aliqua re facultatem alicuius rei agendae peti vel depromi. Itaque ἐν λιταῖς στείλαντες etc. proprie sic explicandum: qui te Troiam adduxerint ita ut vis adducendi in precibus sita esset; et v. 102. cur abductio eius debet in dolo consistere? Exempla huius usus, etsi rationem eius minus perspexit, multa congessit Matth. §. 396 n. 2. De ἐκ vide ad v. 91.

Ibidem. Duobus in locis Sophocles, et hic et Ant. v. 165., στέλλειν cum verbo veniendi coniunxit; alibi arcessendi notione solum verbum activum στέλλειν usurpavit. Sic O. T. v. 860. O. C. v. 298. Neque tamen nihil inter hos et illos locos discriminis intercedit. In illis enim locis sermo de eo est, qui arcessitur, sed nondum venit sive adest; in his autem de iis, qui, postquam missi ad eos sunt, qui arvocarent, revera venerunt. Ex quo apparet, neque hoc loco μολεῖν neque Ant. v. 165. ἱκέσθαι prorsus inutiliter esse adiectum. Comparari potest v. 1349: κοὐκ ἀφῆκας εἰς Ἅιδου μολεῖν. et O. C. 1286: ἔνθεν μ' ὧδ' ἀνέστησεν μολεῖν. – Ceterum de re narrata cfr. Hom. Od. XI. 506 sqq.

V. 61. Hoc dicit poeta: solam habentes hanc Ilii expugnandi facultatem. Saepenumero enim substantiva verbalia in σις desinentia facultatem agendi significant. Sic 691: οὐκ ἔχων βάσιν, non habens facultatem eundi. et El. 140. 560. edit. meae.

οὐκ ἠξίωσαν τῶν Ἀχιλλείων ὅπλων
ἐλθόντι δοῦναι κυρίως αἰτουμένῳ,
ἀλλ' αὖτ' Ὀδυσσεῖ παρέδοσαν· λέγων ὅσ' ἂν
65 θέλῃς καθ' ἡμῶν ἔσχατ' ἐσχάτων κακά.
τούτῳ γὰρ οὐδέν μ' ἀλγυνεῖς· εἰ δ' ἐργάσει
μὴ ταῦτα, λύπην πᾶσιν Ἀργείοις βαλεῖς.
εἰ γὰρ τὰ τοῦδε τόξα μὴ ληφθήσεται,
οὐκ ἔστι πέρσαι σοί τὸ Δαρδάνου πέδον.
70 ὡς δ' ἔστ' ἐμοὶ μὲν οὐχί, σοὶ δ' ὁμιλία
πρὸς τόνδε πιστὴ καὶ βέβαιος, ἔκμαθε.

V. 66. τούτῳ ex Buttmanni coniectura scripsi. Libri τούτων.

Τήνδε recte explicavit Scholiasta: τὸ σὲ ἐλθεῖν εἰς Ἴλιον. Sic Trach. 483: εἴ τι τήνδ' ἁμαρτίαν νέμεις.

V. 62. sq. οὐκ ἠξίωσαν — αἰτουμένῳ] Nolim dicere, quae communis omnium interpretum opinio est, infinitivum δοῦναι inutiliter additum esse. Fert enim ita Graecorum loquendi consuetudo, ut ea res, qua quis dignus dicitur, non tam genitivo substantivi, quam potius infinitivo efferatur. Neque quisquam, opinor, haesisset in hoc loco, si vulgarem secutus consuetudinem poeta dixisset: οὐκ ἠξίωσαν δοῦναί σοι ἐλθόντι τὰ Ἀχίλλεια ὅπλα κυρίως αἰτουμένῳ. Cfr. O. C. 1496: ὁ γὰρ ξένος σε καὶ πόλισμα καὶ φίλους ἐπαξιοῖ δικαίαν χάριν παρασχεῖν παθών. Ai. 494: μή μ' ἀξιώσῃς βάξιν ἀλγεινὴν λαβεῖν. Eurip. Hel. 410: οὐκ ἀξιοῦμαι τοῦδε πρὸς θεῶν τυχεῖν. Soph. Ant. 699: οὐχ ἥδε χρυσῆς ἄξια τιμῆς λαχεῖν. Itaque notanda hic potius mutatio structurae vulgaris erat, substantivo, quod cum infinitivo iungendum erat, relato ad verbum finitum, ex quo infinitivus aptus est. Simillime dictum Ant. 489 sq.: καὶ γὰρ οὖν κείνην ἴσον ἐπαιτιῶμαι τοῦδε βουλεῦσαι τάφου, quum deberet dici, ἐπαιτιῶμαι βουλεῦσαι τόνδε τὸν τάφον. Quae forma loquendi non multum differt ab illa, de qua Matth. §. 296. Rost. §. 122. 8. egerunt.

V. 64. λέγων] Participium hoc referendum ad infinitivum, qui praecessit, λέγειν, imperativi sensu positum.

V. 65. ἔσχατ' ἐσχάτων] Recte Scholiasta: αἰσχρότατα. Cfr. O. R. 465. O. C. 1238. El. 849. et Matth. §. 446. 5.

V. 67. βαλεῖς] Expectaveris ἐμβαλεῖς. Sed vide quae ad Ai. 745. adnotavimus. De μή particulae positu ad O. C. 1360. egimus.

V. 68. Schol.: προτρεπτικῶς εἰς τὴν συμμαχίαν οὐ τὸν ἄνδρα, ἀλλὰ ψιλῶς τὰ τόξα ὠνόμασεν· εἰς δὲ τὴν πόρθησιν τὸν Νεοπτόλεμον. Cf. v. 114. sq.

V. 69. τὸ Δαρδάνου πέδον] Dardanus, Iovis et Electrae filius, auctor generis regum Troianorum, quem sub Ida monte Dardaniam condidisse Homerus tradit. CAMER.

P. 72. sq. Schol.: οὔτ' ξένος οὐδενί· ὤμοσαν γὰρ τῷ Τυνδάρεω πάντες Ἕλληνες συνελθεῖν, ἐὰν ἁρπασθῇ ἡ Ἑλένη. Vide quae in fabula Aiac. p. 10 sq. adnotavimus. Verbis se-

σὺ μὲν πέπλευκας οὔτ' ἔνορκος οὐδενί,
οὔτ' ἐξ ἀνάγκης, οὔτε τοῦ πρώτου στόλου·
ἐμοὶ δὲ τούτων οὐδέν ἐστ' ἀρνήσιμον.
ὥστ', εἴ με τόξων ἐγκρατὴς αἰσθήσεται,
ὅλωλα, καὶ σὲ προσδιαφθερῶ ξυνών.
ἀλλ' αὐτὸ τοῦτο δεῖ σοφισθῆναι, κλοπεὺς
ὅπως γενήσει τῶν ἀνικήτων ὅπλων.
ἔξοιδα, παῖ, φύσει σε μὴ πεφυκότα
τοιαῦτα φωνεῖν, μηδὲ τεχνᾶσθαι κακά·
ἀλλ' ἡδὺ γάρ τοι κτῆμα τῆς νίκης λαβεῖν,

V. 79. Ex Erfurdti coniectura παῖ scripsi. Libri καί.

quentibus ἐξ ἀνάγκης πέπλευκας non dubium est quin eo respiciatur, quod Ulixes, patefacto dolo ejus, quo subterfugere expeditionem studuerat, Troiam oppugnatum proficisci coactus est. Cfr. v. 1007: καί τοι σὺ μὲν κλοπῇ τε κἀνάγκῃ ζυγεὶς ἔπλεις ἅμ' αὐτοῖς, ibique adnotationem. Denique de prima, quae postremo commemoratur, expeditione cfr. v. 246. sq.

V. 73. οὔτε τοῦ πρώτου στόλου] Genitivi pendent a notione, quae verbo πέπλευκας inest, ἦσθα ναυβάτης (cfr. v. 246. sq.), vel a simplici verbo ἦσθα, ut verba τοῦ — στόλου significent, οὔτε ἦσθα τῶν πρῶτον πρὸς Ἴλιον πλευσάντων. Sic v. 222 sq. ποίας πάτρας etc. Cfr. Matth. §. 322. 7.

V. 75. Schol.: τόξων ἐγκρατής· ἔχων τὰ τόξα.

V. 76. ὅλωλα] cfr. Matth. §. 500. — Non inutiliter additum est ξυνών, significans, eo quod tecum sim.

V. 77. Schol.: σοφισθῆναι· σοφίσασθαι. Cfr. Matth. §. 495. b. d.

V. 79. φύσει πεφυκότα] De locutione hac Erfurdtius conferri Wopkens. Lectt. Tull. p. 287. iubet.

V. 81. ἡδὺ — λαβεῖν] Quidam interpretes verba ἡδὺ κτῆμα praedicati loco esse. ex eoque intelligi debere subiectum τὸ κτῆμα putant, ita, ut integra oratio haec foret ἡδὺ κτῆμά ἐστι τὸ κτῆμα τῆς νίκης. Cfr. Matth. §. 309. idemque ad Eurip. Androm. 181: ἐπίφθονόν τι χρῆμα θηλειῶν ἔφυ. Non improbarem hanc interpretationem, quum saepe semel id poni verbum solere, quod, plene si loqui voluissent, bis ponere poetae debebant, ipse pluribus exemplis ad v. 512. demonstrarim, si omissum verbum λαβεῖν esset, quod in hac interpretatione mirum quantum languet. Vehementer enim differunt, ad quae quis provocare possit, exempla ad Ant. 437 sq. a me allata. Quibus tum tantum similis hic locus esset, si hujusmodi quid positum esset, ἡδύ τι λαβεῖν νίκη. Itaque malim existimare, κτῆμα λαβεῖν pro simplici κτᾶσθαι positum esse, ut νόστον λαβεῖν (Eur. Iphig. T. 985.) pro νοστῆσαι, μεταμέλειαν λαβεῖν pro μεταμέλεσθαι, πεῖραν λαβεῖν pro πειρᾶν, θέαν λαβεῖν (huius fab. 536 sq. 656.) pro θεᾶσθαι, αἰδῶ λαβεῖν (Ai. 345.) pro αἰδεῖσθαι, et alia plurima eiusdem generis dicuntur.

τόλμα· δίκαιοι δ' αὖθις ἐκφανούμεθα.
νῦν δ' εἰς ἀναιδὲς ἡμέρας μέρος βραχὺ
δός μοι σεαυτόν, κἄτα τὸν λοιπὸν χρόνον
85 κέκλησο πάντων εὐσεβέστατος βροτῶν.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἐγὼ μὲν οὓς ἂν τῶν λόγων ἀλγῶ κλύων,
Λαερτίου παῖ, τούςδε καὶ πράσσειν στυγῶ.
ἔφυν γὰρ οὐδὲν ἐκ τέχνης πράσσειν κακῆς,
οὔτ' αὐτός, οὔθ', ὥς φασιν, οὑκφύσας ἐμέ.
90 ἀλλ' εἴμ' ἕτοιμος πρὸς βίαν τὸν ἄνδρ' ἄγειν,
καὶ μὴ δόλοισιν. οὐ γὰρ ἐξ ἑνὸς ποδὸς
ἡμᾶς τοσούςδε πρὸς βίαν χειρώσεται.

V. 100. In hiatu τι οὖν temere Pors. ad Phoen. 892. of-

V. 83. εἰς ἀναιδές] Scriptor prosaicus dixisset εἰς ἀναίδειαν. Sic v. 675. τὸ νοσοῦν et τἀναιδές in Eur. Iph. A. 368., τὸ εὐγενές in Eur. Phoen. 1623., et τὸ σὸν γενναῖον Soph. O. C. 569.

V. 84. Terentius Ad. V, 3, 53. da te hodie mihi. BR.

V. 86. Enuntiatio relativa quando praemitti soleat, monuit Matth. §. 478., huius loci non immemor.

V. 87. Λαερτίου] Fallitur Scholiasta, quum ait Λαέρτιος possessivum esse pro primitivo. Duplex forma est huius nominis, utraque primitiva. Eustath. ad Hom. p. 13. διφορεῖται γὰρ τοῦτο. καὶ οὐ μόνον Λαέρτης λέγεται, ἀλλὰ καὶ Λαέρτιος, ὡς δηλοῖ καὶ Σοφοκλῆς. Hanc formam adhibitam videmus solum, ubi alteram metri lex non admittit. BR. Usurpavit Sophocles productiorem formam his locis: v. 417. 628. 1357., et contracte Λαρτίου v. 401. 1286. et Ai. 1. Casu recto nunquam a Sophocle Λαέρτιος dictum.

Ibid. τούςδε] Nihil offensionis in hoc pronomine esse vel ex his exemplis apparebit: El. 441: τάςδε δυςμενεῖς χοὰς οὐκ ἄν ποθ', ὅν γ' ἔκτεινε, τῷδ' ἐπέστεφεν. Ant. 463 sq. ὅςτις γὰρ ἐν πολλοῖσιν, ὡς ἐγώ, κακοῖς ζῇ, πῶς ὅ δ' οὐχὶ κατθανὼν κέρδος φέρει; ibid. 645 sq. ὅςτις δ' ἀνωφέλητα φιτύει τέκνα, τί τόνδ' ἂν εἴποις etc. Trach. 23: ἀλλ' ὅςτις ἦν θακῶν ἀταρβὴς τῆς θεᾶς, ὅ δ' ἂν λέγοι. ibid. 820: τὴν δὲ τέρψιν, ἣν τῷμῷ δίδωσι πατρί, τήνδ' αὐτὴ λάβοι.

V. 89. οὔτ' αὐτός] Adscripsit Neuius O. R. 587. O. C. 462. Platon. Protag. p. 313. d: οὗτοι ὦν ἄγουσιν ἀγωγίμων οὔτε αὐτοὶ ἴσασιν ὅ τι χρηστὸν ἢ πονηρὸν περὶ τὸ σῶμα, οὔτε οἱ ὠνούμενοι παρ' αὐτῶν. p. 324. b: κολάζομεν τὸν ἀδικοῦντα, ἵνα μὴ αὖθις ἀδικήσῃ μήτε αὐτὸς οὗτος, μήτε ἄλλος ὁ τοῦτον ἰδὼν κολασθέντα.

V. 90. πρὸς βίαν] Vi. Sic 92. 103. cfr. Matth. §. 591. p. 1183.

πεμφθείς γε μέντοι σοὶ ξυνεργάτης ὀκνῶ
προδότης καλεῖσθαι· βούλομαι δ', ἄναξ, καλῶς
95 δρῶν ἐξαμαρτεῖν μᾶλλον ἢ νικᾶν κακῶς.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ἐσθλοῦ πατρὸς παῖ, καὐτὸς ὢν νέος ποτὲ
γλῶσσαν μὲν ἀργόν, χεῖρα δ' εἶχον ἐργάτιν·
νῦν δ' εἰς ἔλεγχον ἐξιὼν ὁρῶ βροτοῖς
τὴν γλῶσσαν, οὐχὶ τἄργα, πάνθ' ἡγουμένην.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

100 τί οὖν μ' ἄνωγας ἄλλο πλὴν ψευδῆ λέγειν;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

λέγω σ' ἐγὼ δόλῳ Φιλοκτήτην λαβεῖν.

fensus est. Vide huius fab. 733. 753. 917. Trach. 1203. et Aesch. Eumen. 902: τί οὖν μ' ἄνωγας τῇδ' ἐφυμνῆσαι χθονί;

V. 91. ἐξ ἑνὸς ποδός] Vide ad v. 60. Proprie sic explicanda haec locutio: non enim ex uno pede facultatem nos, qui tam multi simus, domandi sumet. Sic v. 88: ἐκ τέχνης κακῆς. 563: ἐκ βίας — ἢ λόγοις. 710: ἐξ ὠκυβόλων τόξων. 1268: ἐκ λόγων καλῶν κακῶς ἔπραξα. Schaef. ad Dionys. p. 295 sq. et Matth. §. 574. p. 1333 sq.

V. 92. Ex verbo opposito ἑνός apparet τοσούσδε multitudinis debere notionem habere. Significat Neoptolemus et se et chorum, quem post Ulixis abitum accessurum sciebat. Cfr. v. 126: ἐάν μοι — δοκῇ τέ τι etc.

V. 93 sq. Sententia haec est: nolo tamen, qui missus sim, ut te adiuvarem, ita rem gerere, ut prodidisse te dicar. De usu verbi ὀκνῶ cfr. Elmsl. ad Eur. Heracl. 244 sqq.

V. 94 sq. Schol.: καλῶς δρῶν· ἀντὶ τοῦ ἀληθεύων, νικᾶν δὲ κακῶς ἀντὶ τοῦ μετὰ ψευδολογίας. ὅ ἐστι· θέλω εἰπὼν τὸ ἀληθὲς ἀποτυχεῖν μᾶλλον, ἢ ἐξαπατᾶν τὸν ἄνδρα καὶ ἐπιτυχεῖν. Εἰςάγει δὲ αὐτὸν ὁ Σοφοκλῆς τὸν τοῦ πατρὸς λόγον λέγοντα· ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς Ἅιδαο πύλῃσιν, ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθῃ ἐνὶ φρεσίν, ἄλλο δὲ βάζῃ. De significatu verbi ἐξαμαρτάνειν ad El. 1188. monuimus.

V. 98. Schol.: εἰς ἔλεγχον ἐξιών· εἰς πεῖραν τῶν πραγμάτων· usu rerum et experientia edoctus, ut μολὼν εἰς ἔλεγχον O. C. 1297. cl. ibid. 834: τάχ' εἰς βάσανον εἰ χερῶν MATTH. Adde Eur. Alc. 656: ἔδειξας εἰς ἔλεγχον ἐξελθών.

V. 99. Schol.: τὴν γλῶσσαν, οὐχὶ τἄργα· κρείσσονα τῶν ἔργων οὖσαν τὴν γλῶσσαν. διαβάλλει τοὺς καθ' ἑαυτὸν ῥήτορας ὁ ποιητής, ὡς διὰ γλώσσης πάντα κατορθοῦντας

Ibidem. Schol.: πάνθ' ἡγουμένην· προηγουμένην εἰς ἅπαντα. ἀνύουσαν. Vide ad v. 15.

V. 101. λέγω] Iubeo. Cfr. nos ad O. C. 837.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

τί δ' ἐν δόλῳ δεῖ μᾶλλον ἢ πείσαντ' ἄγειν;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

οὐ μὴ πίθηται· πρὸς βίαν δ' οὐκ ἂν λάβοις.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

οὕτως ἔχει τι δεινὸν ἰσχύος θράσος;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

105 ἰοὺς ἀφύκτους καὶ προπέμποντας φόνον.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

οὐκ ἄρ' ἐκείνῳ γ' οὐδὲ προςμῖξαι θρασύ;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

οὔ, μὴ δόλῳ λαβόντα γ', ὡς ἐγὼ λέγω.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

οὐκ αἰσχρὸν ἡγεῖ δῆτα τὰ ψευδῆ λέγειν;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

οὔκ, εἰ τὸ σωθῆναί γε τὸ ψεῦδος φέρει.

V. 102. ἐν δόλῳ] V. ad v. 60.

V. 103. οὐ μὴ πίθηται] Nullo modo ei persuadebitur. cfr. Matth. §. 517. Rost. §. 135. 7.

V. 104. οὕτως ἔχει τι etc. Adscripsit Dindorfius Aristoph. Av. 63: οὕτως τι δεινὸν οὐδὲ κάλλιον λέγειν; Tum ἰσχύος θράσος est animus sive fiducia, quam praebent vires.

V. 105. προπέμποντας] De composito ad O. C. 664. monitum est.

V. 106 Schol.: οὐκοῦν οὐδὲ προςελθεῖν αὐτῷ εὐθαρσές ἐστι καὶ ἀσφαλές; Ut homo dicitur θρασύς, in quo fiducia conspicua est, ita recte θρασὺ negotium vel res dicitur, in qua fiducia conspicua est, i. e. quae fit cum fiducia. Adscripserunt iam interpretes Hom. Il. κ, 223: μᾶλλον θαλπωρὴ καὶ θαρσαλεώτερον ἔσται. Pindar. Nem. VII, 74: θρασύ μοι τόδ' εἰπεῖν. Xenoph. Hist. Gr. VI, 5, 32: καὶ τὸ μὲν μὴ πρὸς τὴν πόλιν προςβαλεῖν ἄν ἔτι αὐτοὺς ἤδη τι ἐδόκει θαῤῥαλεώτερον εἶναι. Platon. Lach. p. 198. b: ἡγούμεθα δεινὰ μὲν εἶναι, ἃ καὶ δέος παρέχει, θαῤῥαλέα δέ, ἃ μὴ δέος παρέχει. — De intransitivo προςμῖξαι ad O. C. 1063 monuimus.

V. 110. πῶς βλέπων] quo vultu, qua fronte? Nam βλέπειν saepe usurpatur, ut lat. tueri, v. c. acerba, torva

ΝΕΟΗΤΟΛΕΜΟΣ.

110 πῶς οὖν βλέπων τις ταῦτα τολμήσει λαλεῖν;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ὅταν τι δρᾷς ἐς κέρδος, οὐκ ὀκνεῖν πρέπει.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

κέρδος δέ μοι τί τοῦτον ἐς Τροίαν μολεῖν;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

αἱρεῖ τὰ τόξα ταῦτα τὴν Τροίαν μόνα.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

οὐκ ἄρ' ὁ πέρσων γ', ὡς ἐφάσκετ', εἴμ' ἐγώ;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

115 οὔτ' ἂν σὺ κείνων χωρὶς οὔτ' ἐκεῖνα σοῦ.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

θηρατέ' οὖν γίγνοιτ' ἄν, εἴπερ ὧδ' ἔχει.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ὡς τοῦτό γ' ἕρξας δύο φέρει δωρήματα.

tueri. Cfr. Aristoph. Plut. 424. Vesp. 895. Lysistr. 886. ERF.

V. 111. ἐς κέρδος] Cfr. Matth. §. 578. Sententia eadem est in Soph. El. 61: δοκῶ μὲν οὐδὲν ῥῆμα σὺν κέρδει κακόν. Nec tamen e mente Sophoclis dictum, quem consensisse potius puta cum Hesiodo Op. et D. v. 352. praecipiente: μὴ κακὰ κερδαίνειν· κακὰ κέρδεα ἶσ' ἄτῃσιν.

V. 112. Male Matthaei ἐς pro πρὸς positum putat. Τροία hic non urbem solum, sed adiacentes etiam agros, qui ad civitatem Troianam pertinebant, significat, id est, Troadem. Vide exempla a me ad Ai. 994. allata.

V. 114 Particula γὲ post ὁ πέρσων addita hanc habet vim, ut expugnatorem Ilii se iam non fore Neoptolemus dicat, subindicans collaturum se tantum aliquid Philocteta abducendo ad expugnandam Troiam esse. Expugnaturum autem Neoptolemum Ilium esse supra v. 69. Ulixes monuerat.

V. 117. Eustathium, qui ad Il. IX. p. 753, 60. (655, 7.) in his verbis, δύο φέρῃ δωρήματα, φέρῃ pro φέρεις dictum putat, iure miratur Reisig. ad O. C. p. XXVII. HERM.

Ibidem. Schol.: δωρήματα· τιμήματα. Significat hic δώρημα commodum, fructum, quem ex aliqua re percipimus. Sic O. C. 647. El. 360.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ποίω; μαθὼν γὰρ οὐκ ἂν ἀρνοίμην τὸ δρᾶν.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

σοφός τ' ἂν αὐτὸς κἀγαθὸς κεκλῇ' ἅμα.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

120 ἴτω, ποιήσω πᾶσαν αἰσχύνην ἀφείς.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ἦ μνημονεύεις οὖν ἃ σοι παρῄνεσα;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

σάφ' ἴσθ', ἐπείπερ εἰςάπαξ συνῄνεσα.

V. 119. Pro librorum scriptura αὐτοὺς dedi αὐτός. De optativi forma κεκλῇο, pro qua aliquot codd. κέκλησ', vide Matth. §. 204. 5.

V. 118. De vi articuli ante δρᾶν positi cfr. Matth. §. 543. et ad Eurip. Hipp 49.

V. 119. Schol.: σοφὸς μὲν διὰ τὸ κλέψαι· ἀγαθὸς δὲ διὰ τὸ πορθῆσαι. Ἢ σοφοῦ μὲν ὄντος καθόλου τοῦ δολῶσαι δυναμένου· νῦν δὲ καὶ τοῦ δόλου ἀγαθοῦ ὄντος. Cfr. El. 1070.

V. 120. ἴτω] Recte Elmslei. ad Eur. Med. 780. multis additis exemplis monet, uti hac loquendi forma qui fortiter aliquid mali tolerare aut periculum subire decreverint.

V. 122. σάφ' ἴσθι] Sc. μνημονεύειν με τούτων, ἃ μοι παρῄνεσας. Hoc dicit Neoptolemus, se memorem praecepti ab Ulixe dati fore, id est, se certo mandata eius exsecuturum esse, quum semel promiserit, significans non bis esse promittenda quae semel se facturum dixerit. Nam συνῄνεσα est συνεθέμην, ut explicatum iam a. scholiasta est. Sic O. C. 1508. Eur. Med. 1147. Alc. 12. 542.

V. 124. παρὼν] Hic si sim, ne quis putet ex abundantia esse additum.

V. 125. ὁ σκοπός] Est is, de quo supra v. 45. et 48. dictum. MUSGR.

V. 126 sq. Schol.: ἐάν μοι δόξητε βραδύνειν. κατὰ in verbo κατασχολάζειν refertur ad τοῦ χρόνου, si mihi videbimini ultra iustum tempus cunctari. HERM. Rectius Matthaei: Genitivus τοῦ χρόνου pendet a τὶ pronomine, et κατασχολάζειν τι τοῦ χρόνου est partem temporis, ad hoc negotium dati, otiando s. nihil agendo perdere.

V. 127. De αὖθις πάλιν vide ad v. 934. et Bornem. ad Xenoph Conviv. p. 178.

V. 128. Plautus Asin. I, 1, 54: nauclerico ipse ornatu per fallaciam. Et Glorios. IV, 4, 41: facito, ut venias huc ornatus ornatu nauclerico: causiam habeas ferrugineam, — palliolum habeas ferru-

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

σὺ μὲν μένων νυν κεῖνον ἐνθάδ' ἐκδέχου·
ἐγὼ δ' ἄπειμι, μὴ κατοπτευθῶ παρών,
125 καὶ τὸν σκοπὸν πρὸς ναῦν ἀποστελῶ πάλιν.
καὶ δεῦρ', ἐάν μοι τοῦ χρόνου δοκῆτέ τι
κατασχολάζειν, αὖθις ἐκπέμψω πάλιν
τοῦτον τὸν αὐτὸν ἄνδρα, ναυκλήρου τρόποις
μορφὴν δολώσας, ὡς ἂν ἀγνοίᾳ προςῇ·
130 οὗ δῆτα, τέκνον, ποικίλως αὐδωμένου,
δέχου τὰ συμφέροντα τῶν ἀεὶ λόγων.
ἐγὼ δὲ πρὸς ναῦν εἶμι σοὶ παρεὶς τάδε·
Ἑρμῆς δ' ὁ πέμπων δόλιος ἡγήσαιτο νῷν
Νίκη τ' Ἀθάνα Πολιάς, ἣ σώζει μ' ἀεί.

V. 134. De forma Ἀθάνα dorica, qua tragici semper in trimetris etiam usi sunt, vide Pors. ad Or. 26. Libri male Ἀθηνᾶ.

gineum, nam is colos thalassicus: id connexum in humero laevo, expapillato brachio: praecinctus aliquis adsimulato quasi gubernator sies. Libri plerique non τρόπον, sed τρόποις. Id quomodo significantius sibi videri dicat Buttm., non perspicio, nisi non ornatum tantum, sed etiam mores indicari putavit. At de his cogitavit poeta, qui τρόποις ut exquisitius quam τρόπον praetulit. Aesch. Ag. 927: μὴ γυναικὸς ἐν τρόποις ἄβρυνε. Choeph. 477: πάτερ τρόποισιν οὐ τυραννικοῖς θανών. Eum. 444: σιμνὸς προςίκτωρ ἐν τρόποις Ἰξίονος. HERM. Ceterum cum verbis μορφὴν δολώσας ctr. Virg. Aen. I, 683: Tu faciem illius noctem non amplius unam falle dolo, et notos pueri puer induе vultus.

V. 129. Schol.: ὡς ἂν ἀγνοίᾳ προςῇ· ἵνα μὴ γνωσθῇ.

V. 130. Schol.: τοῦ ναυκλήρου δόλιά σοι διαλεγομένου καὶ ἀσυμφανῆ. Ceterum medium αὐδᾶσθαι pro activo et lric usurpavit Sophocles et in Ai. 773. Debebat autem falsus iste nauclerus narrationem aliquam de causis sui ad Lemnum appulsus fingere. Praecipit itaque Neoptolemo Ulixes, ut ex omni eius sermone ea potissimum arripiat, quibus consilium ipsorum adiuvari senserit.

V. 131. οἱ ἀεὶ λόγοι sunt omnia verba, vel, ut accuratius nostri, seine jedesmaligen Worte. Sic O. C. 1532. Xen. Cyr. VII, 1, 47: ὁ ἀεὶ βασιλεύων. ERF.

V. 133. Ἑρμῆς δ' ὁ πέμπων etc.] Vide quae ad El. 1376 sqq. adnotavimus.

V. 134. Νίκη] Scholion: οὕτως ἡ πολιοῦχος Ἀρθηνᾶ Νίκη καλεῖται ἐν Ἀττικῇ. Eur. Ion. 1550: Μὰ τὴν παρασπίζουσαν ἅρμασίν ποτε Νίκην Ἀθάναν Ζηνὶ γηγενεῖς ἔπι. Victoriae nomine cultae Minervae templum erat in arce, idcirco mulieres,

ΧΟΡΟΣ.

(στροφὴ α'.)

135 Τί χρή, τί χρή με, δέσποτ', ἐν ξένᾳ ξένον
στέγειν, ἢ τί λέγειν πρὸς ἄνδρ' ὑπόπταν;
φράζε μοι. τέχνα γὰρ τέχνας ἑτέρας προὔχει
καὶ γνώμα, παρ' ὅτῳ
140 τὸ θεῖον Διὸς σκῆπτρον ἀνάσσεται.
σοὶ δ', ὦ τέκνον, τόδ' ἐλήλυθεν

V. 147. Primus ego eieci verba τῶνδ' ἐκ μελάθρων, in

quae arcem occupaverant, in Aristoph. Lysistr. 317. eius implorant opem. Vide Meursii Att. Lectt. I, 20. Br. Adde Barn. ad Eur. Ion. 457. 1529. et Vossii Mythol. Briefe P. II. p, 32. — Πολιάς· non Athenis solum, sed et alibi, e. g. Spartae et in Creta, colebatur Minerva Πολιὰς sive Πολιοῦχος. Commune ei erat hoc cognomen cum Iove, qui Πολιεὺς dicebatur. Phurnutus: Ἐρυσίπολις αὐτὴ καὶ Πολιὰς ὠνομάσθη, ὥςπερ δὴ καὶ ὁ Ζεὺς Πολιεύς· ἐπίσκοποι γὰρ ἀμφότεροι τῶν πόλεων.

V. 135. Quum Ulixes abiret, chorus accessit, quem usque adhuc a scena remotum fuisse vel ex Neoptolemi verbis v. 144 sqq. intelligitur.

V. 136. Schol.: ὑπόπταν· ἀντὶ τοῦ ἐμὲ φανερὸν γεγονότα, καὶ ἐλθόντα εἰς ὄψιν. Ἢ τὸν Φιλοκτήτην, τὸν ὑφ' ἡμῶν κατασκοπούμενον. Ἄλλως· πρὸς τὸν ὑφορώμενον ἡμᾶς ἄνδρα τί δεῖ λέγειν, ἢ σιωπᾶν; Ultima vera explicatio est. Dicit chorus Philoctetam suspicacem, quod verebatur, ne ille insidias sibi fieri ab advenis suspicaretur. De usu verbi στέγειν cfr. Reisig. Coni. in Arist. p. 15 sq.

V. 137—139. Schol.: τέχνα γὰρ τέχνας· τοῦτο ἐν τῷ καθόλου· ἡ γὰρ τέχνη, φησί, καὶ ἡ γνώμη τῶν βασιλέων προὔχει τῶν ἄλλων τεχνῶν. Structura verborum haec est: τέχνας γὰρ ἑτέρας καὶ γνώμας προὔχει τέχνα καὶ γνώμα ἐκείνου, παρ' ὅτῳ etc. De brevitate dictionis cfr. L. Doederl. de brachylog. p. 14., de omisso pronomine v. 662: ἔστι τε θέμις (σοὶ), ὅς etc., 957: παρέξω δαῖτα (ἐκείνοις), ὑφ' ὧν ἐφερβόμην. et 1364: ἡμᾶς τ' ἀπείργειν (τούτων), οὗ γέ σου καθύβρισαν. Ant. 36. 873. 1335. Ai. 1050. El. 1060. 1123. Trach. 350. Similiter Pindar. Nem. I, 36: τέχναι δ' ἑτέρων ἕτεραι.

V. 139 sq. παρ' ὅτῳ τὸ θεῖον Διὸς σκῆπτρον ἀνάσσεται] Schol.: ὑφ' ᾧ ἔστι τὸ θεῖον σκῆπτρον. Pro eo, quod prosae orationis scriptor dixisset, παρ' ὅτῳ — ἐστιν, maluit poeta significantiore verbo ἀνάσσεται membrum finire, deflectens ab inchoata structura. Sic infra 1134: ἐν μεταλλαγᾷ ἀνδρὸς ἐρέσσει, ad quem locum vide quae dixi. Similiter Ai. 1158.

πᾶν κράτος ὠγύγιον· τό μοι ἔννεπε,
τί σοι χρεὼν ὑπουργεῖν.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

νῦν μὲν ἴσως γὰρ τόπον ἐσχατιαῖς
145 προςιδεῖν ἐθέλεις ὅντινα κεῖται,
δέρκου θαρσῶν·
ὁπόταν δὲ μόλῃ δεινὸς ὁδίτης,

libris omnibus post ὁδίτης addita.

ed. meae. Poetica autem dictio est σκῆπτρον ἀνάσσεται, de qua conferendum, quod idem Sophocles O. C. 449. dixit, σκῆπτρα κραίνειν. Adde Virg. Aen. I, 340: imperium Dido regit. Ceterum sceptrum Iovis dicitur, quod a Iove regibus dari antiquitus putabatur. Cfr. Hom. Il. ι, 38, 98, 99.

V. 141. σοὶ — ἐλήλυθεν] Id est, ad te delatum est sivi tibi contigit. Sic O. C. 1420 sq.: τί σοι — κέρδος ἔρχεται. ibid. 229: οὐδενὶ μοιριδία τίσις ἔρχεται. O. R. 711: χρησμὸς γὰρ ἦλθε Λαΐῳ. El. 169: τί γὰρ οὐκ ἐμοὶ ἔρχεται ἀγγελίας ἀπατώμενον; Ai. 1138: τοῦτ' εἰς ἀνίαν τοὔπος ἔρχεταί τινι.

V. 142. πᾶν κράτος] Solent Graeci in quibusdam locutionibus πᾶς pronomine uti, in quibus Latini adiectivo summus potius utuntur. Ita saepe summa potestas a Graecis dicitur πᾶν κράτος, veluti ab Herodot. VI, 35, Plutarch. Nic. c. 15. Sic infra 397: ὕβρις πᾶσα, 1164: εὐνοίᾳ πάσᾳ. Ai. 456: πᾶσαν εὔκλειαν. Similiter εἰς πάχτα κίνδυνον ἐλθεῖν dicitur, ut a Xenoph. Cyr. VII, 2, 22. Cfr. Dissen. ad Pind. T. II. p. 475 ed. Goth.

Ibidem. Schol.: ὠγύγιον· τὸ ἐξ ἀρχῆς τιθέμενον. Cfr. Blomf. gl. ad Aesch. Spt. c. Th. 310. — De τό, διό significante, cfr. Matth. §. 291.

V. 144 sq. Schol.: τόπον ἐσχατιαῖς· τὸν ἐπὶ τῷ ἐσχάτῳ τόπον. De dativo vide ad O. C. 309 sq. Deinde notandum est longe plura quam quae Matth. §. 409. 4. b. attulit verba intransitiva, quod tenendi vel occupandi significatum includerent, a poetis cum simplici accusativo loci coniuncta esse. In iis et κεῖσθαι τόπον est, nobis, einen Ort beliegen, et haec: ἕζεσθαι ζυγόν Soph. Ai. 249. ἕζεσθαι κρήνας Eur. Iph. Aul. 141. ἕζειν νάτος Bacch. 1046. Ion. 1314. θάσσειν ἕδρας Soph. O. R. 161. Eur. Ion. 91 1214. χωρεῖν ναῦν Arist. Lysistr. 605. Eur. Ion. 1593. στείχειν δόμους Soph. O. C. 634. 1540. ἔναι ἀγκῶνας Ai. 805., θρώσκειν et πηδᾶν τόπον Ai. 30. Eur. Bacch. 307. 872.

V. 147. δεινὸς] Eodem sensu dictum est, quo infra 226. ἀπηγριωμένος.

πρὸς ἐμὴν ἀεὶ χεῖρα προχωρῶν
πειρῶ τὸ παρὸν θεραπεύειν.

ΧΟΡΟΣ.

(ἀντιστροφὴ ά.)

150 μέλον πάλαι μέλημά μοι λέγεις, ἄναξ,
φρουρεῖν ὄμμ' ἐπὶ σῷ μάλιστα καιρῷ·
νῦν δέ μοι λέγ', αὐλὰς ποίας ἔνεδρος ναίει
καὶ χῶρον τίν' ἔχει.
155 τὸ γάρ μοι μαθεῖν οὐκ ἀποκαίριον,
μὴ προςπεσὼν με λάθῃ ποθέν,
τίς τόπος, ἢ τίς ἕδρα, τίν' ἔχει στίβον,
ἔναυλον, ἢ θυραῖον.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

οἶκον μέν ὁρᾷς τόνδ' ἀμφίθυρον
160 πετρίνης κοίτης.

V. 148 sq. Schol.: ὥςπερ ἐγὼ προχωρῶ, οὕτως ἀκολουθῶν πειρῶ με θεραπεύειν ἀεί· κυρίως δὲ ἔστιν ἀκούειν τὸ προχωρῶ, οἷον, ὡς ἂν ἐγὼ προςτάσσω, τοῦτον τὸν τρόπον ποιῶν. Verba πρὸς ἐμὴν χεῖρα vulgo interpretantur, ad manum ut statim uti te possim. Denique τὸ παρόν est in omni re, quae agenda est.

V. 151. φρουρεῖν ὄμμα] Subiectum est ὄμμα, intelligendusque oculus Chori est. Simillime Sophocles dixit Trach. 225 sq.: ὁρῶ, φίλαι γυναῖκες, οὐδέ μ' ὄμματος φρουρὰν παρῆλθε, τόνδε μὴ λεύσσειν στόλον.

V. 152 sq. αὐλὰς et ἕδραν ad habitationem sollemnem Philoctetae, χῶρον et τόπον ad locum, in quo quum maxime versatur, referenda sunt; quare αὐλὰς ναίει etiam adiectum habet ἔνεδρος, ut incola, inhabitans. MATTH.

V. 157. τίν' ἔχει στίβον] Id est ποῦ στείβεται, ποῦ στέχει. Schol.: ἔναυλον ἢ θυραῖον· ἐντὸς ἢ ἐκτός. — θυραῖος legitur etiam in Ai. 703 sq., ibique ei eodem fere sensu, quo hic ἔναυλος, opponitur v. 796. σκηνῆς ὕπαυλος. MATTH.

V. 159 sq. Recte se habet μὲν particula, quam Wak. delendam putavit. Nam apodosin, quam in mente habuit Neoptolemus, quum haec diceret, occupavit choragus, ipse vero Philoctetes ubi esset, interrogans. Similiter v. 1: ἀκτὴ μὲν etc. οἶκον ἀμφίθυρον i. q. v. 15. δίστομος πέτρα. Insolentius autem nomini κοίτης adiunctum est adiectivum πετρίνης, quod cum nomine οἴκου debebat coniungi. Hoc enim dicit Neoptolemus: domicilium saxeum hoc, quod vides, pervium, cubile eius est. Vide ad 1123. sq. (1101 sq.).

V. 161. ποῦ — ἄπεστιν] Ubi ipse miser ille est,

ΧΟΡΟΣ.

ποῦ γὰρ ὁ τλήμων αὐτὸς ἄπεστιν;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

δῆλον ἔμοιγ', ὡς φορβῆς χρείᾳ
στίβον ὀγμεύει τόνδε πέλας που.
ταύτην γὰρ ἔχειν βιοτῆς αὐτὸν
165 λόγος ἐστὶ φύσιν, θηροβολοῦντα
πτηνοῖς ἰοῖς σμυγερὸν σμυγερῶς,
οὐδέ τιν' αὐτῷ
παιῶνα κακῶν ἐπινωμᾶν.

ΧΟΡΟΣ.

(στροφὴ β'.)

οἰκτείρω νιν ἔγωγ', ὅπως,
170 μή του κηδομένου βροτῶν,
μηδὲ σύντροφον ὄμμ' ἔχων,

qui non est intus? Cfr. v. 379. Ceterum haec choragus videtur dixisse, postquam ad speluncam. propius accesserat eamque vacuam viderat.

V. 163. Schol.: ὄγμος· ἡ ἐπὶ στίχον φυτεία· νῦν δὲ ἀντὶ τοῦ ἐφεξῆς πορεύεται. Suidas: ὄγμος, ἡ κατὰ στίχον ἔφοδος τῶν θεριστῶν. Hermannus: „ὀγμεύειν στίβον est viam deinceps prosequi, similitudine a metentibus repetita.“ Buttm. τόνδε πέλας που explicat: hic alicubi in vicinia. Cfr. v. 41. 42.

V. 163 sq. ἔχειν βιοτῆς φύσιν] Consuetudinem vitae habere.

V. 166 sq. Schol.: παιῶνα κακῶν interpretatur θεράπειαν, ἐπινωμᾶν autem ἐξευρίσκειν. Quem secutus etiam G. Dindorfius αὐτῷ ἐπινωμᾶν interpretatus sibi attribuere, i. e. invenire.

V. 167. παιῶνα] Medicum; quo sensu saepe a poetis hoc vocabulum poni multis exemplis probavit Blomf. Aesch. Ag. gloss. 98.

V. 169. Schol.: ἐλεῶ, φησὶν, αὐτόν, πῶς δύναται διάγειν, μήτε συνοικῶν τινι, μήτε κηδόμενόν τινα ἔχων.

V. 171. Schol: μηδὲ ὁρῶν εἰς ἄνθρωπον σύνοικον. Noli dubitare, quin σύντροφον ὄμμα ἔχων recte Scholiasta ad v. 169. interpretatus sit: κηδεμόνα τινὰ ἔχων, coll. El. 902. sq.: ἐμπαίει τι μοι ψυχῇ σύνηθες ὄμμα cum adnotatione mea, genitivique absoluti sint μή του etc. De coniunctis autem participiis, quorum alterum casu obliquo, alterum recto elatum est, confer Trach. 291 sq.: νῦν σοι τέρψις ἐμφανὴς κυρεῖ, τῶν μὲν παρόντων, τὰ δὲ πεπυσμένη λάγῳ, et quem ibi Neuius adscripsit locum Thucyd. 1, 2: τῆς ἐμπορίας οὐκ οὔσης, οὐδ' ἐπιμιγνύντες ἀλλήλοις.

δύστανος, μόνος ἀεί,
νοσεῖ μὲν νόσον ἀγρίαν,
ἀλύει δ' ἐπὶ παντὶ τῷ
175 χρείας ἱσταμένῳ. πῶς ποτε, πῶς δύσμορος ἀντέχει;
ὦ παλάμαι θνητῶν,
ὦ δύστανα γένη βροτῶν,
οἷς μὴ μέτριος αἰών.

(ἀντιστροφὴ β'.)

οὗτος πρωτογόνων ἴσως 180
180 οἴκων οὐδενὸς ὕστερος,

V. 183. Nihil hic corruptum est. Primum enim saepe glyconei brevi terminantur syllaba; cfr. Seidler. ad Eur. El. 207. et me in Advers. p. 117 sqq.; deinde nec in eo ulla potest esse offensio, quod brevis illa syllaba praepositionis syllaba finalis est. Nam quum in fine trimetrorum iambicorum, qui recitati sunt, saepe Sophocles praepositionem posuerit in brevem syllabam exeuntem

V. 174. Schol.: ἀλύει δὲ ἐπὶ παντί· ἐπὶ παντὶ ἐν χρείᾳ γινομένῳ ἀπορεῖ. Aristides T. I. p. 34. (59. Dind.): τί δ' ἄν εἴποις τὴν περιβόητον κλῆσιν ἔν τε δὴ κωμῳδίαις καὶ τραγῳδίαις καὶ πᾶσι λόγοις· ἔτι καὶ νῦν παντός, ὡς εἰπεῖν, ὦ Ἡράκλεις βοῶντος ἐπὶ ἅπαντι τῷ χρείας ἱσταμένῳ; τοῦτο δὴ τοῦ Σοφοκλέους. Hermannus sensum hunc esse monet: ἀλύει ἐπὶ πάσῃ τῇ παρούσῃ χρείᾳ.

V. 176. Schol.: ὦ παλάμαι θνητῶν· ὦ τέχναι καὶ γνῶμαι. Τοῦτο θαυμάζων τὸν Φιλοκτήτην φησί, πῶς μόνος ὢν ἐξευρίσκει τὰ πρὸς τὴν ζωὴν ἑαυτῷ. Rectius Erf. videtur explicasse: quam parum valent artes mortalium ad pellendas miserias et morbos.

V. 178. Schol.: οἷς μὴ μέτριος αἰών· οἷς ὁ βίος οὐκ ἔχει τῶν κακῶν μέτρον. Μὴ μέτριος αἰὼν dicitur hic vita malis modum excedens, alibi rebus secundis nimia. HERM. Cfr. El. 140.

V. 178. Schol.: πρωτογόνων· εὐγενῶν. Non recte, ut arbitror. Est potius πρωτόγονος, qui prius est genitus, ideoque πρωτόγονοι priores, maiores. Sic ap. Eur. Hec. 458: πρωτόγονος φοῖνιξ, et ap. Aesch. Pers. 508: πρωτόμοροι, qui prius fato functi sunt. — οἶκοι autem saepissime a Graecis familiae dicuntur. Cfr. Antig. 594: Λαβδακιδᾶν οἴκων. Ai. 204. Eur. Androm. 13.

V. 180. Nescio, cur Buttm. οὐδενὸς ὕστερος οἴκων pro οὐδενὸς ὕστερος τῶν ἐξ οἴκων accipiendum putet, quam duriorem structuram non dedecere ait sermonem lyricum; ut videatur ad οὐδενὸς intellexisse οἴκου. At tu οὐδενὸς intellige ἀνδρός. Nam eodem modo, quo in Eur. Ion. 1073: τῶν εὐπατριδᾶν γε-

πάντων ἄμμορος ἐν βίῳ
κεῖται μοῦνος ἀπ' ἄλλων
στικτῶν ἢ λασίων μετὰ
θηρῶν, ἔν τ' ὀδύναις ὁμοῦ 185
185 λιμῷ τ' οἰκτρός, ἀνήκεστα μεριμνήματ' ἔχων· βαρεῖα δ' ἀθυρόστομος
ἀχὼ τηλεφανὴς πικρᾶς
οἰμωγᾶς ὑπόκειται. 190

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

οὐδὲν τούτων θαυμαστὸν ἐμοί·

(cfr. huius fab. 626. O. R. 555. O. C. 312. Trach. 557.), multo magis id licitum debebat esse in versibus glyconeis, quos decantatos esse constat.

V. 185 sqq. Videtur aliquid vitii latere in βαρεῖα et ὑπόκειται. Sed quid scripserit Sophocles, mihi nondum liquet.

γῶσ' οἴκων, sic ἀνὴρ πρωτογόνων οἴκων, et proinde etiam οὐδεὶς πρωτογόνων οἴκων, nempe ἀνήρ, dictum est. HERM.

Ibid. οὐδενὸς ὕστερος] Sic Ant. 746: ὦ μιαρὸν ἦθος καὶ γυναικὸς ὕστερον.

V. 183. στικτός] Vocabulum proprium de maculosis animalibus eorumque pellibus. Sophocles El. 568: στικτὸς ἔλαφος. Eur. Bacch. 790: νεβροῦ στικτὸν δέρας. [Adde O. C. 1092: πυκνοστίκτων ἐλάφων]. Vid. Schneid. ad Oppian. Cyneg. II, 403: Virg. Aen. I, 327: maculosa lynx. Ovid. Met. III, 197: maculoso vellere cervi. MATTH.

V. 184 sq. ἔν τ' ὀδύναις ὁμοῦ λιμῷ τ' οἰκτρός] Dictum est breviter pro οἰκτρὸς ὀδύναις, ἐν αἷς ἔστιν. Vide quae ad O. R. 17. ed. sec. adnotavimus.

V. 186. Schol.: ἀθυρόστομος· πολυλάλητος, μὴ εἰργομένη τοῦ φθέγγεσθαι· ἀθυρόστομον δὲ εἶπεν τὴν ἠχώ, ἐπεὶ πρὸς πάντας ἀντιφθέγγεται. Ὁ δὲ νοῦς· ἀεὶ δὴ ὀδυρομένου αὐτοῦ, ἠχὼ πρὸς τὸν ὀδυρμὸν ἀντιφθέγγεται. — Ego ἀθυρόστομος poetice pro ἀεὶ dictum puto.

V. 187. τηλεφανὴς hic quae procul auditur: nam sensuum vocabula permutat poetarum acumen, ut mox 202: προὐφάνη κτύπος, 216: τηλωπὸς ἰωά. BUTTM. Vide nos ad O. C. 1466.

V. 188. Corruptum videri ὑπόκειτοι iam in nota critica monui. Certum tamen illud est, sensum loci hunc fere esse: et semper acerbos gemitus edit ita, ut repercussi (a rupibus, quibus cinctus erat) ex longinquo audiantur. Cfr. 695. 1458 sq.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

τί δ' ἐν δόλῳ δεῖ μᾶλλον ἢ πείσαντ' ἄγειν;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

οὐ μὴ πίθηται· πρὸς βίαν δ' οὐκ ἂν λάβοις.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

οὕτως ἔχει τι δεινὸν ἰσχύος θράσος;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

105 ἰοὺς ἀφύκτους καὶ προπέμποντας φόνον.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

οὐκ ἄρ' ἐκείνῳ γ' οὐδὲ προςμῖξαι θρασύ;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

οὔ, μὴ δόλῳ λαβόντα γ', ὡς ἐγὼ λέγω.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

οὐκ αἰσχρὸν ἡγεῖ δῆτα τὰ ψευδῆ λέγειν;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

οὔκ, εἰ τὸ σωθῆναί γε τὸ ψεῦδος φέρει.

V. 102. ἐν δόλῳ] V. ad v. 60.

V. 103. οὐ μὴ πίθηται] Nullo modo ei persuadebitur. cfr. Matth. §. 517. Rost. §. 135. 7.

V. 104. οὕτως ἔχει τι etc. Adscripsit Dindorfius Aristoph. Av. 63: οὕτως τι δεινὸν οὐδὲ κάλλιον λέγειν; Tum ἰσχύος θράσος est animus sive fiducia, quam praebent vires.

V. 105. προπέμποντας] De composito ad O. C. 664. monitum est.

V. 106 Schol.: οὐκοῦν οὐδὲ προςελθεῖν αὐτῷ εὐθαρσές ἐστι καὶ ἀσφαλές; Ut homo dicitur θρασύς, in quo fiducia conspicua est, ita recte θρασὺ negotium vel res dicitur, in qua fiducia conspicua est, i. e. quae fit cum fiducia. Adscripserunt iam interpretes Hom. Il. κ, 223: μᾶλλον θαλπωρὴ καὶ θαρσαλεώτερον ἔσται. Pindar. Nem. VII, 74: θρασύ μοι τόδ' εἰπεῖν. Xenoph. Hist. Gr. VI, 5, 32: καὶ τὸ μὲν μὴ πρὸς τὴν πόλιν προςβαλεῖν ἄν ἔτι αὐτοὺς ἤδη τι ἐδόκει θαῤῥαλεώτερον εἶναι. Platon. Lach. p. 198. b: ἡγούμεθα δεινὰ μὲν εἶναι, ἃ καὶ δέος παρέχει, θαῤῥαλέα δέ, ἃ μὴ δέος παρέχει. — De intransitivo προςμῖξαι ad O. C. 1063 monuimus.

V. 110. πῶς βλέπων] quo vultu, qua fronte? Nam βλέπειν saepe usurpatur, ut lat. tueri, v. c. acerba, torva

ΝΕΟΗΤΟΛΕΜΟΣ.

πῶς οὖν βλέπων τις ταῦτα τολμήσει λαλεῖν;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ὅταν τι δρᾷς ἐς κέρδος, οὐκ ὀκνεῖν πρέπει.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

κέρδος δέ μοι τί τοῦτον ἐς Τροίαν μολεῖν;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

αἱρεῖ τὰ τόξα ταῦτα τὴν Τροίαν μόνα.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

οὐκ ἄρ' ὁ πέρσων γ', ὡς ἐφάσκετ', εἰμ' ἐγώ;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

οὔτ' ἂν σὺ κείνων χωρὶς οὔτ' ἐκεῖνα σοῦ.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

θηρατέ' οὖν γίγνοιτ' ἄν, εἴπερ ὧδ' ἔχει.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ὡς τοῦτό γ' ἕξας δύο φέρει δωρήματα.

tueri. Cfr. Aristoph. Plut. 424. Vesp. 895. Lysistr. 886. ERF.

V. 111. ἐς κέρδος] Cfr. Matth. §. 578. Sententia eadem est in Soph. El. 61: δοκῶ μὲν οὐδὲν ῥῆμα σὺν κέρδει κακόν. Nec tamen e mente Sophoclis dictum, quem consensisse potius puta cum Hesiodo Op. et D. v. 352. praecipiente: μὴ κακὰ κερδαίνειν· κακὰ κέρδεα ἰσ' ἄτῃσιν.

V. 112. Male Matthaei ἐς pro πρὸς positum putat. Τροία hic non urbem solum, sed adiacentes etiam agros, qui ad civitatem Troianam pertinebant, significat, id est, Troadem. Vide exempla a me ad Ai. 994. allata.

V. 114 Particula γὰρ post ὁ πέρσων addita hanc habet vim, ut expugnatorem Ilii se iam non fore Neoptolemus dicat, subindicans collaturum se tantum aliquid Philocteta abducendo ad expugnandam Troiam esse. Expugnaturum autem Neoptolemum Ilium esse supra v. 69. Ulixes monuerat.

V. 117. Eustathium, qui ad Il. IX. p. 753, 60. (655, 7.) in his verbis, δύο φέρῃ δωρήματα, φέρῃ pro φέρεις dictum putat, iure miratur Reisig. ad O. C. p. XXVII. HERM.

Ibidem. Schol.: δωρήματα· τιμήματα. Significat hic δώρημα commodum, fructum, quem ex aliqua re percipimus. Sic O. C. 647. El. 360.

(ἀντιστροφὴ γ'.)

ΧΟΡΟΣ.

ἀλλ' ἔχε, τέκνον, 210

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

λέγ' ὅ τι.

ΧΟΡΟΣ.

φροντίδας νέας·
ὡς οὐκ ἔξεδρος, ἀλλ' ἔντοπος ἀνήρ,
οὐ μολπὰν σύριγγος ἔχων,
ὡς ποιμὴν ἀγροβότας,

V. 216. τι γὰρ pro librorum scriptura γάρ τι scribendum

V. 208 sq. Schol.: φροντίδας νέας· τὸ ἑξῆς· ἔχε φροντίδας νέας· οἷον καινότερόν τι βούλευσαι, τί πρὸς αὐτὸν ἐρεῖς.

V. 210. Schol.: οὐκ ἔξεδρος· οὐ μακράν, ἀλλ' ἐγγύς, καὶ ἐπὶ τόπου. — Ἔντοπος· ἐγγύς.

V. 211. Schol.: οὐ μολπὰν σύριγγος ἔχων· οὐ βοᾷ τερπόμενος σύριγγι, ὡς ποιμήν. Consueta tragicis locutio, qua μολπὰν ἔχειν pro μέλπεσθαι dicunt. Vide ad Ai. 532.

V. 212. ὡς ποιμὴν ἀγροβότας] Admirabili arte Sophocles, quoniam parum tragico habitu proditurus erat Philoctetes, primo Neoptolemum fecit inopem eius habitationem explorantem, deinde eam choro monstrantem, tum autem chorum miseram viri vitam describentem, quo, si tandem ipse appareret, non tam specie quam malis quae tolerarat miserabilis esset. HERM.

V. 213 sq. Schol.: ἀλλὰ τάχα προσκόπτων ὑπὸ τῶν βασάνων βοᾷ. Iunge βοᾷ ὑπ' ἀνάγκας, vociferatur prae dolore. Vid. Gramm. §. 134. p. 551. BUTTM. Matthaei de significatu locutionis ὑπ' ἀνάγκας conferri iubet Wessel. ad Diod. Sic. III, 14. IV, 44. et ad Herod. I, 116.

V. 215. Schol. ita: ἢ δύσορμον τὸν λιμένα ὁρῶν προβοᾷ ἡμῖν μὴ πελάζειν εἰς αὐτόν. Ὅμηρος· Λῆμνον ἀμιχθαλόεσσαν· τὴν ἀπροσόρμιστον. Nihil magis alienum. Immo navis inhospitalem stationem dicit quae est in portu inhospitali, atque ob id ipsum insolita. HERM. De verbo αὐγάζω confer Elmsl. ad Eur. Bacch. 395.

V. 217. Solum Ulixem alloquitur Philoctetes in cognomine Attii fabula his verbis, quae citavit Varro p. 67 [et Festus v. Tesca]: Quis tu es mortalis, qui in deserta Lemnia Et tesca te apportes loca? ERF.

V. 219. κατέσχετε] Sic v. 270. Homer. Odyss. λ, 456. Cfr. Elmsl. ad Eurip. Heracl. 84.

V. 220 sqq. ποίας πάτρας — εἰπών] Ex qua vos pa-

ἀλλ' ἤ που πταίων ὑπ' ἀνάγ- 215
κας βοᾷ τηλωπὸν ἰω-
215 άν, ἢ ναὸς ἄξενον αὐ-
γάζων ὅρμον· προβοᾷ τι γὰρ δεινόν.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Ἰὼ ξένοι,
τίνες ποτ' ἐς γῆν τήνδε ναυτίλῳ πλάτῃ 220
κατέσχετ', οὔτ' εὔορμον, οὔτ' οἰκουμένην;
220 ποίας πάτρας ἂν ἢ γένους ὑμᾶς ποτὲ
τύχοιμ' ἂν εἰπών; σχῆμα μὲν γὰρ Ἑλλάδος
στολῆς ὑπάρχει προσφιλεστάτης ἐμοί,
φωνῆς δ' ἀκοῦσαι βούλομαι· καὶ μή μ' ὄκνῳ 225
δείσαντες ἐκπλαγῆτ' ἀπηγριωμένον·

esse docui in Adv. p. 60. allato Eur. Iph. T. 1036: τίν' αἰτίαν ἔχουσ'· ὑποπτεύω τι γάρ.

tria quove ex genere esse vere dicam? Constat verbum τυγχάνειν quum ab aliis poetis, tum ab Homero saepe absolute ita poni, ut scopum ferire significet, similiter atque ἁμαρτάνειν nullo addito nomine scopum non ferire, aberrare a scopo significat. Inde factum est, ut τυγχάνειν metaphorice dici inciperet et a vero non aberrare significaret, eoque significatu cum participio coniungeretur, ita ut τύχοιμ' ἂν εἰπών idem esset atque Latinorum, verene dico? Duplici igitur sensu τυγχάνειν cum participiis coniungi a Lexicographis animadverti debebat, qui de illa tantum loquendi forma admonuerunt, qua v. c. ἔτυχε θύων est, forte sacrificabat. Tenendum tamen eo sensu, quo hic τυγχάνειν cum participio coniunctum est, non videri nisi in interrogatione poni. Confer exempla a Blomfieldio ad Aesch. Ag. gloss. 1203. allata. Eodem modo κυρῶ positum El. 663: ἦ καὶ δάμαρτα τήνδ' ἐπεικάζων κυρῶ κείνου; Adde quae de simillimo usu verbi ἁμαρτάνειν ad Ai. 154 sq. adnotavi. — De genitivis πάτρας et γένους e suppresso participio ὄντας aptis ad v 73. dixi

V. 221. Ἑλλάδος στολῆς] i. e. Ἑλληνικῆς, ut mox v. 256. Ἑλλὰς γῆ, de quo primitivorum usu pro adiectivis vid. Matth. Gr. §. 429. 4. p. 962. De significatu v. σχῆμα vid. Blomf. in gloss. ad Aesch. S. c. Th. 484.

V. 223 sq. καὶ μή μ' ὄκνῳ etc.] Iunge, quae coniungenda esse et verborum collocatio docet et Graecorum usus loquendi patitur, ὄκνῳ δείσαντες, collatis exemplis quae ad Oed. Col. 1606 sq. ed. tert. ex Platone attuli, ita ut ὄκνῳ δείσαντες sit metu affecti, quum contra ἐκπλάγῆναί τινα significet perhorrescere aliquem.

V. 224. ἀπηγριωμένον] Efferatum Philoctetam etiam Attius in scenam produxerat, ut liquet e fragm. eius ap. No-

225 ἀλλ' οἰκτίσαντες ἄνδρα δύστηνον, μόνον,
ἔρημον ὧδε κἄφιλον κακούμενον,
φωνήσατ', εἴπερ ὡς φίλοι προσήκετε.
ἀλλ' ἀνταμείψασθ' · οὐ γὰρ εἰκὸς οὔτ' ἐμὲ 230
ὑμῶν ἁμαρτεῖν τοῦδέ γ' οὔθ' ὑμᾶς ἐμοῦ.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

230 ἀλλ', ὦ ξέν', ἴσθι τοῦτο πρῶτον, οὕνεκα
Ἕλληνές ἐσμεν· τοῦτο γὰρ βούλει μαθεῖν.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ὦ φίλτατον φώνημα· φεῦ τὸ καὶ λαβεῖν
πρόσφθεγμα τοιοῦδ' ἀνδρὸς ἐν χρόνῳ μακρῷ. 235

V. 229. τοῦδέ γ' ego primus restitui, quamquam scribendum ita esse olim iam Matthaeius suspicatus est. Libri τοῦτό γ'. At genitivum τοῦδε et usus verbi ἁμαρτάνειν requirit, et positum ab Sophocle hic esse Scholiastae probatur interpretatione, τῆς προσηγορίας.

nium v. Tetritudo, a Scaligero in Coni. ad Varron. p 101. ita emendato: Quod ted obsecro, ne isthaec adspernabilem Tetritudo mea ne inculta faxit. Cfr. Quint. Cal. IX, 352 sq. MATTH.

V. 226. κακούμενον quid sit, ipse explicat poeta v. 471: μὴ λίπῃς μ' οὕτω μόνον, ἔρημον ἐν κακοῖσι τοῖσδ', οἷοις ὁρᾷς. Adde O. C. 261.

V. 228. Non statim respondente Neoptolemo, quem pro generosa indole commotum miseri viri adspectu colligere se necesse est, ut meditata ad Ulixis monitum dicta proferat, urgens eum Philoctetes, at respondete, inquit. HERM. De ἀλλά particula confer v. 486. 950.

V. 229. ὑμῶν ἁμαρτεῖν τοῦδέ γ' | Recte Scholiasta τοῦδε explicat, τῆς προσηγορίας. Hesychius: ἁμαρτεῖν — Σοφοκλῆς ἐν Φιλοκτήτῃ ἀντὶ τοῦ ἀποτυχεῖν. Eodem sensu Euripides Med. 837: ἥκω κελευσθείς. καὶ γὰρ οὖσα δυςμενής, οὐτἂν ἁμάρτοις τοῦδέ γ', ἀλλ' ἀκούσομαι, τί χρῆμα βούλει καινὸν ἐξ ἐμοῦ, γύναι, et alii multi. Neque in eo quicquam offensionis, quod praeter genitivum rei additus genitivus personae est. Eadem enim verbi simillimi τυγχάνειν structura est, de qua ad v 1287. huius fab. diximus.

V. 232. Schol: θαυμαστικὸν μετ' ἐκπλήξεως τὸ φεῦ ἐνταῦθα. De usu φεῦ adverbii pluribus ad El. 815. dixi. Brunck. interpretatur: Vah, quam iuvat vel accepisse talis viri alloquium post tam longum tempus.

V. 233. ἐν χρόνῳ μακρῷ intelligentes de eo, quod intra longum tempus fieret, ita locum constituere vel explicare tentabant, ut quereretur Philoctetes

τίς σ', ὦ τέκνον, προσέσχε, τίς προσήγαγεν
235 χρεία; τίς ὁρμή; τίς ἀνέμων ὁ φίλτατος;
γέγωνέ μοι πᾶν τοῦθ', ὅπως εἰδῶ, τίς εἶ.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἐγὼ γένος μέν εἰμι τῆς περιῤῥύτου
Σκύρου· πλέω δ' ἐς οἶκον· αὐδῶμαι δὲ παῖς 240
Ἀχιλλέως, Νεοπτόλεμος. οἶσθα δὴ τὸ πᾶν.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

240 ὦ φιλτάτου παῖ πατρός, ὦ φίλης χθονός,
ὦ τοῦ γέροντος θρέμμα Λυκομήδους, τίνι
στόλῳ προσέσχες τήνδε γῆν πόθεν πλέων;

V. 242. Vulgo interrogandi signum positum post γῆν, quod ego primus delevi. Cfr. Ant. 401: ἄγεις δὲ τήνδε τῷ τρόπῳ πόθεν λαβών; et huius fab. 1090 sq.: τοῦ ποτε τεύξομαι σιτονόμου μέλεος πόθεν ἐλπίδος;

se tam diu eo auditu caruisse. Atqui ἐν χρ. μακρῷ hic fortius idem valet quod χρόνῳ h. e. tandem aliquando, et infra 360: οὐ μακρῷ χρόνῳ. 598: χρόνῳ τοσῷδε, post longum tempus Sic Eur. El. 1148: πατρίδα δεκέτεσιν ἐν σποραῖσιν ἐλθόντ' ἐμάν. Et Phoen. 313. utraque loquendi formula, cum ἐν et sine ἐν, coniuncta reperitur: ἰὼ τέκνον, χρόνῳ σὸν ὄμμα μυρίαις ἐν ἁμέραις προσεῖδον. BUTTM.

V. 234. τίς non est quis homo, sed coniungi debet cum χρεία. Verbum προσέσχε recte Schol. interpretatur: προσορμίσαι ἐποίησεν. Similiter Eur. Alc. 497: χρεία τίς σε Θεσσαλῶν χθόνα πέμπει;

V. 237. γένος μέν εἰμι] Vix opus est, ut moneatur γένος accusativum esse. Cfr. Hom. Od. ο, 225: ἠτὰρ γενεήν γε Μελάμποδος ἔκγονος ἦεν. et quae ad Ai. 1231. adnotavimus. Graecos imitati poetae Latini sunt, ut Virg. Aen. I, 380: Sum pius Aeneas — et genus ab Iove summo. VIII, 114: Qui genus?

V. 239. οἶσθα δὴ τὸ πᾶν] Talia in fine narrationum adiicere tragici solent. Cfr. El. 761. 938. O. C. 62. Ant. 37. MATTH.

V. 241. In Scyro, insula maris Aegaei (vid. Eur. Troad. 90.), Deidamia, Lycomedis, qui insulae illi imperabat, filia Achilli inter virgines latenti Neoptolemum pepererat. Vid. Apollod. Bibl. III, 3, 8. et Heyn. Nott. p. 802 sq. ed. pr. MATTH.

V. 242. Verbum προσέχειν sive προσίσχειν, subaudito accusativo νοῦν neutraliter vulgo usurpatum, dativum adsciscit loci, quo quis appellit. Hunc poeta in accusativum hic mutavit, qui verbis eundi, veniendi addi solet; vid. infra 355: κατηγόμην Σίγειον. BUTTM.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἐξ Ἰλίου τοι δὴ τὰ νῦν γε ναυστολῶ. 245

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

πῶς εἶπας; οὐ γὰρ δὴ σύ γ' ἦσθα ναυβάτης
245 ἡμῖν κατ' ἀρχὴν τοῦ πρὸς Ἴλιον στόλου.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἦ γὰρ μετέσχες καὶ σὺ τοῦδε τοῦ πόνου;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ὦ τέκνον, οὐ γὰρ οἶσθά μ' ὄντιν' εἰςορᾶς;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

πῶς γὰρ κάτοιδ' ὅν γ' εἶδον οὐδεπώποτε; 250

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

οὐδ' ὄνομά γ', οὐδὲ τῶν ἐμῶν κακῶν κλέος
250 ἤσθου ποτ' οὐδέν, οἷς ἐγὼ διωλλύμην;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ὡς μηδὲν εἰδότ' ἴσθι μ' ὧν ἀνιστορεῖς.

V. 243. δὴ τὰ νῦν cum Buttmanno pro librorum scri-

V. 244. Schol.: πῶς εἶπας· θαυμάζων φησίν, ἐπεὶ μὴ εἶδεν αὐτὸν ἐξ ἀρχῆς στρατευσάμενον. De οὐ γὰρ δὴ particulis ad El. 1003. monitum est.

V. 245. κατ' ἀρχὴν — στόλου] Eodem sensu dictum, quo supra v. 73: τοῦ πρώτου στόλου.

V. 248. πῶς γὰρ κάτοιδα] Sic. El. 923: πῶς δ' οὐκ ἐγὼ κάτοιδ' ἅ γ' εἶδον ἐμφανῶς;

V. 252. ὦ πόλλ' ἐγὼ μοχθηρός] Notanda locutio est πολλὰ μοχθηρός, significans multum, id est valde miser. Sic πολλὰ δεινός Antig. 1045 sq.: πίπτουσι — βροτῶν χοὶ πολλὰ δεινοὶ πτώματ' αἰσχρά. Electr. 1326: ὦ πλεῖστα μῶροι. O. C. 720: ὦ πλεῖστ' ἐπαίνοις εὐλογούμενον πέδον. Eodem sensu πολὺ saepe cum verbis coniungitur, ut Ai. 1382: καί μ' ἔψευσας ἐλπίδος πολύ. O. R. 786: ὑφεῖρπε γὰρ πολύ. Ant. 855: ὑψηλὸν ἐς Αἴκας βάθρον προςέπεσες, ὦ τέκνον, πολύ.

V. 254. μηδαμοῦ διῆλθέ που] Eadem ratione dictum, qua πεσεῖν ἐν κονίαις et similia. Genitivus Ἑλλάδος γῆς pendet ab adverbio loci. Cfr. Matth. Gr. §. 324. 8. Rost. §. 108. 2. h.

V. 255. Schol.: οἱ μέν· οἱ Ἀτρεῖδαι.

V. 256. γελῶσι σῖγ' ἔχοντες] Sic infra v. 1023. et Antig. 483.

V. 257. τέθηλε] Auctus est morbus. Sic El. 250: πήματα - θάλλοντα μᾶλλον ἢ καταφθίνονθ' ὁρῶ. Eadem metaphora ἀνθεῖν Trach. 1089. ad morbum transfertur. MATTH. — ἐπὶ μεῖζον ἔρχεσθαι, augeri. Sic Eur. Hec. 377: κἀπὶ μεῖζον ἔρχεται τῆς εὐγενείας ὄνομα τοῖσιν ἀξίοις. Similia sunt Soph. El. 1000: κἀπὶ μηδὲν ἔρχεται, ad nihil redit, O. R. 265: ἐπὶ πάντ' ἀφίξομαι, omnia faciam. Xenoph. Anab. III, 1, 18: ἀρ' οὐκ ἂν ἐπὶ πᾶν ἔλθοι;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ὦ πόλλ' ἐγὼ μοχθηρός, ὦ πικρὸς θεοῖς,
οὔ μηδὲ κλῃδὼν ὧδ' ἔχοντος οἴκαδε, 255
μηδ' Ἑλλάδος γῆς μηδαμοῦ διῆλθέ που.
255 ἀλλ' οἱ μὲν ἐκβαλόντες ἀνοσίως ἐμὲ
γελῶσι σῖγ' ἔχοντες· ἡ δ' ἐμὴ νόσος
ἀεὶ τέθηλε κἀπὶ μεῖζον ἔρχεται.
ὦ τέκνον, ὦ παῖ πατρὸς ἐξ Ἀχιλλέως, 260
ὅδ' εἰμ' ἐγώ σοι κεῖνος, ὃν κλύεις ἴσως
260 τῶν Ἡρακλείων ὄντα δεσπότην ὅπλων,
ὁ ταῦ Ποίαντος παῖς Φιλοκτήτης· ὃν οἱ
δισσοὶ στρατηγοὶ χὠ Κεφαλλήνων ἄναξ
ἔρριψαν αἰσχρῶς ὧδ' ἔρημον, ἀγρίᾳ 265
νόσῳ καταφθίνοντα, τῆς ἀνδροφθόρου
265 πληγέντ' ἐχίδνης ἀγρίῳ χαράγματι·

ptura δῆτα νῦν dedi.

V. 258. ὦ τέκνον, ὦ παῖ] Sic Trach. 61: ὦ τέκνον, ὦ παῖ. ibid. 1024: ὦ παῖ, παῖ, ποῦ ποτ' εἶ; Ant. 949: καίτοι γενεᾷ τίμιος, ὦ παῖ, παῖ.

V. 259. κλύεις] Audisti.

V. 262. Κεφαλλήνων] Tirones admonendi sunt locorum Homeri, inprimis Il. β, 631., unde apparet Cephallenes nomen fuisse omnium, qui insulas Ionii maris e regione Acarnaniae et Elidis incolebant; quarum maxima, Samos vel Same, sequioribus demum temporibus nomen Cephalleniae sibi vindicavit. Erant autem hi populi omnes mercaturae maxime dediti, quae antiquis temporibus cum piratica semper coniuncta erat. Atque ii, qui heroica aetate illo vitae genere prae aliis infames erant, Taphii sive Teleboae, tanquam earundem insularum omnium incolae nominantur in historia Amphitryonis et Cephali; quorum hic populi Cephallenum conditor fuisse et insulas illas debellatis Telebois insedisse dicitur. Quin Strabo X. p. 456. memorat qui Taphios et Teleboas a Cephallenibus nihil diversos esse tradiderint; quales auctores secutus Stephanus Byz. Taphum urbem Cephalleniae esse refert. Haec omnia hic composui, ut appareret non sine convicio Ulixem Cephallenum regem hic audire Philoctetae, et infra 701. magis etiam amarulente ita compellari ὦ ξένε Κεφαλλήν. BUTTM.

V. 264. τῆς ἀνδροφθόρου] Bene se habet articulus. Non enim aliqua vipera Philoctetam momorderat, sed ὃς τὸν ἀκαλυφῆ σηκὸν φυλάσσει κρύφιος οἰκουρῶν ὄφις, quae Neoptolemi verba sunt v. 1327 ed. Br. HERM.

V. 265. Schol.: χαράγματι· δήγματι· τὸ γὰρ δῆγμα τοῦ ὄφεως μόνον χαράσσει.

ξὺν ᾗ μ' ἐκεῖνοι, παῖ, προθέντες ἐνθάδε
ᾤχοντ' ἔρημον, ἡνίκ' ἐκ τῆς ποντίας
Χρύσης κατέσχον δεῦρο ναυβάτῃ στόλῳ. 270
τότ' ἄσμενοί μ' ὡς εἶδον ἐκ πολλοῦ σάλου
270 εὕδοντ' ἐπ' ἀκτῆς ἐν κατηρεφεῖ πέτρῳ,
λιπόντες ᾤχονθ', οἷα φωτὶ δυςμόρῳ
ῥάκη προθέντες βαιὰ καί τι καὶ βορᾶς
ἐπωφέλημα σμικρόν, οἷ' αὐτοῖς τύχοι. 275
σὺ δή, τέκνον, ποίαν μ' ἀνάστασιν δοκεῖς,
275 αὐτῶν βεβώτων, ἐξ ὕπνου στῆναι τότε;
ποῖ' ἐκδακρῦσαι; ποῖ' ἀποιμῶξαι κακά;
ὁρῶντα μὲν ναῦς, ἃς ἔχων ἐναυστόλουν,

V. 266. ξὺν ᾗ] sc. νόσῳ. Cfr. v. 1022: ὅτι ζῶ σὺν κακοῖς πολλοῖς τάλας. O. T. 303: οἷα νόσῳ ξύνεστιν. El. 600: κακοῖς πολλοῖς ἀεὶ ξυνοῦσα. ibid. 610: σὺν δίκῃ ξύνεστι. Eur. fragm. inc. LXXV, 3: ὅςτις δὲ ταύτῃ τῇ νόσῳ ξυνὼν ἀνήρ. Vide etiam ad O. C. 7. Ceterum nihil in eo offensionis, quod pronomen relativum pluribus verbis a nomine, ad quod pertinet, seiunctum est. Cfr. Trach. 358. et Reisig. in Comm. Critt. ad O. C. 261. p. 224. — Denique de verborum collocatione vide quae ad O. C. 1223. attuli exempla.

V. 267 sq. ἐκ τῆς ποντίας Χρύσης] Male Schol. ποντίας explicat παραθαλασσίας, Asiae urbem sine dubio significans. Intelligendam nunc Chrysen insulam esse in Argumento docui.

V. 269. Iungendum ἄσμενοι cum verbo εἶδον. Id enim, quod Philoctetam somno viderunt oppressum, admodum opportune Atridis, qui non animadvertentem eum exponere volebant, accidere debebat.

Ibid. Schol.: σάλου· κινήματος, πόνου. Intelligendum de morbi violentia coll. O. R. 24. Ant. 163.

V. 271. Rarus est hic adiectivi δύςμορος usus, ex quo de calamitate dicitur, quae in inopia victus omniumque ad vitam sustentandam rerum necessariarum posita est.

V. 272. προθέντες] Cfr. Ai. 1294. Ant. 775. ῥάκη· pannos; quos tangit Arist. Ran. 423: ποίας ποθ' ἀνὴρ λακίδας αἰτεῖται πέπλων; ἀλλ' ἢ Φιλοκτήτου τὰ τοῦ πτωχοῦ λέγεις; Ex quo loco, in quo Euripides loquens inducitur, colligas Euripidem Philoctetam laceris pannis indutum in scena exhibuisse. MATTH. — καί τι καὶ βορᾶς, ut infra 308: καί πού τι καὶ βορᾶς μέρος.

Ibid. Schol.: οἷ' αὐτοῖς τύχοι· καταρᾶται. Non tantum exsecrandi vim haec formula habet, sed simul res, de quibus sermo est, miserrimas fuisse significat. Cfr. v. 509. Similiter v. 315 sq. et Aesch. Prom. 889. ed. Blomf. Nos quoque similiter: ich habe Leiden erduldet, wie ich sie meinen Feinden nicht wünsche. Similiter Terent. Heaut. V, 6, 13: au, obsecro, istuc nostris inimicis siet.

V. 274. Schol.: ἀνάστασιν· νῦν τὴν ἐξ ὕπνου ἔγερσιν.

πάσας βεβώσας, ἄνδρα δ' οὐδέν' ἔντοπον, 280
οὐχ ὅςτις ἀρκέσειεν, οὐδ' ὅςτις νόσου
280 κάμνοντι συλλάβοιτο. πάντα δὲ σκοπῶν
εὕρισκον οὐδὲν πλὴν ἀνιᾶσθαι παρόν,
τούτου δὲ πολλὴν εὐμάρειαν, ὦ τέκνον.
ὁ μὲν χρόνος δὴ διὰ χρόνου προὔβαινέ μοι, 285
κἄδει τι βαιᾷ τῇδ' ὑπὸ στέγῃ μόνον
285 διακονεῖσθαι. γαστρὶ μὲν τὰ σύμφορα
τόξον τόδ' ἐξεύρισκε τὰς ὑποπτέρους
V. 1025 sq. Apposite Camer comparavit Hom. Il. ζ, 284 sq.: εἰ κεῖνόν γε ἴδοιμι κατελθόντ' ἄϊδος εἴσω, φαίην κεν φρέν' ἀτέρπου ὀϊζύος ἐκλελαθέσθαι.

V. 1026. τῆς νόσου πεφευγέναι] Ad similitudinem formatum Homerici Od. α, 18: οὐδ' ἔνθα πεφυγμένος ἦεν ἀέθλων. Ea enim perfecti graeci potestas est, ut πέφευγα non tam effugi quam liber sum significet. Constat autem, quaecumque verba liberum esse

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

πόλλ' ἂν λέγειν ἔχοιμι πρὸς τὰ τοῦδ' ἔπη,
εἴ μοι παρείκοι· νῦν δ' ἑνὸς κρατῶ λόγου·
οὐ γὰρ τοιούτων δεῖ, τοιοῦτός εἰμ' ἐγώ·
χὤπου δικαίων κἀγαθῶν ἀνδρῶν κρίσις, 1050
οὐκ ἂν λάβοις μου μᾶλλον οὐδέν' εὐσεβῆ.
νικᾶν γε μέντοι πανταχοῦ χρῄζων ἔφυν,
πλὴν εἰς σέ· νῦν δὲ σοί γ' ἑκὼν ἐκστήσομαι.
ἄφετε γὰρ αὐτόν, μηδὲ προςψαύσητ' ἔτι.
ἐᾶτε μίμνειν, οὐδὲ σοῦ προςχρῄζομεν, 1055
τά γ' ὅπλ' ἔχοντες ταῦτ', ἐπείπερ ἔστι μὲν

V. 1038. ἐπείπερ ἔστι ex mea coniectura scripsi. Libri ἐπεὶ πάρεστι.

significent, vulgo cum genitivo eius rei, qua quis liber esse dicitur, coniungi solere. Valde igitur erraverit, qui ex hoc loco concluserit verbum φεύγειν omnino cum genitivo a poetis coniunctum esse.

V. 1030. Schol.: εἴ μοι παρείκοι· εἰ καιρὸς ἐπιτρέψειέ μοι. Verbum impersonale est παρείκει. Plat. Leg. V. p. 734. b.: τὸν βουλόμενον ἡδέως ζῆν οὐκέτι παρείκει ἑκόντα γε ἀκολάστως ζῆν. Symp. p. 187. extr.: καθ' ὅσον παρείκει, φυλακτέον ἑκάτερον τὸν ἔρωτα. BUTTM.

Ibid. Schol.: νῦν δ' ἑνὸς κρατῶ λόγου· νῦν δὲ σιωπῶ· οὐδὰ γὰρ τοῦτο ποιεῖν, ὅπου δεῖ. Hanc uti falsam esse interpretationem apparet, ita non dubium est, quin sensus hic esse debeat: nunc vero unum est quod dicam. Verum quomodo isto sensu ἑνὸς κρατῶ λόγου dici potuerit, neque quisquam interpretum ante me explicavit neque egodum expedire possum.

V. 1031 sq. οὐ γὰρ — μᾶλλον οὐδέν' εὐσεβῆ] Malo fateri libere me horum verborum sensum non assequi, quam istiusmodi proponere interpretationem, quae ne mihi quidem ipsi probetur. Vereor autem, ne corruptus locus sit. De μοῦ pronomine enclitico post comparativum posito Advers. in Soph. Phil. p. 49. dixi.

V. 1034. νικᾶν χρῄζων ἔφυν] De locutione χρῄζων ἔφυν ad Ant. 499. diximus.

V. 1035. O. R. 370: ἀλλ' ἔστι, πλὴν σοί· σοὶ δὲ τοῦτ' οὐκ ἔστ'. Xen. Anab. I, 8, 6: πλὴν Κύρου· Κῦρος δὲ etc.

V. 1038 sqq. ἐπείπερ ἔστι μὲν etc.] Notandum anacoluthon, quod est in verbis ἔστι μὲν Τεῦκρος — ἐγώ τε. Sic rursus v. 1136 sq.: ὁρῶν μὲν αἰσχρὰς ἀπάτας στυγνόν τε φῶτα. v. 1424 sq.: πρῶτον μὲν νόσου παύσει λυγρᾶς ἀρετῇ τε πρῶτος etc. et alibi saepissime. Cfr. Matth. ad Eur. Or. 24. et Gr. Gr. §. 622.

Τεῦκρος παρ' ἡμῖν, τήνδ' ἐπιστήμην ἔχων,
1040 ἐγώ θ', ὃς οἶμαι σοῦ κάκιον οὐδὲν ἂν
τούτων κρατύνειν, μηδ' ἐπιθύνειν χερί.
τί δῆτα σοῦ δεῖ; χαῖρε τὴν Λῆμνον πατῶν. 1060
ἡμεῖς δ' ἴωμεν, καὶ τάχ' ἂν τὸ σὸν γέρας
τιμὴν ἐμοὶ νείμειεν, ἣν σὲ χρῆν ἔχειν.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

1045 οἴμοι, τί δράσω δύσμορος; σὺ τοῖς ἐμοῖς
ὅπλοισι κοσμηθεὶς ἐν Ἀργείοις φανεῖ;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

μή μ' ἀντιφώνει μηδέν, ὡς στείχοντα δή. 1065

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ὦ σπέρμ' Ἀχιλλέως, οὐδὲ σοῦ φωνῆς ἔτι
γενήσομαι προσφθεγκτός, ἀλλ' οὕτως ἄπει;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

1050 χώρει σύ, μὴ πρόσλευσσε, γενναῖός περ ὤν,
ἡμῶν ὅπως μὴ τὴν τύχην διαφθερεῖς.

V. 1044. Ex mea emendatione positum est ἣν σὲ χρῆν. Li-

V. 1039. Schol.: οὐ μόνον Τεῦκρός ἐστι τοιοῦτος, ἀλλὰ κἀγὼ ὑπολαμβάνω ἐμαυτὸν τούτων ἔμπειρον εἶναι, οὐχ ἧττον σοῦ. Ὅμηρος (Oed. θ, 215.) · εὖ μὲν τύξον οἶδα ἐὔξοον ἀμφαφάασθαι. Vide ad Aiac. 1093 sqq.

V. 1040 sq. ὃς οἶμαι — χερί] Notum est post verba putandi Graecos consuevisse nunc οὐ nunc μή particulam infinitivo apponere, quum saepe nihil interesset, utrum ad verbum finitum putandi, an ad infinitivum negatio referretur. Nihil igitur in eo offensionis est, quod hic primum οὐ, deinde μή particula posita est, eo aptior loco secundo, quo magis eam coniungere cum infinitivo auditores cogebantur. Simillime Plato Protagor. p. 319. b.: ἐγὼ γὰρ τοῦτο, ὦ Πρωταγόρα, οὐκ ᾤμην διδακτὸν εἶναι, σοὶ δὲ λέγοντι οὐκ ἔχω ὅπως ἂν ἀπιστῶ. ὅθεν δὲ αὐτὸ ἡγοῦμαι οὐ διδακτὸν εἶναι μηδ' ὑπ' ἀνθρώπων παρασκευαστὸν ἀνθρώποις, δίκαιός εἰμι εἰπεῖν. — De verbo κρατύνειν confer v. 366., de addito substantivo χερί ad Ai. 710 sq.

V. 1042. Schol.: χαῖρε τὴν Λῆμνον πατῶν· ἥδου τῇ διατριβῇ τῆς Λήμνου. Cfr. Theocrit. XVIII, 20: οὔκ Ἀχαϊάδων γαῖαν πατεῖ οὐδεμί' ἄλλα.

V. 1047. De ὡς cum participio iuncto vide Matth. Gr. §. 568. 1. Rost. §. 130. not. 8.

V. 1049. Schol.: προσφθεγκτός· προσφωνηθῆναι ἄξιος. De genitivo ex hoc nom. pendente vide ad v. 3 sq. et Matth. §. 345.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

η καὶ πρὸς ὑμῶν ὧδ' ἔρημος, ὦ ξένοι, 1070
λειφθήσομαι δή, κοὐκ ἐποικτερεῖτέ με;

ΧΟΡΟΣ.

ὅδ' ἐστὶν ἡμῶν ναυκράτωρ ὁ παῖς· ὅσ' ἂν
1055 οὗτος λέγῃ σοι, ταῦτά σοι χἠμεῖς φαμεν.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἀκούσομαι μέν, ὡς ἔφυν οἴκτου πλέως,
πρὸς τοῦδ· ὅμως δὲ μείνατ', εἰ τούτῳ δοκεῖ, 1075
χρόνον τοσοῦτον, εἰς ὅσον τά τ' ἐκ νεὼς
στείλωσι ναῦται, καὶ θεοῖς εὐξώμεθα.
1060 χοὗτος τάχ' ἂν φρόνησιν ἐν τούτῳ λάβοι
λῴω τίν' ἡμῖν. νὼ μὲν οὖν ὁρμώμεθα·
ὑμεῖς δ', ὅταν καλῶμεν, ὁρμᾶσθαι ταχεῖς. 1080

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

(στροφὴ α'.)

Ὦ κοίλας πέτρας γύαλον

bri et editiones omnes vitiose ἦν σ' ἐχρῆν.

V. 1050. Vox γενναῖος e latiori suo significatu saepe misericordiae potissimum notionem induit. Vide supra v. 799. 991. O. R. 1510. BUTTM.

V. 1051. ὅπως μὴ διαφθερεῖς] De ὅπως μὴ confer Matth. §. 531. et Rost. §. 122. 10. not. 4.

V. 1056. Schol.; τὸ ἑξῆς· ἀκούσομαι πρὸς τοῦδε, ὡς εἰμὶ οἴκτου μεστός· οἷον, καταγνωσθήσομαι ὡς ἥττων οἴκτου. De verbi ἀκούειν usu ad v. 380. admonuimus.

V. 1057. εἰ τούτῳ δοκεῖ] Intelligendum apparet μεῖναι ὑμᾶς, quod optasse videbatur Philoctetes v. 1052 sq.

V. 1058. Schol.: τά τ' ἐκ νεώς· τὰ ἐπὶ τῆς νεώς. Non male. Verum proprie est στέλλειν τὰ ἐκ νεώς parare ea, quae e navi in terram asportata nunc rursum ei imponenda sunt. Cfr. Matth. §. 596. MATTH.

V. 1062. ὁρμᾶσθαι ταχεῖς] De adiectivo, pro quo adverbium exspectaveris, confer 526: ὁρμάσθω ταχύς. 808: νόσος ταχεῖ' ἀπέρχεται. 1223: ἕρπεις ταχύς. Ai. 1226 sq.: χάρις ταχεῖα διαῤῥεῖ. Ant. 231: τοιαῦθ' ἑλίσσων ἤνυτον σχολῇ βραδύς. 1215: ἔτι ὠκεῖς. O. C. 306: κεἰ βραδὺς ἕρπει. Trach. 1253: τὴν χάριν ταχεῖαν, ὦ παῖ, πράσθες. De infinitivo pro imperativo posito cfr. ad v. 57.

V. 1063 — 1138. ὦ κοίλας — βιόδωρος αἶα] Postquam Ulixes cum Neoptolemo discessit, Philoctetes arcu spoliatus de summa calamitate, in quam Ulixis fraude coniectus sit, conqueritur. In eius autem cala-

1065 θερμὸν καὶ παγετῶδες, ὡς σ' οὐκ ἔμελλον ἄρ', ὦ τάλας,
λείψειν οὐδέποτ', ἀλλά μοι
καὶ θνήσκοντι συνοίσει. 1085
οἴμοι μοί μοι.
ὦ πληρέστατον αὔλιον
1070 λύπας τᾶς ἀπ' ἐμοῦ τάλαν,
τίπτ' αὖ μοι τὸ κατ' ἦμαρ
ἔσται; τοῦ ποτε τεύξομαι 1090
σιτονόμου μέλεος πόθεν ἐλπίδος;

V. 1074 sqq. Foede corrupta sunt verba εἴθ' αἰθέρος ἄνω — ἕλωσί μ'; quae vix unquam sine melioribus codicibus emendari poterunt. Scholiastam enim non integriore codice usum esse ex interpretatione eius apparet: εἴθ' αἰθέρος ἄνω· τὸ ἑξῆς· εἴθε αἰθέρος ἄνω ἕλωσί με ὀξύτονοι δρομάδες διὰ πνεύματος. τινὲς δὲ οὕτως· μετὰ ὀξυτόνου πνεύματος ἕλωσί με. ὄξυτονον δὲ λέγει πνεῦμα

mitatis cogitatione ita defixus haeret, ut, quae Chorus admonet v. 1077 — 1081. 1096 — 1100. 1117 — 1122., nihil omnino advertat, nec quicquam ad ea respondeat. Vide quae ad Ai. 359. adnotavimus. Ceterum qui consideraverit quae antea prolata a Philocteta sunt (v. 986 — 1049. ed. meae), is valde errare intelliget eos interpretes, qui, si quando Philoctetes in hoc loco (1063 — 1138.) de fraude iniuriaque sibi illata queritur non addito nomine hominis, a quo profecta sit, Neoptolemum significari putant. Immo luculentissime ex antecedentibus apparet nonnisi in Ulixem omnia illa convicia dici.

V. 1065. θερμὸν καὶ παγετῶδες] Recte vidit Thudichum molestias et caloris nimii et frigoris significari, quae perferendae antri habitatori erant. De adiectivo παγετῶδες cfr. v. 291 sqq. ed. meae.

V. 1067. Schol.: ἀλλά μοι καὶ θνήσκοντι συνοίσει· ἀντὶ τοῦ καὶ ἀπολλυμένῳ μοι σύμφορον ἔσῃ καὶ ὠφέλιμον, καὶ δέξῃ με ἀποθανόντα. Ἢ οὕτω· σὺν ἐμοὶ ἔσῃ καὶ ὄψει με ἀποθανόντα. ὑπερβολικῶς· οἷον καὶ μετὰ θάνατον συνελεύσῃ μοι, καὶ οὐ καταλείψεις με. Certum hoc est, verborum ἀλλά μοι καὶ θν. σ. hunc fere sensum esse debere: sed etiam morienti mihi habitaculum eris, id est sed etiam apud te (appellat enim antrum ut socium) moriar. Sed illud incertum est, scripseritne Sophocles συνοίσει, quod quum significet, convenies, idoneum eris, vix satis placere potest, et, si non scripsit, quid pro συνοίσει restituendum sit.

V. 1069 sq. πληρέστατον αὔλιον λύπας] I. e. antrum plenum gemitus, dolore extorti. Cfr. 936 — 939.

V. 1071. Schol.: τί ποτ' αὖ μοι τὸ κατ' ἦμαρ· τί ἄρα τρόφιμόν μοι καθ' ἡμέραν ἔσται; — Τίπτε, id est τί ποτε, quid tandem. Sic Soph. El. 823. ποῦ ποτε, ubi tandem, et ibid. 930. — τὸ κατ'

εἴθ' αἰθέρος ἄνω
1075 πτωκάδες ὀξυτόνου διὰ πνεύματος
ἕλωσί μ' · οὐδ' ἔτ' ἀρκῶ.

ΧΟΡΟΣ.

(στροφὴ β'.)

σύ τοι, σύ τοι κατηξίωσας, ὦ βαρύποτμ', οὐκ 1095
ἄλλοθεν ἁ τύχα ἅδ' ἀπὸ μείζονος,
1080 εὖτέ γε, παρὸν φρονῆσαι,
λωϊτέρου δαίμονος εἵλου τὸ κάκιον εὑρεῖν. 1100

ἀπὸ τοῦ ὀξυτόνως βοᾶν. γρ. δρομάδες, αἱ καταιγίδες. τινὲς δὲ πτωχάδες, ἵνα τὰς Ἁρπυίας σημαίνῃ, διὰ τὸ ἀεὶ πεινῆν. Πτωκάδες· αἱ Ἅρπυιαι ἐπιθετικῶς διὰ τὸ ἐπεμπίπτειν, ἢ διὰ τὴν φωνήν. εἰ δὲ γρ. πτωχάδες, αἱ ἀεὶ πεινῶσαι· τοῦτο γὰρ πάσχουσιν οἱ πτωχοί. [Εἰς τὸ αὐτό.] γρ. πτωμάδες, πτωκάδες, πτωχάδες, πρωτάδες, δρομάδες.

ἦμαρ, victus quotidianus, Plenius Soph. O. C. 1364: τὸν καθ' ἡμέραν βίον Alio sensu τὸ κατ' ἦμαρ Eur. El. 145. 183. dixit.

V. 1072 sq. τοῦ ποτε — ἐλπίδος] De duplici interrogatione in unum membrum contracta ad v. 242. admonuimus. Tum ἐλπὶς σιτονόμος significat ἐλπὶς διανομῆς σίτου. Cfr. Matth. §. 446. 11. not. 3. c.) et Lobeck. ad Ai. p. 231. ed. sec.

V. 1074 sqq. εἴθ' αἰθέρος — ἕλωσί μ'] Vehementer corrupta haec esse iam in nota critica monitum est. Suspicor autem poetam istiusmodi quid scripsisse, ut sensus esset: utinam vento in nubes abripiar. Vide quae ad Ai. 1165. adnotavimus.

V. 1076. οὐδ' ἔτ' ἀρκῶ] Suidas: ἀρκῶ· ἰσχύω, ὑπομεῖναι δύναμαι. Sic Soph. El. 185 sq.: ἀλλ' ἐμὲ μὲν ὁ πολὺς ἀπολέλοιπεν ἤδη βίοτος ἀνέλπιστος, οὐδ' ἔτ' ἀρκῶ.

V. 1077 sq. Schol.: σύ τοι, σύ τοι κατηξίωσας· σὺ σαυτῷ περιεποίησας τὴν νόσον· σὺ σαυτῷ τούτων πρόξενος γέγονας, ὦ δυςτυχέστατε· σὺ σαυτῷ κατηξίωσας, καὶ οὐκ ἀπό τινος ταύτῃ τῇ τύχῃ ἐνέχῃ ἀπὸ μείζονος σοῦ· διὸ μηδένα ἄλλον αἰτιῶ, ἀλλὰ σαυτόν· ἐξῆν γάρ σοι ἀκολουθήσαντι τὰ κακὰ διαφυγεῖν. Recte Schol. vidit verbis ἀπὸ μείζονος accuratiorem adverbii ἄλλοθεν explicationem contineri.

V. 1080. εὖτέ γε] Quum quidem. Vide ad O. C. 84. — παρὸν φρονῆσαι, quum tibi liceret sapere, i. e. meliora eligere. Cfr. Matth. Gr. §. 564. Herm. ad Vig. p. 769.

V. 1081. Schol.: τοῦ λῴονος δαίμονος· τοῦ συμφέροντος. λείπει ἡ ἀντί. Male; genitivus aptus est ex notione comparativi, quae inest in verbo εἵλου, ita ut sensus sit: μᾶλλον τὸ κάκιον ἢ λῴονα δαίμονα ἐβούλου εὑρεῖν. De locutione αἱροῦμαι εὑρεῖν τι, malo mihi parare quid, confer El. 1304: κοὐδ' ἄν σε λυπήσασα δεξαίμην βροχὺ αὐτὴ μέγ' εὑρεῖν κέρδος. coll. Comm. mea de

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

(ἀντιστροφὴ α'.)

ὦ τλάμων, τλάμων ἄρ' ἐγὼ
καὶ μόχθῳ λωβατός, ὃς ἤδη μετ' οὐδενὸς ὕστερον
1085 ἀνδρῶν εἰςοπίσω τάλας 1105
ναίων ἐνθάδ' ὀλοῦμαι,
αἰαῖ, αἰαῖ,
οὐ φορβὰν ἔτι προςφέρων,
οὐ πτανῶν ἀπ' ἐμῶν ὅπλων
1090 κραταιαῖς μετὰ χερσὶν 1110
ἴσχων· ἀλλά μοι ἄσκοπα
κρυπτά τ' ἔπη δολερᾶς ὑπέδυ φρενός.
ἰδοίμαν δέ νιν,

scholiorum in Soph. tragg. auctoritate p. 18 sq. et quae de usu verbi εὑρεῖν ad Trach. 25. adnotavimus.

V. 1083. Schol.: ὃς ἤδη μετ' οὐδενός· τὸ ἑξῆς· ὃς ἤδη ἐνθάδε ὀλοῦμαι, μετ' οὐδενὸς ὕστερον ἀνδρὸς εἰςοπίσω τάλας ναίων· ὁ δὲ νοῦς· ἄρα ἐγὼ δύστηνος ἐνταῦθα ἀπολοῦμαι ἀνθρώπων κεχωρισμένος;

V. 1088. Schol.: οὐ φορβὰν ἔτι προςφέρων· ἀντὶ τοῦ προςφερόμενος· ἐνίοτε δὲ ἔμπαλιν φησὶ διακονούμενος ἀντὶ τοῦ διακονῶν, καὶ στιβαδοποιούμενος ἀντὶ τοῦ στιβαδοποιῶν. Vide quae ad Ai. 129. adnotavimus.

V. 1090 sq. Male Brunck. ad κρατ. μετὰ χερσὶν intelligi ὄντων iubet. Μετὰ χερσὶν est in manibus. Cfr. Matth. Gr. §. 587. b. Ad ἴσχων repetendum φορβάν.

V. 1091 sq. Schol.: ἀλλὰ μοι ἄσκοπα· ἀπροςδόκητα, δόλια, ἃ οὐκ ἔστι προσκέψασθαι. γρ. δὲ καὶ ἄψοφα, ἀπὸ τοῦ μὴ ψοφεῖν, ἀντὶ τοῦ λαθραῖα. Ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν κολυμβώντων. Κρυπτὰ δὲ ἔπη φησὶ τὰ τοῦ Ὀδυσσέως. Εἰς τὸ αὐτό· ἀλλά μοι τὰ ἀφανῆ καὶ κρυπτὰ δολίας φρενὸς ὑπέδυ με· τὸ δὲ ἑξῆς· ἀλλά μοι ὑπέδυ ἄσκοπα κρυπτά τε ἔπη δολερᾶς φρενός. Male Scholiasta μὲ supplet. Nec debebat Buttmannum locutio ὑπέδυ μοι offendere. Cfr. Trach. 298: ἐμοὶ γὰρ οἶκτος δεινὸς εἰςέβη. Herodot. VI, 138: καὶ σφίσι βουλευομένοισι δεινόν τι ἐςέδυνε. Plato de Rep. p. 330. extr.: εἰςέρχεται αὐτῷ δέος καὶ φροντίς. Vide Matth. Gr. §. 402. c. De vocabulo ἄσκοπος ad El. 848. diximus.

V. 1096 sq. Schol.: πότμος σε δαιμόνων· λείπει ἡ ἑξ· ἐκ θεῶν γὰρ τύχη τις τοῦτο κεκλήρωκεν, καὶ οὐχ ὑπ' ἐμοῦ δεδόλωσαι· κατὰ κοινοῦ τὸ ἴσχεν. Τὸ δὲ ἑξῆς· πότμος σε δαιμόνων τάδ' ἴσχεν· οὐδέ σε δόλος ἴσχεν ὑπὸ χειρὸς ἐμᾶς· ὁ δὲ νοῦς· παῦσαι τῶν καταρῶν τούτων, μὴ διὰ τούτων κτήσῃ ἡμᾶς ἐχθρούς· θεὸς γὰρ τῆς δυςτυχίας ταύτης παραίτιος, οὐχ ἡμεῖς γεγόναμεν, οὔτε δόλῳ ὑπειςελθόντες, οὔτ' ἄλλῳ τινὶ πράγματι. Male Scholiasta ἐξ praepositionem supplet; πότμος δαιμόνων est θεία μοῖρα. Similiter Virg. Aen. II, 257: fatisque deum defensus iniquis — laxat claustra Sinon. Cfr. Matth.

τὸν τάδε μησάμενον, τὸν ἴσον χρόνον
1095 ἐμὰς λαχόντ' ἀνίας. 1115

ΧΟΡΟΣ.

(ἀντιστροφὴ β'.)

πότμος, πότμος σε δαιμόνων τάδ', οὐδὲ σέ γε δόλος
ἔσχ' ὑπὸ χειρὸς ἐμᾶς. στυγερὰν ἔχε
δύςποτμον ἀρὰν ἐπ' ἄλλοις· 1120
1100 καὶ γὰρ ἐμοὶ τοῦτο μέλει, μὴ φιλότητ' ἀπώσῃ.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

(στροφὴ γ'.)

οἴμοι μοι· καί που πολιᾶς
πόντου θινὸς ἐφημένος

Gr. §. 375. c. Ceterum praegnanter dictum πότμος δαιμόνων σε τάδε ἔσχε, significans: fatum deorum te tenuit et haec ut patereris effecit. Simillime Aesch. Pers. 747: πῶς τάδ' οὐ νόσος φρενῶν εἶχε παῖδ' ἐμόν; i. e. nonne animi morbus filium meum tenuit et haec ut faceret effecit?

V. 1097. σέ γε] Recte Buttmannus epicam esse hanc formam loquendi monet, qua in sermone bimembri pronomen subiecti vel obiecti communis in posteriore membro non necessarium quidem, sed cum vi ponatur, addita plerumque γὲ particula, veluti Hom. Il. ε, 184: ὅγ' ἀνήρ, γ, 409: ἦ ὅγε, κ, 235: μηδὲ σύ γε - σὺ δέ. Rarissime tamen poetae tragici hanc epicorum formam loquendi imitati sunt, neque fecerunt id nisi in carminibus melicis. Apud Sophoclem unus praeter hunc locum exstat eiusdem generis, O. R. 1102: τίς σε, τέκνον, τίς σ' ἔτικτε τῶν μακραιώνων ἄρα, Πανὸς ὀρεσσιβάταο προςπελασθεῖσ', ἢ σέ γε τις θυγάτηρ Λοξίου; Cui simillimum est quod legimus apud Homer. Od. θ, 488: Δημόδοχ', ἔξοχα δή σε βροτῶν αἰνίζομ' ἁπάντων, ἢ σέ γε Μοῦσ' ἐδίδαξε, Διὸς παῖς, ἢ σέ γ' Ἀπόλλων.

V. 1097 sq. ἔσχ' ὑπὸ χειρὸς ἐμᾶς] Dictum ita propter membrum oppositum pro eo, quod exspectaveris, οὐδὲ ἐσχέθης δόλῳ ὑπὸ χειρὸς ἐμᾶς. Monuit iam Buttm. provocans ad Gramm. Gr. §. 134.

V. 1098 sq. στυγερὰν ἔχε — ἐπ' ἄλλοις] Dirige diras in alios. De usu verbi ἔχειν ad v. 303. diximus. Tum ἐπ' ἄλλοις per euphemismum dictum apparet pro ἐπὶ δαίμοσιν.

V. 1100. Recte Schol.: παῦσαι τῶν καταρῶν τούτων, ὦ Φιλοκτῆτα, μὴ διὰ τούτων κτήσῃ ἡμᾶς ἐχθρούς. Fieri enim non potuit, quin Philoctetes chori etiam, qui Ulixis causam ageret, ab se animum diris, quibus virum illum exsecrabatur, abalienaret.

V. 1101 sq. Nota πολιᾶς πόντου θινός, quod dici debebat πολιοῦ πόντου θινός, ut apud Hom. Il. α, 349: θῖν' ἐφ' ἁλὸς πολιῆς. Ita solent tragici epitheta nominibus non suis applicare, dummodo notiones,

γελᾷ μου, χερὶ πάλλων 1125
τὰν ἐμὰν μελέου τροφάν,
1105 τὰν οὐδείς ποτ' ἐβάστασεν.
ὦ τόξον φίλον, ὦ φίλων
χειρῶν ἐκβεβιασμένον,
ἦ που ἐλεινὸν ὁρᾷς, φρένας εἴ τινας 1130
ἔχεις, τὸν Ἡράκλειον
1110 ἄρθμιον ὧδέ σοι
οὐκέτι χρησόμενον τὸ μεθύστερον·

V. 1112. Mancum hunc versum esse ex metro versus antistrophici intelligimus.

V. 1116. Post ἐμήσατο in libris additur Ὀδυσσεύς, quod no-

quibus opus est, in tota verborum complexione adsint. Vide Eur. Herc. f. 396. et Lobeck. ad Ai. 7. HERM.

V. 1103. Schol.: γελᾷ· ὁ Ὀδυσσεύς. Notandus autem usus rarissimus verbi simplicis γελᾶν cum genitivo coniuncti. Vulgo tantum καταγελᾶν ita dicitur. Sed vide quae ad Ai. 745. adnotavimus.

V. 1104. De genitivo μελέου vide Matth. Gr. §. 466. 1.; τροφάν, i. e. τόξα. Vide v. 931. 933.

V. 1106. De collocatione verborum ὦ τόξον φίλον vide Matth. Gr. §. 277.

V. 1107. Schol.: ἐκβεβιασμένον· ἐξηρπασμένον.

V. 1109 sqq. Schol.: ἀντὶ τοῦ ἐμέ, τὸν τοῦ Ἡρακλέους διάδοχον. Hesychius: ἄρθμοι· φίλοι, παρὰ τὸ ἡρμόσθαι, καὶ συμφωνεῖν ἡμῖν. Conferatur Philostr. Iun. in Icon. p. 889. ed. Olear.: θεράπων δὴ γενέσθαι τῷ Ἡρακλεῖ ὁ Φιλοκτήτης ἐκ νηπίου, ὅτε καὶ φορεὺς εἶναί οἱ τῶν τόξων, ἃ δὴ καὶ ὕστερον μισθῷ λαβεῖν παρ' αὐτοῦ τῆς εἰς τὴν πυρὰν ὑπουργίας.

V. 1112. Genitivus ἀνδρὸς pendet ab μεταλλαγᾷ, totiusque loci hic est sensus: in mutata possessione, i. e. in alius possessione viri vafri gestaris. Et tenendum ἐν μετ. ἀνδρὸς ἐρέσσει similiter dictum esse, atque supra v. 139 sq.: παρ' ὕτῳ τὸ θεῖον Διὸς σκῆπτρον ἀνάσσεται, ad quem locum vide quae monui. Schol.: ἐρέσσῃ· στρέφῃ· ἡ δὲ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν ἐρεσσούντων.

V. 1114. ὁρῶν μὲν αἰσχρὰς ἀπάτας] Ad Ulixem haec, non ad Neoptolemum pertinere primum ex eo apparet, quod Philoctetes in toto hoc carmine, quod post Ulixis et Neoptolemi discessum canit, de Ulixe tantum conqueritur et conqueri debebat, ut cuius solius vi et iniuria armis suis, quae Neoptolemus iam redditurus erat (974 sqq.), in perpetuum destitutus esset. Vide ad v. 1063 sqq. adnotata Deinde quum et antecedentia πολυμηχάνου ἀνδρὸς necessario ad Ulixem referri debeant et sequentia στυγνόν τε φῶτ' etc., inque his ipsis Philoctetes verbo αἰσχρῶν fraudem, qua privatus sit arcu, ex Ulixe esse ortam declararit: profecto verba αἰσχρὰς ἀπάτας et ad eandem illam iniuriam debere referri, quum aliam non esset expertus fraudem, nec ad alium

ἀλλ' ἐν μεταλλαγᾷ
πολυμηχάνου ἀνδρὸς ἐρέσσει, 1135
ὁρῶν μὲν αἰσχρὰς ἀπάτας,
1115 στυγνόν τε φῶτ' ἐχθοδοπόν,
μυρί' ἀπ' αἰσχρῶν ἀνατέλλοντ', ὅσ' ἐφ' ἡμῖν
κάκ' ἐμήσατο . . . .

ΧΟΡΟΣ.

(στροφὴ δ.)

ἀνδρός τοι τὸ μὲν εὖ δίκαιον εἰπεῖν, 1140

men interpreti deberi et metro et sensu admonemur. Poeta quid scripserit, incertum est. Non male tamen nuper Hermannus coniecit scribendum esse ἐμήσατο Ζεύς.

posse quam ad Ulixem pertinere certissimum est. Postremo participium etiam praesentis ὁρῶν satis superque ostendit verba αἰσχρὰς ἀπάτας στυγνόν τε φῶτ' ἐχθ. poetarum more in hunc sensum esse dicta: turpes fraudes invisi hostis, i. e. videns, qui turpes commisit fraudes, invisum hostem. Ceterum de collocatione μὲν particulae cfr. v. 279 sq.: ὁρῶντα μὲν ναῦς — πάσας βεβώσας, ἄνδρα δ' οὐδέν' ἔντοπον.

V. 1115 sq. Participium ἀνατέλλοντα active dictum pro ἀναπέμπαντα, ita ut sensus hic sit: innumera ex turpibus malis illis exoriri facientem, quae in me machinatus est. Addit Hermannus: „Turpia mala, quae iam est machinatus Ulixes, in eo posita sunt, quod et exposuit Philoctetam et nunc arcu privavit; mala autem, quae ex his excitare eum dicit, sunt carentis arcu multo miserabilior vita.“ Ceterum de μέν — τὲ particulis ad v. 1038 sq. admonuimus.

V. 1117 sq. ἀνδρός τοι — ὀδύναν] Certissimum mihi videtur verba εὖ δίκαιον aliquid vitii contraxisse, quamvis, quid scripserit Sophocles, nondum mihi liqueat. Sed illud non dubito, quin istiusmodi quid positum fuerit, ut sensus hic esset: viri boni est libere dicere quicquid iniustum putet esse, sed ubi dixerit, dictis acerbis invidiaeque plenis abstinere. Concedit Chorus Philoctetae esse, quod de fraude sibi illata conqueratur, sed admonet simul, ne acerbis malignisque verbis in Ulixem invehatur, quippe qui, id quod sequentibus explicat, non malevolentia quadam ductus aut sui commodi causa, sed amicorum saluti ut prospiceret id, quod molestum Philoctetae sit, suscipiendum faciendumque putarit. De ἀνδρός significatu ad Ai. 512. dixi. Deinde nihil offensionis in genitivo absoluto est εἰπόντος, pro quo poterat poeta εἰπόντα dicere, sed metri gratia posuit εἰπόντος, praecedenti genitivo ἀνδρός accommodatum. Denique verbis φθονερὰν ἐξῶσαι γλώσσας ὀδύναν nihil significatur nisi γλώσσαλγον εἶναι, sive, ut recte Scholiasta interpretatur, πικραίνεσθαι. Cfr. Eur. Med. 525: δεῖ μ' — ὑπεκδραμεῖν τὴν σὴν στόμαργον, ὦ γύ-

εἰπόντος δὲ μὴ φθονερὰν
ἐξῶσαι γλώσσας ὀδύναν.
1120 κεῖνος δ' εἷς ἀπὸ πολλῶν
ταχθεὶς τῶνδ' ἐφημοσύνᾳ
κοινὰν ἤνυσεν ἐς φίλους ἀρωγάν. 1145

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

(ἀντιστροφὴ γ'.)

ὦ πταναὶ θῆραι, χαροπῶν τ'
ἔθνη θηρῶν, οὓς ὅδ' ἔχει
1125 χῶρος οὐρεσιβώτας,
φυγᾷ μ' οὐκέτ' ἀπ' αὐλίων
πελᾶτ'· οὐ γὰρ ἔχω χεροῖν 1150

V. 1121. Vulgo τοῦδ' scribitur, ita ut eo pronomine Ulixes, pronomine κεῖνος Neoptolemus significari putetur. Quod statui non posse apparet. Immo certissimum est κεῖνος pronomine Ulixem significari. Itaque iam olim corruptum hunc locum pu-

ναι, γλωσσαλγίαν. Androm. 690: ἢν δ' ὀξυθυμῇς, σοὶ μὲν ἡ γλωσσαλγία μείζων, ἐμοὶ δὲ κέρδος ἡ προμηθία.

V. 1123. Schol.: ὦ πτηναὶ θῆραι· ἀντὶ τοῦ ὦ ἄγραι· ἀγρεύει γὰρ καὶ πτηνά. Similiter Romani verbum venationis, quod idem proprie atque θήρα significat, notione rei, quae capitur vel capta est, usurparunt. Cfr. Liv. XXXV, 49: Apud quem solstitiali tempore comiter accepti quum miraremur, unde illi eo tempore anni tam multa et varia venatio.

V. 1124 sq. Οὓς — οὐρ. poetice dictum pro: qui hic in montibus pascimini. Conferendum vocabulum οἰοβώτης, quo usus poeta est Ai. 615.

V. 1126 sq. Schol.: φυγᾷ μ' οὐκέτ' ἀπ' αὐλίων· ἀντὶ τοῦ οὐκέτι φεύξεσθέ με, οὐκέτι μετὰ φυγῆς καὶ φόβου προσπελάσετέ μοι. Similiter atque φυγῇ φεύγειν (veluti apud Platon. Symp. p. 195. Epinom. p. 974.) hoc loco dictum est φυγῇ — πελάζειν, significans ita appropinquare, ut statim rursus aufugias. Sensus enim totius loci hic est: opportunum iam est, o ferae, appropinquare ad me, ut me petatis et carne mea vos satietis, non, ut antea fecistis, ut me fugiatis. De verbo πελάζειν cum accusativo coniuncto conferatur Eur. Androm. 1108: καὶ μὴν ὅδ' ἄναξ ἤδη φοράδην Δελφίδος ἐκ γῆς δῶμα πελάζει. Rhes 13: τίνες ἐκ νυκτῶν τὰς ἀμετέρας κοίτας πλάθουσ'; Soph. O. R. 1134: ἥμος τὸν Κιθαιρῶνος τόπον ὁ μὲν διπλοῖσι ποιμνίοις, ἐγὼ δ' ἐνὶ ἐπλησίαζον τῷδε τἀνδρί. Similiter Trach. 58: ἐγγὺς δ' ὅδ' αὐτὸς ἀρτίπους θρώσκει δόμους. Nolo afferre huius fab. v. 1163: πέλασσον — πελάταν, cuius loci scriptura valde incerta sit. De-

τὰν πρόσθεν βελέων ἀλκάν,
ὦ δύστανος ἐγὼ τανῦν·
1130 ἀλλ' ἀνέδην ὅδε χῶρος ἐρύκεται,
οὐκέτι φοβητὸς ὑμῖν,
ἕρπετε, νῦν καλὸν
ἀντίφονον κορέσαι στόμα πρὸς χάριν
ἐμᾶς σαρκὸς αἰόλας. 1155
1135 ἀπὸ γὰρ βίον αὐτίκα λείψω.
πόθεν γὰρ ἔσται βιοτά;
τίς ὧδ' ἐν αὔραις τρέφεται, 1160
μηκέτι μηδενὸς κρατύνων ὅσα πέμπει βιόδωρος αἶα;

tabam. Cui suspicioni accessit Thudichum, qui recte vidit pro τοῦδε scribendum τῶνδε esse, ad πολλῶν referendum.

V. 1128. Non puto ἀλκάν a Sophocle scriptum esse; neque enim spondeus ferri hic potest. Quid scripserit, nondum mihi liquet. Possis coniicere ἀκάν.

nique vix opus est, ut moneam, πελᾶτε futurum esse verbi πελάζειν. Eadem forma usus est Sophocles El. 497. et O. C. 1060. Cfr. Matth. §. 181. 2. a).

V. 1130 sqq. ἀλλ' — νῦν καλόν] Particula ἀλλά iungenda est cum ἕρπετε, νῦν καλόν etc., verbis mediis ἀνέδην — ἡμῖν ita adiectis, ut pro membro causali sint. Vulgo eo sensu adiici γάρ particula solet.

V. 1130. Schol.: ἀλλ' ἀνέδην ὅδε χῶρος· ἐπ' ἐξουσίας ὁ τόπος ὑμῖν οὗτος ἀνεῖται, ἀντὶ τοῦ ἀδεία ὑπὸ τῶν θηρῶν ὁ τόπος κατασχεθήσεται. De forma orationis Neuius conferri O. R. 997. iubet.

V. 1131. Schol.: φοβητός· φόβον ἐμποιῶν.

V. 1132. Schol.: ἕρπετε· ἀντὶ τοῦ ἥκετε. Tum καλόν ἐστι significat opportunum est. Cfr. Soph. Syndeipn. fr. VII.: ἀλλ' ἐγγὺς Ἕκτωρ ἐστίν, οὐ μένειν καλόν. El. 384: νῦν γὰρ ἐν καλῷ φρονεῖν. O. R. 78: εἰς καλόν. Plato de Rep. p. 571: οὐκοῦν ἔτι ἐν καλῷ; Eodem sensu καλῶς ἔχει a scriptoribus prosaicis dicitur, veluti a Xenophonte Cyrop. III, 1, 9. 2, 31. V, 3, 9.

V. 1133 sq. ἀντίφονον στόμα] Os, quod caedem pro caede reddit. Sic δίκαι ἀντίφονοι in Soph. El. 248. MATTH. Πρὸς χάριν, ut volupe est. Cfr. Matth. Gr. §. 591. ε. Genitivus σαρκὸς pendet ab κορέσαι. Cfr. Matth. Gr. §. 352. Denique αἰόλας recte Musgr. propter ulcus, non propter vulnera a feris facta additum vidit.

V. 1137. Schol.: τίς ὧδ' ἐν αὔραις τρέφεται· τίς τρέφεται ἐξ ἀνέμων, μηδενὸς τῶν ἐκ γῆς τροφίμων εὐπορῶν; De ἐν praepositione ad v. 60. diximus. Cfr. Plato de Legg. X. p. 887: ἐν γάλαξι τρεφόμενοι.

ΧΟΡΟΣ.

(ἀντιστροφὴ δ'.)

πρὸς θεῶν, εἴ τι σέβει ξένον, πέλασσον
1140 εὐνοίᾳ πάσᾳ πελάταν,
ἀλλὰ γνῶθ', εὖ γνῶθ', ὅτι σὸν 1165
κῆρα τάνδ' ἀποφεύγειν·
οἰκτρὰ γὰρ βόσκειν, ἀδαὴς δ'
ἔχειν μυρίον ἄχθος, ᾧ ξυνοικεῖ.

(Ἀνομοιόστροφα.)

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

1145 πάλιν, πάλιν παλαιὸν ἄλγημ' ὑπέμνασας, ὦ 1170
λῷστε τῶν πρὶν ἐντόπων.
τί μ' ὤλεσας; τί μ' εἴργασαι;

ΧΟΡΟΣ.

τί τοῦτ' ἔλεξας;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

εἰ σὺ τὰν ἐμοὶ στυγερὰν
1150 Τρῳάδα γᾶν μ' ἤλπισας ἄξειν. 1175

ΧΟΡΟΣ.

τόδε γὰρ νοῶ κράτιστον.

V. 1139 sq. Schol.: εἴ τι σέβῃ ξένον, πέλασσον· ἑαυτὸν δὲ φησὶν ὁ Χορός, ὅτι ἐμοὶ τῷ ξένῳ μετ' εὐνοίας προσελθε, ἀντὶ τοῦ φίλος ἡμῖν γενοῦ. Non liquet, qui sit sensus huius loci. Ac vix dubito, quin locus corruptus sit et pro πέλασσον aliud verbum a poeta positum fuerit. Verba εὐνοίᾳ πάσᾳ, de quibus cfr. quae ad v. 142. adnotavi, iungenda videntur cum nomine πελάταν, de quo consule Blomf. ad Aesch. Pers. gl. 49.

V. 1142. κῆρα τάνδ'] Morbus cur κήρ appellatus sit, ad v. 42. explicavimus.

V. 1143 sq. Sensus est: hic morbus miserabilis est ad alendum eum, et nescius sustinere infinita mala, quae cum eo coniuncta sunt. Id est: maior est hic morbus, quam ut qui eo affectus sit tanta mala perferre queat. HERM. De verbo βόσκειν confer v. 313: βόσκων τὴν ἀδηφάγον νόσον, de infinitivo activi Matth. §. 535. b. not.; de ξυνοικεῖ quae ad v. 266. adnotata sunt.

V. 1145. Schol. ad v. 1165. (1141.) recte adnotat: Οὗτος δὲ ταῦτα λεγόντων συνέη-

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ἀπό νύν με λείπετ' ἤδη.

ΧΟΡΟΣ.

φίλα μοι, φίλα ταῦτα παρήγγειλας ἑκόντι τε πράσσειν.

ἴωμεν, ἴωμεν, 1180

1155 ναὸς ἵν' ἡμῖν τέτακται.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

μή, πρὸς ἀραίου Διός, ἔλθῃς, ἱκετεύω.

ΧΟΡΟΣ.

μετρίαζε.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ὦ ξένοι,

μείνατε, πρὸς θεῶν. 1185

ΧΟΡΟΣ.

τί θροεῖς;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

αἰαῖ, αἰαῖ· δαίμων, δαίμων.

1160 ἀπόλωλ' ὁ τάλας.

ὦ πούς, πούς, τί σ' ἔτ' ἐν βίῳ

σιν, ὅτι παραινοῦσιν αὐτῷ εἰς Ἴλιον ἐλθεῖν· πρὸς ὃ ἀνακράζει, πάλιν, πάλιν μοι. De accusativo ἄλγημα confer Matth. §. 347. not. 2.

V. 1146. Schol.: ὦ λῷστε τῶν πρὶν ἐντόπων· ὦ βέλτιστε τῶν πλησιασάντων μοι πάλαι.

V. 1153. Schol.: φίλα μοι· ἐμοὶ βουλομένῳ ἡδέως ἀποπλεῦσαι κελεύεις. De dativo ἑκόντι vide Matth. §. 388. e. Sensus est: iucunda mihi haec, quae praecepisti, sunt, et paratus sum ea facere.

V. 1155. Schol.: ναὸς ἵν' ἡμῖν τέτακται· ὅπου ἡμῖν ἀφῖκται ἡ ναῦς· ἐπὶ τῆς ναός, ἀντὶ τοῦ εἰς τὴν ναῦν. Male. Ἵνα ναὸς ἡμῖν τέτακται est: qua in parte navis cuique nostrum sua est statio. HERM. Cfr. Matthiae Gr. §. 324.

V. 1156. Schol.: μή, προς ἀραίου· ἀρὰ ἡ εὐχή· ἀραῖος οὖν, ᾧ πάντες προσευχόμεθα, ἢ ὃν ἐπικαλούμεθα ἀρώμενοι· ὥσπερ δὲ ἱκεσίου λέγουσι τοῦ τοὺς ἱκέτας ἐποπτεύοντος, οὕτως ἀραίου τοῦ τοὺς ἀρωμένους ἐπισκοποῦντος. ἔλθῃς· ἀντὶ τοῦ ἀπέλθῃς. Diras imprecatur Philoctetes choro, si abeat. De sensu verbi ἔλθῃς vide ad v. 48.

τεύξω τῷ μετόπιν τάλας;
ὦ ξένοι, ἔλθετ' ἐπήλυδες αὖθις. 1190

ΧΟΡΟΣ.

τί ῥέξοντες ἀλλοκότῳ
1165 γνώμᾳ τῶν πάρος, ὧν προὔφαινες;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

οὗτοι νεμεσητὸν
ἀλύοντα χειμερίῳ
λύπᾳ καὶ παρὰ νοῦν θροεῖν. 1195

ΧΟΡΟΣ.

βᾶθί νυν, ὦ τάλαν, ὥς σε κελεύομεν.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

1170 οὐδέποτ', οὐδέποτ', ἴσθι τόδ' ἔμπεδον,
οὐδ' εἰ πυρφόρος ἀστεροπητὴς
βροντᾶς αὐγαῖς μ' εἶσι φλογίζων.
ἐρρέτω Ἴλιον, οἵ θ' ὑπ' ἐκείνῳ 1200
πάντες, ὅσοι τόδ' ἔτλασαν ἐμοῦ ποδὸς

V. 1175. Brunck., ut integer esset tetrameter dactylicus, ἀλλ', ὦ ξεῖνοι, Herm. ἀλλὰ τόδ', ὦ ξένοι scripserunt. Fortassis ἀλλ' ἄγετ', ὦ ξένοι, scriptum fuit.

V. 1162. Schol.: τεύξω· ποιήσω. μετόπιν· μετὰ ταῦτα, μετόπισθεν.

V. 1163. Schol.: ἐπήλυδες· αὐτόματοι. Male. Ἐπήλυδες αὖθις est revertentes. Iam enim abibant. HERM.

V. 1164 sq. Schol.: τί πράξοντες ἐναντίᾳ γνώμῃ, ἕτερον παρὰ τὸ πρότερον. Sensus hic est: quid aliud faciemus quam quod antea fecimus, quod tu edixeras, sive quam quod antea iussu tuo fecimus? Id est, nullo alio consilio revertemur, nisi ut iterum a te abire iubeamur. Recte Lobeckius ad Ai. p. 126. ed. sec. ἀλλόκοτος γνώμη τῶν πάρος nihil aliud significare monet nisi διάφορον, coll. Cora. ad Heliod. p. 146.

V. 1166. οὗτοι νεμεσητόν] Sic Hom. Il. ι, 523: πρὶν δ' οὔτι νεμεσσητὸν κεχολῶσθαι, ubi Schol.: πρότερον δὲ οὐ μεμπτὸς ὑπῆρχες ὀργιζόμενος. — De verbo ἀλύοντα confer Il. ε, 352. (de Venere vulnerata): ἡ δ' ἀλύουσ' ἀπεβήσετο, τείρετο δ' αἰνῶς, ubi Schol.: ἀδημονοῦσα, καὶ οἷον λύσιν μὴ εὑρίσκουσα τῶν κακῶν.

V. 1167 sq. Schol.: χειμερίῳ λύπα· ταραχώδει πάθει, μεταφορικῶς· οὐκ ἔστι, φησί, μεμπτὸν τῷ δυςτυχοῦντι καὶ παραφθέγγεσθαι. Frequentant χειμάζω turbandi vel iactan-

1175 ἄρθρον ἀπῶσαι. ἀλλ', ὦ ξένοι,
ἔν γέ μοι, ἔν γέ μοι εὖχος ὀρέξατε.

ΧΟΡΟΣ.

ποῖον ἐρεῖς τόδ' ἔπος;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ξίφος, εἴ ποθεν,
ἢ γέννυν ἢ βελέων τι προπέμψατε. 1205

ΧΟΡΟΣ.

ὡς τίνα ῥέξῃς παλάμαν ποτέ;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

1180 κρᾶτ' ἀπὸ πάντα καὶ ἄρθρα τεμῶ χερί·
φονᾷ, φονᾷ νόος ἤδη.

ΧΟΡΟΣ.

τί ποτε; 1210

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

πατέρα ματεύων.

V. 1179. Versus mancus est, ita ut aut excidisse aliquam vocem ante ῥέξῃς, aut pro ῥέξῃς aliud a poeta scriptum fuisse verbum statuere debeamus. Nam debet esse tetrameter dactylicus.

di sensu poetae. O. R. 101. Eur. Hippol. 317. MUSG.

V. 1170. Schol.: τοῦτο γίνωσκε, ὅτι οὐκ ἔρχομαι, οὐδ' εἰ αὐτὸς ὁ Ζεὺς μετέλθοι με ταῖς βροντταῖς, τουτέστιν, οὐδ' εἰ κεραυνοῖ με ὁ Ζεύς, ἂν μὴ ἔλθω.

V. 1171. πυρφόρος ἀστεροπητής] Vide quae ad v. 1426. adnotavimus.

V. 1177. εἴ ποθεν] Elliptice pro εἴποθεν λαβεῖν δύνασθε; et sic pro ὁποθενδή. Sic Ai. 886: εἴποθε λεύσσων pro ὁπουδὴ λεύσσων. BUTTM. Cfr. Matth. Gr. §. 556. not. 2. et 617. f.

V. 1178. Schol.: γέννυν· ἀντὶ τοῦ πέλεκυν ἢ γενῆδα ἢ ἀξίνην. Cfr. Electr. 196.

V. 1179. Schol.: παλάμην· πρᾶξιν· ὅθεν καὶ παλαμᾶσθαι· ἢ τέχνην.

V. 1180. κρᾶτα] Pro hoc vocabulo vix dubitari potest quin aliud a poeta sit positum. Hermannus χρῶτ' scribendum putavit.

V. 1181. Schol.: φονᾷ· θανατᾷ, θανάτου ἐπιθυμεῖ. Galenus in glossis Hippocrateis: φονᾷ, φονεύειν ἐπιθυμεῖ. Quod rectius videtur Hermanno, monenti: Neque enim ut vivere desinat optat, sed vult sese occidere.

V. 1182. Hermanno ματεύων constructione referendum ad τεμῶ videtur. At multo aptius referetur ad sententiam verborum φονᾷ νόος ἤδη.

ΧΟΡΟΣ.

ποῖ γᾶς;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ἐς Ἅιδου.
οὐ γὰρ ἐν φάει γ' ἔτι.
1185 ὦ πόλις, ὦ πόλις πατρία,
πῶς ἂν εἰςίδοιμί σ' ἄθλιός γ' ἀνήρ,
ὅς γε σὰν λιπὼν ἱερὰν 1215
λιβάδ' ἐχθροῖς ἔβαν Δαναοῖς
ἀρωγός· ἔτ' οὐδέν εἰμι.

ΧΟΡΟΣ.

1190 Ἐγὼ μὲν ἤδη καὶ πάλαι νεὼς ὁμοῦ
στείχων ἂν ἦν σοι τῆς ἐμῆς, εἰ μὴ πέλας
Ὀδυσσέα στείχοντα τόν τ' Ἀχιλλέως 1220
γόνον πρὸς ἡμᾶς δεῦρ' ἰόντ' ἐλεύσσομεν.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

οὐκ ἂν φράσειας, ἥντιν' αὖ παλίντροπος
1195 κέλευθον ἕρπεις ὧδε σὺν σπουδῇ ταχύς;

V. 1187. Schol.: ὅς γε σὰν λιπών· ὅςτις ποτὲ κοταλιπών σε ἐπὶ τὸ βοηθεῖν τοῖς Ἕλλησιν οὐκέτι οὐδὲν εἰμί. — Λιβάδα· τὴν τοῦ ἐπίχωρίου ποταμοῦ. Significat Sperchium.

V. 1190. Quod Scholiasta dicit, ἐντεῦθεν διπλοῦν ἐστι τὸ ἐπεισόδιον, eo spectat, quod in hac scena non, ut plerumque, una, sed duae personae adveniunt. Philoctetes interea se in antrum suum recipit, ut ex v. 1263 sqq. intelligitur. HERM.

V. 1190. Schol.: ὁμοῦ· ἐγγύς. Phot. Lex.: ὁμοῦ· ἀντὶ τοῦ ἐγγύς· ἔστι δὲ τοῦτο πολὺ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, ὡς καὶ Μένανδρος· ἤδη γὰρ τοῦ [τῷ Meineke] τίκτειν ὁμοῦ. Soph. Ant. 1180: καὶ μὴν ὁρῶ τάλαιναν Εὐρυδίκην ὁμοῦ. Aristoph. Pac. 513: καὶ μὴν ὁμοῦστιν ἤδη. BUTTM. De καὶ πάλαι ad v. 948. monitum est.

V. 1191. Locutione στείχων ἂν ἦν, quam non esse poeticam tantum periphrasin idem significantem atque ἔστειχον ἂν luculenter ex hoc loco apparet, in quo metri causa ἔστειχον ἂν scribi licuit, hoc significatur: in itinere essem ad navim meam, differtque στείχων εἰμὶ ab στείχω eodem modo, quo Latinorum sum proficiscens a proficiscor, quorum prius res ipsa docet significare debere: in itinere sum. Exempla huius usus congessit, sed non explicavit Matth. Gr. §. 559. Ceterum σοὶ dativus ethi-

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

λύσων ὅσ' ἐξήμαρτον ἐν τῷ πρὶν χρόνῳ.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

δεινόν γε φωνεῖς· ἡ δ' ἁμαρτία τίς ἦν;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἣν σοὶ πιθόμενος τῷ τε σύμπαντι στρατῷ

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ἔπραξας ἔργον ποῖον ὧν οὔ σοι πρέπον;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἀπάταισιν αἰσχραῖς ἄνδρα καὶ δόλοις ἑλών.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

τὸν ποῖον; ὤ μοι, μῶν τι βουλεύει νέον;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

νέον μὲν οὐδέν· τῷ δὲ Ποίαντος τόκῳ

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

τί χρῆμα δράσεις; ὡς μ' ὑπῆλθέ τις φόβος.

cus est, de quo vide Rost. Gr. §. 195. not. 3.

V. 1194. Schol.: ἥντιν' αὖ παλίντροπος κέλευθον ἕρπεις· ἀντὶ τοῦ εἰς ποῖον τόπον ἀπέρχῃ. Τοῦτο δὲ ὁ Νεοπτόλεμος, ἀποδοῦναι βουλόμενος τὰ τόξα τῷ Φιλοκτήτῃ, ἐπιπλήσσεται ὑπὸ τοῦ Ὀδυσσέως. — Verba οὐκ ἂν φράσειας idem fere significant atque φράσον, coll. Matth. §. 515. γ. De locutione κέλευθον ἕρπειν in Censura Ai. ab Lob. edit. p. 51. exposui.

V. 1196. λύσων] Soluturus, i. e. irritum redditurus peccatum meum. [Nonne potius ducta locutio a debitoribus, qui debitum contractum solvunt? Die Schuld zulösen, durch die ich vorhin gefehlt. F. I.]

V. 1199. Hoc dicit: ποῖον ἔπραξας ἔργον τούτων, ἅ σε πρᾶξαι οὔ σοι πρέπον, ut in O. R. 862: οὐδὲν γὰρ ἂν πράξαιμ' ἂν ὧν οὔ σοι φίλον, de qua constructione relativorum vid. Matth. Gr. §. 473. b.

V. 1200. Repetendum mente ἔπραξα e verbis Ulixis, ut mox ad v. 1204. e. v. 1205. δοῦναι νοῶ. HERM.

V. 1201. Tricliniani male τὸ ποῖον. Nam quum Neoptolemus ἄνδρα infinite dixisset, tanto cupidius Ulixes, de Philocteta eum cogitare sentiens, quis iste vir sit interrogat. HERM. Apte confert Matth. Eurip. Med. 37: δέδοικα δ' αὐτὴν μή τι βουλεύσῃ νέον.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

παρ' οὗπερ ἔλαβον τάδε τὰ τόξ', αὖθις πάλιν

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ὦ Ζεῦ, τί λέξεις; οὔτι που δοῦναι νοεῖς;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

αἰσχρῶς γὰρ αὐτὰ κοὐ δίκῃ λαβὼν ἔχω.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

πρὸς θεῶν, πότερα δὴ κερτομῶν λέγεις τάδε; 1235

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

εἰ κερτόμησίς ἐστι τἀληθῆ λέγειν.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

τί φῄς, Ἀχιλλέως παῖ; τίν' εἴρηκας λόγον;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

1210 δὶς ταὐτὰ βούλει καὶ τρὶς ἀναπολεῖν μ' ἔπη;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ἀρχὴν κλύειν ἂν οὐδ' ἅπαξ ἐβουλόμην.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

εὖ νῦν ἐπίστω. πάντ' ἀκήκοας λόγον. 1240

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ἔστιν τις, ἔστιν, ὅς σε κωλύσει τὸ δρᾶν.

V. 1207. πότερα] Vide quae de usu huius particulae ad Ai. 452 adnotavimus.

V. 1210. Schol.: ἀναπολεῖν· τὰ αὐτὰ λέγειν· ἀπὸ τῶν δεύτερον ἀναπολούντων τὴν ἠροτριαμένην γῆν. Vide quae ad Ant. 847 sqq. adnotata sunt, et cfr. Platon. Phileb. p. 59 sq.: εὖ δ' ἡ παροιμία δοκεῖ ἔχειν, τὸ καὶ δὶς καὶ τρὶς τό γε καλῶς ἔχον ἐπαναπολεῖν τῷ λόγῳ δεῖν.

V. 1211. ἀρχήν] Omnino; vid. Hermann. ad Vig. n. 80. p. 723.

V. 1212. εὖ νῦν ἐπίστω] Non dicit, ut sequentia confirmet, sed in mente habens δώσειν με τὸ τόξον. Id ut confirmet, neque amplius verbis opus esse ostendat, addit πάντ' ἀκήκοας λόγον, quae est usitata formula nihil sibi quod dicat reliquum esse significantis; vid. Ai. 486. Trach. 876. similiterque supra 241: οἶσθα δὴ τὸ πᾶν. HERM. Vide quae ad Ai. 472. exposuimus.

V. 1213. De κωλύειν cum accusativo iuncto vide Matth. Gr. §. 421. p. 939.; de infinitivo cum articulo iuncto idem ad Hipp. 49. et Gr. §. 543. not. 2. exposuit.

V. 1215. ξύμπας — ἐν δὲ τοῖς ἐγώ] Cfr. O. C. 742:

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

τί φῄς; τίς ἔσται μ' οὐπικωλύσων τάδε;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

1215 ξύμπας Ἀχαιῶν λαός, ἐν δὲ τοῖς ἐγώ.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

σοφὸς πεφυκὼς οὐδὲν ἐξαυδᾷς σοφόν.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

σὺ δ' οὔτε φωνεῖς, οὔτε δρασείεις σοφά. 1245

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἀλλ' εἰ δίκαια, τῶν σοφῶν κρείσσω τάδε.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

καὶ πῶς δίκαιον, ἅλαβες βουλαῖς ἐμαῖς,

1220 πάλιν μεθεῖναι ταῦτα;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

τὴν ἁμαρτίαν

αἰσχρὰν ἁμαρτὼν ἀναλαβεῖν πειράσομαι.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

στρατὸν δ' Ἀχαιῶν οὐ φοβεῖ πράσσων τάδε; 1250

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ξὺν τῷ δικαίῳ τὸν σὸν οὐ ταρβῶ φόβον.

[ἀλλ' οὐδέ τοι σῇ χειρὶ πείθομαι τὸ δρᾶν.]

πᾶς σε Καδμείων λεὼς καλεῖ δικαίως, ἐκ δὲ τῶν μάλιστ' ἐγώ. et quae ad eum locum adnotavimus.

V. 1221. ἀναλαβεῖν] Proprie resumere; hinc resumere aliquid, ut corrigas et emendes, idem fere, quod nobis zurücknehmen, et hoc loco et in Demosth. Mid. p. 550, 14. Reisk.: ἀναλαμβάνειν ταῦτα καὶ μεταγιγνώσκειν. MATTH. Eodem sensu etiam Eur. Ion. 426.

V. 1223. τὸν σὸν φόβον] Terrorem, quem tu mihi vis incutere, minas tuas. Vide Matth. Gr. §. 466. 3.

V. 1224. Non posse Ulixi hunc versum assignari manifestum est. Neque tamen Neoptolemo convenit. Nam sic τὸ δρᾶν, quod Graecorum consuetudo loquendi postulare videtur (cfr. Matth. ad Eur. Hipp. v. 49.) ut 1241 (1213.) de redditione armorum intelligimus, sensus hic est: sed ne tua quidem manu adducor, ut reddam arma Philoctetae, quod nec ab Ulixe dici potuit, nec a Neoptolemo, cui sic tantum aliqua ratione hic versus conveniret, si in hunc sensum acciperetur: sed ne manu quidem tua (i. e. ne vi qui-

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

1225 οὔ τἄρα Τρωσίν, ἀλλὰ σοὶ μαχούμεθα.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἔστω τὸ μέλλον. χεῖρα δεξιὰν ὁρᾷς
κώπης ἐπιψαύουσαν; 1255

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ἀλλὰ κἀμέ τοι
ταὐτὸν τόδ' ὄψει δρῶντα κοὐ μέλλοντ' ἔτι.
καίτοι σ' ἐάσω· τῷ δὲ σύμπαντι στρατῷ
1230 λέξω τάδ' ἐλθών, ὅς σε τιμωρήσεται.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἐσωφρόνησας· κἂν τὰ λοίφ' οὕτω φρονῇς,
ἴσως ἂν ἐκτὸς κλαυμάτων ἔχοις πόδα. 1260
Σὺ δ', ὦ Ποίαντος παῖ, Φιλοκτήτην λέγω,
ἔξελθ' ἀμείψας τάςδε πετρήρεις στέγας.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

1235 τίς αὖ παρ' ἄντροις θόρυβος ἵσταται βοῆς;
τί μ' ἐκκαλεῖσθε; τοῦ κεχρημένοι, ξένοι;

dem a te adhibita) adducor, ut faciam quod me facere vis, ut non reddam Philoctetae arma. Sed hoc a Sophocle iis, quae scripta sunt, verbis dici non potuisse apparet. Itaque in eam inclino sententiam, ut ab interprete additum hunc versum censeam. Nam neque ullam corruptelae speciem prae se fert, neque excidisse alios versus, quibus eo, quo videtur tantum accipi posse, sensu recte respondere potuerit, ullo modo probabile est. Accedit, quod duo versus Neoptolemo tributi dialogi aequalitatem evertunt.

V. 1228. Schol.: *κοὐ μέλλοντ' ἔτι· οὐ βραδύνοντα.* Sic Trach. 75: *Εὐβοῖδα χώραν φασίν, Εὐρύτου πόλιν, ἐπιστρατεύειν αὐτόν, ἢ μέλλειν ἔτι.*

V. 1230. Ulixes quum *τιμωρήσεται* dixisset, abit e scena.

V. 1232. *ἐκτὸς κλαυμάτων ἔχειν πόδα*] Frequens haec poetarum dictio pro *ἐκτὸς κλαυμάτων* (i. e. *πημάτων*) *εἶναι.* Sic Aesch. Prom. 271: *ὅςτις πημάτων ἔξω πόδα ἔχει,* ad quem locum multa huius generis Blomf. in Gloss. attulit. De usu verbi *κλαίειν* et substantivi *κλαῦμα* ad Ant. 230. monitum est.

V. 1234. Schol.: *ἀμείψας· καταλιπών.* Sic Horat. Carm. saec. 39. mutare lares; quanquam etiam contrariam significationem habet, ut in eiusdem Carm. II, 16, 18. terras — mutamus, i. e. adimus, cuius diversae significationis causam a prima verborum *ἀμείβειν,* mutare, notione

ὦ μοι· κακὸν τὸ χρῆμα, μῶν τί μοι μέγα 1265
πάρεστε πρὸς κακοῖσι πέμποντες κακόν;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

θάρσει· λόγους δ' ἄκουσον, οὓς ἥκω φέρων.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

1240 δέδοικ' ἔγωγε· καὶ τὰ πρὶν γὰρ ἐκ λόγων
καλῶν κακῶς ἔπραξα, σοῖς πεισθεὶς λόγοις.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

οὔκουν ἔνεστι καὶ μεταγνῶναι πάλιν; 1270

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

τοιοῦτος ἦσθα τοῖς λόγοισι χὥτε μου
τὰ τόξ' ἔκλεπτες, πιστός, ἀτηρὸς λάθρᾳ.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

1245 ἀλλ' οὔτι μὴν νῦν· βούλομαι δέ σου κλύειν,
πότερα δέδοκταί σοι μένοντι καρτερεῖν,
ἢ πλεῖν μεθ' ἡμῶν.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

παῦε, μὴ λέξῃς πέρα. 1275
μάτην γὰρ ἂν εἴπῃς γε πάντ' εἰρήσεται.

repetendam docuit Wunderl. Obss. in Aesch. p. 182. Cum nostro loco cfr. Trach. 658. et Eur. El. 755: δέσποιν', ἄμειψον δώματ' Ἠλέκτρα τάδε. MATTH. De adiectivo πετρήρεις confer Ant. 947.

V. 1235. De locutione ἑστάναι βοήν monuerunt Kuster, ad Aristoph. Thesmoph. 704. et Elmsl. ad Eur. Heracl. 656.

V. 1237. χρῆμα dixit, respiciens verbum κεχρημένοι, proprio significatu: mala res, qua opus sit vobis. Dicit autem haec verba conspecto Neoptolemo. Nam quae praecedunt nondum viso dicuntur. HERM.

V. 1238. πέμποντες κακόν] Cfr. v. 105: ἰοὺς ἀφύκτους καὶ προπέμποντας φόνον.

V. 1240 sq. ἐκ λόγων καλῶν etc.] Non est, post res auditu gratas, sed per blandos sermones vel blandis sermonibus in calamitatem incidi. Vide ad v. 91 sq.

V. 1243. τοιοῦτος ἦσθα] Referendum τοιοῦτος est ad sequentia πιστός, ἀτηρὸς λάθρᾳ. Sic Hom. Il. φ, 108: οὐχ ὁρᾷς, οἷος κἀγώ γε καλός τε μέγας τε; Soph. Ant. 1012 sq.: τοιαῦτα παιδὸς τοῦδ' ἐμάνθανον πάρα φθίνοντ' ἀσήμων ὀργίων μαντεύματα. De dativo τοῖς λόγοις vide quae ad O. R. 25. adnotavi. Denique χὥτε est καὶ τότε, ὅτε.

V. 1245. ἀλλ' οὔτι μὴν νῦν] Scilicet ἔσομαι τοιοῦτος. De particularum usu confer El. 817: ἀλλ' οὔτι μὴν ἔγωγε τοῦ λοιποῦ χρόνου ξύνοικος ἔσομαι.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

οὕτω δέδοκται;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

καὶ πέρα γ' ἴσθ' ἢ λέγω.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

1250 ἀλλ' ἤθελον μὲν ἄν σε πεισθῆναι λόγοις
ἐμοῖσιν· εἰ δὲ μή τι πρὸς καιρὸν λέγων
κυρῶ, πέπαυμαι. 1280

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

πάντα γὰρ φράσεις μάτην.
οὐ γάρ ποτ' εὔνουν τὴν ἐμὴν κτήσει φρένα,
ὅστις γ' ἐμοῦ δόλοισι τὸν βίον λαβὼν
1255 ἀπεστέρηκας, κᾆτα νουθετεῖς ἐμὲ
ἐλθών, ἀρίστου πατρὸς αἴσχιστος γεγώς.
ὄλοισθ', Ἀτρεῖδαι μὲν μάλιστ', ἔπειτα δὲ 1285
ὁ Λαρτίου παῖς, καὶ σύ.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

μὴ 'πεύξῃ πέρα·
θέχου δὲ χειρὸς ἐξ ἐμῆς βέλη τάδε.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

1260 πῶς εἶπας; ἆρα δεύτερον δολοῦμεθα;

V. 1249. πέρα ἢ λέγω] Supra quam dico. Quibus verbis indicat Philoctetes etiam firmius sibi quam dicat certum esse manere, adeo ut, si se vi abstrahere velint, potius mortem sibi consciscere constituerit. HERM. Hyperbolicam locutionem exemplis apte illustravit Fritzsch. in Qu. Lucian. p. 121.

V. 1252. πέπαυμαι] Vide Matth. Gr. §. 500.

V. 1254. τὸν βίον] Vide v. 931.

V. 1255. Duabus de causis Philoctetes Neoptolemum negat suam sibi unquam conciliare posse benevolentiam: primum quod arcu se turpiter privarit; deinde quod, postquam fraudem illam turpissimam commiserit, iterum ad se accedere audeat, ut aliquid consilii sibi det. Κᾆτα autem recte hoc sensu dicitur: καὶ ἐπεὶ ἀπεστέρηκας. Simillime καὶ τότε Sophocles dixit O. R. 1517: λέξεις, καὶ τότ' (i. e. ἐὰν λέξῃς) εἴσομαι κλύων. O. C. 1733: ἄγε με, καὶ τότ' (i. e. ἐὰν ἀγάγῃς) ἐπενάριξον.

V. 1257. μὲν μάλιστα] Vide quae de usu horum verborum ad Ant. 327. adnotata sunt.

V. 1261. Proprie dicitur ἀπώ-

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἀπώμοσ' ἁγνὸν Ζηνὸς ὑψίστου σέβας.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ὦ φίλτατ' εἰπών, εἰ λέγεις ἐτήτυμα. 1290

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

τοὔργον παρέσται φανερόν. ἀλλὰ δεξιὰν
πρότεινε χεῖρα καὶ κράτει τῶν σῶν ὅπλων.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

1265 ἐγὼ δ' ἀπαυδῶ γ', ὡς θεοὶ ξυνίστορες,
ὑπέρ τ' Ἀτρειδῶν τοῦ τε σύμπαντος στρατοῦ.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

τέκνον, τίνος φώνημα, μῶν Ὀδυσσέως, 1295
ἐπῃσθόμην;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

σάφ' ἴσθι· καὶ πέλας γ' ὁρᾷς,
ὅς σ' ἐς τὰ Τροίας πεδί' ἀποστελῶ βίᾳ,
1270 ἐάν τ' Ἀχιλλέως παῖς, ἐάν τε μὴ θέλῃ.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ἀλλ' οὔτι χαίρων, ἢν τόδ' ὀρθωθῇ βέλος.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἆ, μηδαμῶς, μὴ πρὸς θεῶν, μεθῇς βέλος. 1300

μοσα, quum Neoptolemus neget se Philoctetam δολοῦν. SCHAEF. De aoristi significatione Herm. ad Vig. n. 209. et Matth. Gr. §. 506. conferantur. Ζηνὸς σέβας dictum pro Ζῆνα σεβάσμιον. Cfr. Matth. Gr. §. 430.

V. 1265. Schol.: μαρτύρομαι τοὺς θεούς, ὅτι ὃ ποιῶ εἰς χάριν καὶ σωτηρίαν ποιῶ τῶν Ἀτρειδῶν. Hic videtur ὡς non cum θεοὶ ξυνίστορες, sed cum ὑπὲρ Ἀτρ. construxisse, quae incommoda et difficilis constructio est. Formula ista θεοὶ ξυν. fere significat: sciunt di. Sic Ant. 542. Eur. Suppl. 1173. Idem dicitur etiam ἴσασιν Eur. Med. 1372 sq. Atque ut in eadem fab. 476. scriptum est: ἴσωσά σ', ὡς ἴσασιν Ἑλλήνων ὅσοι ταὐτὸν συνεισέβησαν Ἀργῷον σκάφος, ita ego quidem hic etiam ὡς θεοὶ ξυνίστορες dictum puto: ego vero veto, uti di sciunt, pro Atridis universoque exercitu. Sic Demosth. p. 1471, 9. HERM.

V. 1266. ὑπέρ τ' — τοῦ τε] De τὲ particulae collocatione ad O. C. 33. admonuimus.

V. 1271. οὔτι χαίρων] Explicata locutio haec ad Ant. 230. est.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

μέθες με, πρὸς θεῶν, χεῖρα, φίλτατον τέκνον.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

οὐκ ἂν μεθείην.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

φεῦ· τί μ' ἄνδρα πολέμιον
1275 ἐχθρόν τ' ἀφείλου μὴ κτανεῖν τόξοις ἐμοῖς;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἀλλ' οὔτ' ἐμοὶ καλὸν τόδ' ἐστὶν οὔτε σοί.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ἀλλ' οὖν τοσοῦτόν γ' ἴσθι, τοὺς πρώτους στρατοῦ, 1305
τοὺς τῶν Ἀχαιῶν ψευδοκήρυκας, κακοὺς
ὄντας πρὸς αἰχμήν, ἐν δὲ τοῖς λόγοις θρασεῖς.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

1280 εἶεν. τὰ μὲν δὴ τόξ' ἔχεις, κοὐκ ἔσθ' ὅτου
ὀργὴν ἔχοις ἂν οὐδὲ μέμψιν εἰς ἐμέ.

V. 1273. μέθες με χεῖρα] Schema quod vocant καθ' ὅλον καὶ μέρος. Vide Matth. Gr. §. 421. not. 5. Rost. §. 104. 6.

V. 1274. οὐκ ἂν μεθείην] Cfr. Matth. Gr. §. 515. β.

V. 1275. ἀφείλου μὴ κτανεῖν] Ἀφαιρεῖσθαι sequente infinitivo poetis usurpatur sensu potestatem auferendi, h. e. impediendi. Eur. Hipp. 1207: ὥστ' ἀφηρέθη Σκείρωνος ἀκτὰς ὄμμα τοὐμὸν εἰσορᾶν. Eo autem sensu, sicut alia verba negationem rei continentia, particulam μὴ pleonastice adsciscit fere (Gr. Gr. §. 135. n. 9. Ind. in Plat. Menon. in μή, Schaef. ad L. Bos. p. 555.): ut apud eundem Eur. Troad. 1146: ἀφείλετ' αὐτὴν παῖδα μὴ δοῦναι τάφῳ. BUTTM. Apparet, haec antequam diceret Philoctetes, Ulixem discessisse.

V. 1277 sq. Schol.: ἀλλ' οὖν τοσοῦτον· ἀλλ' οὐ γενναῖον ἄνδρα φονεύσω· πάντες γὰρ οἱ κήρυκες τῶν Ἑλλήνων ἀσθενεῖς εἰσι, καὶ ἡ ἀνδρεία αὐτῶν ἄχρι τοῦ λέγειν. Hoc dicit: at hoc tamen scito, primarios illos in exercitu viros, Achivorum illos mendaciorum praecones, ignavos ad pugnam, lingua vero feroces esse. Mendacia quae intelligat, supra v. 1026 sqq. (1008 sqq.) significavit. HERM.

V. 1280. εἶεν] Dictum de usu huius verbi ad O. C. 1303. est.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ξύμφημι. τὴν φύσιν δ' ἔδειξας, ὦ τέκνον, 1310
ἐξ ἧς ἔβλαστες· οὐχὶ Σισύφου πατρός,
ἀλλ' ἐξ Ἀχιλλέως, ὃς μετὰ ζώντων θ' ὅτ' ἦν
1285 ἤκου' ἄριστα, νῦν δὲ τῶν τεθνηκότων.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἤσθην πατέρα τὸν ἀμὸν εὐλογοῦντά σε
αὐτόν τέ μ'· ὧν δέ σου τυχεῖν ἐφίεμαι, 1315
ἄκουσον. ἀνθρώποισι τὰς μὲν ἐκ θεῶν
τύχας δοθείσας ἔστ' ἀναγκαῖον φέρειν·
1290 ὅσοι δ' ἑκουσίοισιν ἔγκεινται βλάβαις,
ὥςπερ σύ, τούτοις οὔτε συγγνώμην ἔχειν
δίκαιόν ἐστιν, οὔτ' ἐποικτείρειν τινά. 1320
σὺ δ' ἠγρίωσαι, κοὔτε σύμβουλον δέχει,
ἐάν τε νουθετῇ τις εὐνοίᾳ λέγων,
1295 στυγεῖς πολέμιον δυςμενῆ θ' ἡγούμενος.
ὅμως δὲ λέξω· Ζῆνα δ' ὅρκιον καλῶ·
καὶ ταῦτ' ἐπίστω, καὶ γράφον φρενῶν ἔσω· 1325
σὺ γὰρ νοσεῖς τόδ' ἄλγος ἐκ θείας τύχης,

V. 1284 sq. μετὰ ζώντων δ' — νῦν δέ] De particulis sibi oppositis τὲ — δέ ad Trach. 140. diximus. Tum verbo ἐκούειν usum ad v. 380. huius fab. notavimus.

V. 1286. ἥσθην εὐλογοῦντά σε] Vide Matth. Gr. §. 414. 12. §. 555. i. et Lobeck. ad Ai. p. 130 sq. ed. sec.

V. 1288 sq. τὰς ἐκ θεῶν τύχας δοθείσας] Alibi brevius δῶρα θεῶν dicuntur. Cfr. Ruhnk. et Mitscherl. ad Hom. hymn. in Cer. 147 sq. Adde Aesch. Pers. 293: ὅμως δ' ἀνάγκη πημονὰς βροτοὺς φέρειν, θεῶν διδόντων et Herodot. IX, 13: ὅ τι δεῖ γενέσθαι ἐκ τοῦ θεοῦ, ἐμήχανον ἀποτρέψαι ἀνθρώπῳ.

V. 1293. Observa in κοὔτε priorem copulam καὶ complecti sequentia omnia usque ad ἡγούμενος, quae iterum in duo distinguuntur per οὔτε et τέ. BUTTM.

V. 1296. Ζῆνα δ' ὅρκιον] Qui iurisiurandi sanctitatem tuetur et periurium ulciscitur. Vid. Eur. Med. 170. Pausan. V, 24, 2. Lucian. Tim. c. 1. ibique Hemsterh. MATTH.

V. 1297. καὶ γράφον φρενῶν ἔσω] Apte Erf. quum alios locos, tum Soph. Triptol. fr. VIII. comparavit: θὲς δ' ἐν φρενὸς δέλτοισι τοὺς ἐμοὺς λόγους.

V. 1298. ἐκ θείας τύχης] Vid. ad v. 192 sqq.

Χρύσης πελασθεὶς φύλακος, ὃς τὸν ἀκαλυφῆ
1300 σηκὸν φυλάσσει κρύφιος οἰκουρῶν ὄφις·
καὶ παῦλαν ἴσθι τῆςδε μήποτ' ἐντυχεῖν
νόσου βαρείας, ἕως ἂν οὗτος ἥλιος 1330
ταύτῃ μὲν αἴρῃ, τῇδε δ' αἶ δύνῃ πάλιν,
πρὶν ἂν τὰ Τροίας πεδί' ἑκὼν αὐτὸς μόλῃς,
1305 καὶ τῶν παρ' ἡμῖν ἐντυχὼν Ἀσκληπιδῶν
νόσου μαλαχθῇς τῆςδε, καὶ τὰ πέργαμα
ξὺν τοῖςδε τόξοις ξύν τ' ἐμοὶ πέρσας φανῇς. 1335

V 1302. ἕως ἄν ex mea coniectura scripsi. Vide quae ad

V. 1299. Χρύσης] I. e. nymphae, non Minervae, de qua Scholiasta cogitat; vide ad argumentum. De genitivo φύλακος ex πελασθείς apto cfr. Ai. 709 sq. πελάσαι νεῶν et in (Eur.) Rhes. 944. λεχέων πλαθεῖσα, ad quem locum plura huius constructionis exempla Musgr. attulit. Ceterum amant Graeci cum pronomine relativo iungere nomen, quod in priore membro a nobis poni solet. Cfr. El. 160 sqq. ὃν — Ὀρέσταν. Ant. 402. ed. meae et Herm. ad Vig. p. 711. et Matth. Gr. §. 474. Denique in φύλακος ὃς φυλάσσει nihil offensionis. Similiter Eur. 1027: ἡμεῖς σε φύλακες οὐ χρεὼν φυλάσσομεν.

V. 1299 sq. τὸν ἀκαλυφῆ σηκόν] Hesych. ἀκαλυφῆ· ἄστεγον, ὕπαιθρον. Ita dixit, quoniam non templum ibi, sed ara tantum sub dio erat. BUTTM. Σηκὸν Valcken. in Diatr. Eur. p. 132. male interpretatur saepimentum, quo altare ab agro reliquo pro more istius aevi separatum fuerit. Immo id significat, ad quod accedere nefas est, id est altare, quod in Chrysae honorem aedificatum erat. Nam eo seusu σηκὸν dici nonnunquam ex iis patet, quae Valck. ad Ammon. L. II. C. XIX. p. 153 sqq. exposuit. Denique de nominis οἰκουρῶν significatu ad Ai. 555 sq. diximus.

V. 1301. μήποτ' ἐντυχεῖν] Quamvis mutatione satis facili pro ἐκτυχεῖν scribi hic ἂν τυχεῖν possit, tamen quum neque in infinitivo aoristi omissa ἄν particula ulla hic offensio sit, et verbum ἐντυχεῖν paulo post v. 1305. eodem cum casu coniunctum sit, a vero non aberrabit, qui Sophoclem in duobus his locis ita usum esse verbo ἐντυχεῖν credet, ut ei inveniendi sive consequendi potestatem tribueret. Simillime Herodot. IV, 140: οἷα δὲ νυκτός τε ἀπικόμενοι καὶ λελυμένης τῆς γεφύρης ἐντυχόντες, ἐς πᾶσαν ἀμηχανίην ἀπίκατο, μὴ σφέας οἱ Ἴωνες ἴωσι ἀπολελοιπότες.

V. 1302. Apte Brunckius comparat Aristidis responsum ad Mardonii legatos, quod sic refert Plutarchus Arist. c. 10: τοῖς δὲ παρὰ Μαρδονίου τὸν ἥλιον δείξας, ἄχρις ἂν οὗτος, ἔφη, ταύτην πορεύηται τὴν πορείαν, Ἀθηναῖοι πολεμήσουσι Πέρσαις. et Herodoti VIII, 143: νῦν δὲ ἀπάγγελλε τῷ Μαρδονίῳ, ὡς Ἀθηναῖοι λέγουσι, ἕς τ' ἂν ὁ ἥλιος τὴν αὐτὴν ὁδὸν ἴῃ, τῇπερ καὶ νῦν ἔρχεται, μήποτε ὁμολογήσειν ἡμέας Ξέρξῃ.

ὡς δ' οἶδα ταῦτα τῇδ' ἔχοντ', ἐγὼ φράσω·
ἀνὴρ γὰρ ἡμῖν ἐστιν ἐκ Τροίας ἁλούς,
1310 Ἕλενος ἀριστόμαντις, ὃς λέγει σαφῶς,
ὡς δεῖ γενέσθαι ταῦτα· καὶ πρὸς τοῖσδ' ἔτι,
ὡς ἔστ' ἀνάγκη τοῦ παρεστῶτος θέρους 1340
Τροίαν ἁλῶναι πᾶσαν· ἢ δίδωσ' ἑκὼν
κτείνειν ἑαυτόν, ἢν τάδε ψευσθῇ λέγων.
1315 ταῦτ' οὖν ἐπεὶ κάτοισθα, συγχώρει θέλων.

Ai. 1090. exposui. Tum οὗτος Brunckius restituendum vidit. Libri ὡς ἂν αὐτός.

V. 1303. Recte Musgr. αἰρῃ sensu passivi vel neutrius dictum putat, ut ipsum usitatius ἀνίσχειν. Persimilis est imperativus ἴγειρε in Eur. Iphig. A. 624. Cfr. huius fab. 571: ἐστέλλον, 33: ἐναυλίζοντα, et vid. Matth. Gr. §. 496. et Seidler. ad Eur. El. 1231. Iph. T. 1120. BUTTM.

V. 1305. De ἐντυχὼν ad v. 1301. dictum. Illud monendum restat, ἐντυχὼν τῶν Ἀσκλ., ubi inveneris, sive consecutus eris Aesculapii filios, ex usu Graecorum esse dictum pro: per Aesculapii filios. Sic supra v. 719 sq.: νῦν δ' ἀνδρῶν ἀγαθῶν παιδὸς ὑπαντήσας εὐδαίμων ἀνύσει καὶ μέγας ἐκ κείνων. Cfr. Hom. Il. α, 67. De veritate scripturae Ἀσκληπιδῶν non debebat dubitari. Sic qui Homero Il. β, 541. dicitur Χαλκωδοντιάδης ab Euripide Ion. 50. Χαλκωδοντίδης appellatur. Cfr. etiam Etym. M. p. 210, 11: οἱ δὲ ποιηταὶ πολλάκις ἀποβάλλουσι τὸ α, οἷον Ἐριχθονιάδης, Ἐριχθονίδης· Τελαμωνιάδης, Τελαμωνίδης. Adde Matth. Gr. §. 99. n. 1.

V. 1306. Genitivus νόσου pendet a notione, quae verbo μαλάσσεσθαι subest, levari vel liberari; cfr. Matth. Gr. §. 353. Simillime Eur. Orest. 43: χλανιδίων δ' ἔσω κρυφθείς, ὅταν μὲν σῶμα κουφισθῇ νόσου, ἔμφρων δακρύει.

V. 1309. Sapienter fecit Sophocles, quod ita loquentem hic introduxit Neoptolemum, ut nullo verbo ad ea respiceret, quae falsus iste nauclerus, qui ad decipiendum Philoctetam erat missus, 604 sqq. de Heleni vaticinio dixerat. Non poterat enim eius rei mentionem iniicere, nisi ut animum Philoctetae ad memoriam turpissimae fraudis illius sine ulla necessitate revocaret. Ceterum patet orationem hanc Neoptolemi paullisper inversam esse, sensumque hunc esse: Helenus enim, vates celeberrimus, quem ex Troia captum nos habemus, haec ita fieri debere dicit.

V. 1310. ἀριστόμαντις] Vide Matth. Gr. §. 646. b.

V. 1312. De genitivo θέρους vide Matth. Gr. §. 377.

V. 1313 sq. ἢ δίδωσ'] Aut, id est, alioqui, nisi hoc ita fiat. De quo ἢ particulae usu vide Matth. §. 619. eundemque de infinitivo activi κτείνειν §. 535. not.

V. 1315. Schol.: συγχώρει θέλων· σὺν ἡμῖν χώρει ἐθελοντής.

καλὴ γὰρ ἡ 'πίκτησις, Ἑλλήνων ἕνα
κριθέντ' ἄριστον τοῦτο μὲν παιωνίας 1345
εἰς χεῖρας ἐλθεῖν, εἶτα τὴν πολύστονον
Τροίαν ἑλόντα κλέος ὑπέρτατον λαβεῖν.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

1320 ὦ στυγνὸς αἰών, τί μ' ἔτι δῆτ' ἔχεις ἄνω
βλέποντα, κοὐκ ἀφῆκας εἰς Ἅιδου μολεῖν;
οἴμοι, τί δράσω; πῶς ἀπιστήσω λόγοις 1350
τοῖς τοῦδ', ὃς εὔνους ὢν ἐμοὶ παρῆνεσεν;
ἀλλ' εἰκάθω δῆτ'; εἶτα πῶς ὁ δύςμορος
1325 εἰς φῶς τάδ' ἕρξας εἶμι; τῷ προςήγορος;

V. 1333. κακούς scripsi ex coniectura Doederlini ad O.

V. 1316. ἐπίκτησις lucrum est, quod ad alia commoda adiicitur. Id continetur eo, quod praeter liberationem a morbo expugnationemque urbis unus omnium optimus vir habebitur. HERM. Auget εἷς vim superlativi, ut in O. R. 1380. Vide Matth. Gr. §. 461. Sic etiam unus apud Latinos. Vide Ernesti Clav. Cic. sub. v. MATTH.

V 1317 sq. De τοῦτο μὲν — εἶτα vide Matth. Gr. §. 288. not. 2.

V. 1320 sq, Notanda abundantia in verbis ἔχεις ἄνω βλέποντα, retines apud superos viventem, quanquam ἄνω apte propter sequentia ἀφῆκας εἰς Ἅιδου adiectum patet. Simillime Eur. Helen. 530: φησὶ δ' ἐν φάει πόδιν τὸν ἀμὸν ζῶντα φέγγος εἰςορᾶν, quem locum non debuisse tentari multis docui exemplis similibus in Advers. p. 52 sq. De βλέπειν vide ad Ai. 935. De verbis ἀφῆκας μολεῖν confer quae ad v. 60. monui.

V. 1322. ἀπιστήσω] Diximus de usu huius verbi ad Trach. 1208 sq.

V. 1324. εἰκάθω] Coniunctivus deliberativus est, de quo vide ad v. 890. Ceterum cfr. Ai. 466 sqq.: ἀλλὰ δῆτ' ἰὼν πρὸς ἔρυμα Τρώων, ξυμπεσὼν μόνος μόνοις, καὶ δρῶν τι χρηστόν, εἶτα λοίσθιον θάνω; Electr. 537 sq.: ἀλλ' ἀντ' ἀδελφοῦ δῆτα Μενέλεω κτανὼν τἄμ', οὐκ ἔμελλε τῶνδέ μοι δώσειν δίκην; et Eur. Or. 779: ἀλλὰ δῆτ' ἴλθω;

V. 1325. εἰς φῶς εἶμι;] In lucem i. e. in hominum conspectum prodibo? Cfr. supra 581. El. 640. Xenoph. Ages. 9, 1. Cicer. de Senect. c. 4: nec ille vero in luce modo atque in oculis civium magnus, sed intus domique praestantior. MATTH. Schol.: τῷ προςήγορος· ἀντὶ τοῦ τίς με προςαγορεύσει; Immo et hoc et τίνα προςαγορεύσω eodem vocabulo comprehenditur. BUTTM. Ex quo non opus esse apparet, ut cum Schaefero Melett. critt. p. 137. τοῦ pro τῷ scribatur.

V. 1326 sq. Recte Camerarius κύκλοι de oculis accipiendum esse monuit, ita ut sensus sit: o qui omnia, quae in

πῶς, ὦ τὰ πάντ' ἰδόντες ἀμφ' ἐμοῦ κύκλοι,
ταῦτ' ἐξανασχήσεσθε, τοῖσιν Ἀτρέως 1355
ἐμὲ ξυνόντα παισίν, οἵ μ' ἀπώλεσαν;
πῶς τῷ πανώλει παιδὶ τῷ Λαερτίου;
1330 οὐ γάρ με τἄλγος τῶν παρελθόντων δάκνει·
ἀλλ' οἷα χρὴ παθεῖν με πρὸς τούτων ἔτι
δοκῶ προλεύσσειν· οἷς γὰρ ἡ γνώμη κακῶν 1360
μήτηρ γένηται, τἆλλα παιδεύει κακούς.
καὶ σοῦ δ' ἔγωγε θαυμάσας ἔχω τόδε·
1335 χρῆν γάρ σε μήτ' αὐτόν ποτ' ἐς Τροίαν μολεῖν,
ἡμᾶς τ' ἀπείργειν, οἵ τέ σου καθύβρισαν
πατρὸς γέρας συλῶντες, εἶτα τοῖςδε σὺ 1365

C. 915. proposita. Idem scribi voluit Dobraeus. Libri καπά.

me commissa sunt, vidistis oculi. De locutione ταῦτα ἐξανασχήσεσθε, ἐμὲ ξυνόντα etc. vide Matth. Gr. §. 472. c., qui apte cum hoc loco confert Aristoph. Nub. 380: τουτί μ' ἐλελήθη ὁ Ζεὺς οὐκ ὤν, ἀλλ' ἀντ' αὐτοῦ Δῖνος νυνὶ βασιλεύων. Neque haerendum in numero pluraliταῦτα. Cfr. El. 100. 131. 400. 1334. 1343. Ant. 468. 931. Trach. 600. 710.

V. 1332 sq. οἷς γὰρ — κακούς] Non dubium est, quin hoc dicat Philoctetes, male facere solere, qui mala natura sint. Cfr. Demosth. Aristogit. p. 774, 11: ἡ μὲν οὖν φύσις, ἐὰν ᾖ πονηρά, πολλάκις φαῦλα βούλεται. De locutione γνώμη κακῶν μήτηρ ἐστί cfr. Ai. 173: ὦ μεγάλα φάτις, ὦ μᾶτερ αἰσχύνας ἐμᾶς. Denique nota locutio est, παιδεύειν τινὰ κακόν, σοφόν, γενναῖον, coll. Musgravio ad Eur. El. 379. Hemsterh. ad Plut. 4. Schaefer. ad Dionys. Hal. de Comp. Verb. p. 413. Sic O. C. 919: καίτοι σε Θῆβαί γ' οὐκ ἐπαίδευσαν κακόν.

V. 1334. θαυμάσας ἔχω] Frequens Graecorum, maxime tragicorum dictio. Cfr. huius fab. v. 600. O. R. 577. 699. Ant. 22. 32. 77. 192. 1058. O. C. 817. 1140. et vid. Herm. ad Vig. p. 753. et Matth. Gr. §. 560.

V. 1335 sqq. χρῆν γάρ σε — ἀναγκάζεις τάδε] Tranquillo sedatoque animo si locutus esset, ita verba extulisset: χρῆν γάρ σε μήτ' αὐτόν ποτ' ἐς Τροίαν μολεῖν, ἡμᾶς τ' ἀπείργειν, καὶ μὴ ξυμμαχεῖν ἐκείνοις, οἵ σου καθύβρισαν, πατρὸς γέρας συλῶντες, μήτ' ἐμὲ ἀναγκάζειν. Verum crescente indignatione ex oratione affirmativa in interrogativam transit.

V. 1337 sqq. Frustra olim in Advers. p. 20 sqq. contra Brunckium verba οἳ τὸν ἄθλιον Αἴαντ' ὅπλων σοῦ πατρὸς ὕστερον δίκῃ Ὀδυσσέως ἔκριναν Sophoclis esse defendi. Nunc ut spuria crederem esse, his causis adductus sum. Primum ex initio fabulae (254 — 415) apparet Philoctetam litem Ulixis cum Aiace de armis Achillis, id quod Brunck. iam monuit, prorsus ignorare, itemque compertum habuisse (vid. 410—415) Aiacem,

εἶ ξυμμαχήσων, κἄμ' ἀναγκάζεις τάδε;
μὴ δῆτα, τέκνον· ἀλλ' ἅ μοι ξυνώμοσας,
πέμψον πρὸς οἴκους· καὐτὸς ἐν Σκύρῳ μένων
ἕα κακῶς αὐτοὺς ἀπόλλυσθαι κακούς.
χοὔτω διπλῆν μὲν ἐξ ἐμοῦ κτήσει χάριν, 1370
διπλῆν δὲ πατρός· κοὐ κακοὺς ἐπωφελῶν
δόξεις ὅμοιος τοῖς κακοῖς πεφυκέναι.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

λέγεις μὲν εἰκότ'· ἀλλ' ὅμως σε βούλομαι
θεοῖς τε πιστεύσαντα τοῖς τ' ἐμοῖς λόγοις
φίλου μετ' ἀνδρὸς τοῦδε τῆςδ' ἐκπλεῖν χθονός. 1375

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ἦ πρὸς τὰ Τροίας πεδία καὶ τὸν Ἀτρέως
ἔχθιστον υἱὸν τῷδε δυστήνῳ ποδί;

V. 1337. Inter συλῶντες et εἶτα in codicibus omnibus hi versus additi reperiuntur: οἳ τὸν ἄθλιον Αἴαντ' ὅπλων σοῦ πατρὸς ὕστερον δίκῃ Ὀδυσσέως ἔκριναν. Vide notam exegeticam.

si non ante Achillem, certe una cum illo occidisse. Manifesto autem verbis istis ad litem illam respici nonnisi is negare poterit, qui ἄθλιον vocari Aiacem a Philocteta putet, quod mortuus sit, et δίκη eo sensu adiici existimet, quod, si Ulixi adiudicata sint arma, quaesitum fuisse necesse sit, cui darentur, iustumque visum dari Ulixi. Quorum prius eo mirabilius est, quo vehementius Philoctetam, ne cum Atridis conversaretur, mori cupivisse audivimus, ideoque mortem minime pro summo malo habuisse scimus. Immo si quicquam certum, hoc est, ἄθλιον dici Aiacem propter litem illam et calamitatem ex ea ortam. Deinde vero si ulla afferri causa idonea posset, ob quam Sophocles tam repugnantia loquentem Philoctetam introduxisset, illiusque rei mentio huic loco perquam accommodata esset, interpolationis suspicio aliquantum certe minueretur. Nunc vero, quum recte observante Iacobo Aiacis illa commemoratio etiam aliena ab hoc loco sit, quum Philoctetes ob eam potissimum causam ab Atridarum partibus Neoptolemum abstrahere studeat, quod ipse sit eorum iniuriam expertus, quumque postremo ne apte quidem verba ista antecedentibus annexa sint, quae non dubium est quin Sophocles particula copulativa usus additurus fuerit: in ea sum et ero sententia, ut ab interpolatore profecta credam.

V. 1341. De collocatione verborum κακῶς κακούς, vel

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

1350 πρὸς τοὺς μὲν οὖν σε τήνδε τ' ἔμπυον βάσιν
παύσοντας ἄλγους κἀποσώσοντας νόσου.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ὦ δεινὸν αἶνον αἰνέσας, τί φῄς ποτε; 1380

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἃ σοί τε κἀμοὶ κἀλ' ὁρῶ τελούμενα.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

καὶ ταῦτα λέξας οὐ καταισχύνει θεούς;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

1355 πῶς γάρ τις αἰσχύνοιτ' ἂν ὠφελούμενος;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

λέγεις τ' Ἀτρείδαις ὄφελος ἢ 'π' ἐμοὶ τόδε;

V. 1353. Versus corruptus est, quum καλός nunquam a tragicis producta prima syllaba usurpetur.

κακοὺς κακῶς vid. Elmsl. ad Eur. Med. 787. HERM.

V. 1342. Duplicem gratiam dicit, ob reductum Philoctetam et derelictos Atridas. BUTTM.

V. 1346. Schol.: θεοὶς τε πιστεύσαντα· διὰ τὴν Ἑλένου μαντείαν.

V. 1347. φίλου μετ' ἀνδρὸς τοῦδε | l. e. μετ' ἐμοῦ. Vide Matth. Gr. §. 470. 9.

V. 1348 sq. τὸν Ἀτρέως ἔχθιστον υἱόν] l. e. Ἀγαμέμνονα. Vide quae ad v. 369. monuimus.

V. 1354. Sensus est: Et haec dixisse non deorum te pudet? i. e. et haec mihi suadere, ut Troiam ad Atridas revertar, non deorum te pudet? Cfr Xen. Anab. II, 3, 22: ἐπεὶ μέντοι ἤδη ἑωρῶμεν αὐτὸν ἐν δεινῷ ὄντα, ἠσχύνθημεν καὶ θεοὺς καὶ ἀνθρώπους προδοῦναι αὐτόν, ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ παρέχοντες ἡμᾶς αὐτοὺς εὖ ποιεῖν. et VII, 7, 9: καὶ ταῦτα λέγων οὔτε θεοὺς αἰσχύνει οὔτε τόνδε τὸν ἄνδρα, ὃς νῦν etc. De participio vid. Matth. Gr. §. 555.

V. 1355. πῶς γάρ τις — ὠφελούμενος] Quonam enim modo quemquam pudeat lucrum facere? Sic v. 111: ὅταν τι δρᾷς ἐς κέρδος, οὐκ ὀκνεῖν πρέπει. et Electr. 61: δοκῶ μὲν οὐδὲν ῥῆμα σὺν κέρδει κακόν.

V. 1356. De praepositione ἐπὶ ad Ἀτρείδαις etiam referenda vide Matth. Gr. §. 595. 4.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

σοί που φίλος γ' ὤν, χὠ λόγος τοιόςδε μου. 1355

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

πῶς ὅς γε τοῖς ἐχθροῖσί μ' ἐκδοῦναι θέλεις;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ὦ 'τᾶν, διδάσκου μὴ θρασύνεσθαι κακοῖς.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

1360 ὀλεῖς με, γιγνώσκω σε, τοῖςδε τοῖς λόγοις.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

οὔκουν ἔγωγε· φημὶ δ' οὔ σε μανθάνειν.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ἐγὼ οὐκ Ἀτρείδας ἐκβαλόντας οἶδά με; 1390

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἀλλ' ἐκβαλόντες εἰ πάλιν σώσουσ', ὅρα.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

οὐδέποθ', ἑκόντα γ' ὥςτε τὴν Τροίαν ἰδεῖν.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

1365 τί δῆτ' ἂν ἡμεῖς δρῷμεν, εἰ σέ γ' ἐν λόγοις

V. 1373. τεθρήνηται γόοις veram scripturam esse pla-

V. 1357. Hoc dicit Neoptolemus: Quum tibi, de quo non dubitabis, amicus sim, amica etiam i. e. tibi salutaria loquor. Quo ostendit non suasurum se illa fuisse, si Atridis, et non Philoctetae salutaria essent. Ceterum de nominativo qui dicitur absolutó vide Matth. Gr. §. 562. I, et Buttm. §. 138. II, 5, qui apte in nota ad hunc locum confert Eur. Iph. T. 695: σωθεὶς δὲ παῖδας — κτησάμενος, ὄνομά τ' ἐμοῦ γένοιτ' ἂν etc.: Alii tamen participium ὤν aptum putant ex verbo λέγω, ex antecedentibus adsumendo.

V. 1359. Schol.: μάνθανε, φησί, μὴ ἐν τοῖς κακοῖς ἐπαίρεσθαι. Cfr. O. C. 592: ὦ μῶρε, θυμὸς δ' ἐν κακοῖς οὐ ξύμφορος.

V. 1364. Sensus est: nunquam ita me liberabunt morbo, ut sponte Troiam veniam; i. e. nunquam ego sponte Troiam ibo eo consilio, ut ab Atridis morbo liberer.

V. 1365. De τί ἂν δρῷμεν vide Herm. ad Vig. n. 108. p. 729. De ἐν praepositionis usu cfr. quae ad v. 60. monuimus.

V. 1366. δύναμαι] Recte infinitivo futuri iungi docuerunt

πείσειν δυνησόμεσθα μηδὲν ὧν λέγω;
ὡς ῥᾷστ' ἐμοὶ μὲν τῶν λόγων λῆξαι, σὲ δὲ 1395
ζῆν, ὥςπερ ἤδη ζῆς, ἄνευ σωτηρίας.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ἃ με πάσχειν ταῦθ', ἅπερ παθεῖν με δεῖ·
1370 ἃ δ' ἤνεσάς μοι δεξιᾶς ἐμῆς θιγών,
πέμπειν πρὸς οἴκους, ταῦτά μοι πρᾶξον, τέκνον,
καὶ μὴ βράδυνε, μηδ' ἐπιμνησθῇς ἔτι 1400
Τροίας· ἅλις γάρ μοι τεθρήνηται γόοις.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

εἰ δοκεῖ, στείχωμεν.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ὦ γενναῖον εἰρηκὼς ἔπος.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

1375 ἀντέρειδε νῦν βάσιν σήν.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

εἰς ὅσον γ' ἐγὼ σθένω.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

αἰτίαν δὲ πῶς Ἀχαιῶν φεύξομαι;

num feci in Comment. de Schol. in Soph. Tragg. auctoritate. Part. I. p. 33.

Schaefer. ad poesin gnom. p. 16., Lobeck. ad Phryn. p. 747. et Matth. Gr. §. 506.

V. 1370. Verba dicendi saepe a Graecis pollicendi sensu usurpari monuit Seidl. ad Eur. El. 33.

V. 1371. De verbi πέμπειν notione deducendi vide ad v. 496.

V. 1374. Schol.: στείχωμεν· ἐπὶ τὴν πατρίδα· ἀπατᾷ δέ, καὶ θέλει ἄξαι εἰς τὴν Τροίαν. Minime. Egregie Neoptolemus, ut iniuriam, qua Ulixis suasu Philoctetam affecerat, omni ex parte expiet, adeo domum eum, quum nullis precibus commoveri potuisset, ut Troiam secum proficisceretur, deducere paratus est, nihil metuens odium et periculum, quod ab Atridis sibi ex ea re imminere videbat, omnemque abiiciens cupiditatem gloriae, quam sibi ex Troiae expugnatione parare se posse certo sciebat. — In neglecta caesura non debebat offendi; vide Herm. Elem. doctr. metr. p. 37. et 82.

V. 1375. ἀντέρειδε τὴν βάσιν σήν] Hoc dicere videtur: ita progredere, ut in me innitare.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

μὴ φροντίσῃς.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

τί γάρ, ἐὰν πορθῶσι χώραν τὴν ἐμήν; 1405

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ἐγὼ παρὼν

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

τίνα προςωφέλησιν ἕρξεις;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

βέλεσι τοῖς Ἡρακλέους

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

πῶς λέγεις;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

εἵρξω πελάζειν.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

στεῖχε προςκύσας χθόνα.

V. 1379. Inter πελάζειν et στεῖχε haec addita verba in codicibus reperiuntur, σῆς πάτρας. ΝΕ. ἀλλ' εἰ δρᾶς ταῦθ', ὥςπερ αὐδᾶς. Quae spuria esse Dindorfius vidit.

V. 1380. Quamvis omnes libri μήπω γε habeant excepto Γ, in quo μήποτε est, tamen a Sophocle id scriptum esse vix credo, quem persuasum habeo scripsisse μήπω τι. Nunquam enim ille γὲ particulam aut cum μή aut cum particulis compositis μήπω vel

V. 1383. φάσκειν] Dic; vid. ad v. 57. adnotata.

V. 1385. De locutione τὴν σὴν χάριν vide Herm. ad Vig. p. 701.; de usu verbi προλιπεῖν Blomf. ad Aesch. Pers. 953.

V. 1390. Ut hic Hercules ab anapaestis transit ad trimetros iambicos, ita Diana ab Euripide in Hippolyto in scenam producitur primum anapaestos (1283—1295.), deinde trimetros iambicos recitans Ceterum λέξω τύχας est: meae fortunae te admonebo.

V. 1392. ἀρετὴν gloriam significare aiunt Suidas et grammaticus in Bekkeri Anecd. p.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

1380 Μήπω γε, πρὶν ἂν τῶν ἡμετέρων
ἀΐῃς μύθων, παῖ Ποίαντος· 1410
φάσκειν δ' αὐδὴν τὴν Ἡρακλέους
ἀκοῇ τε κλύειν, λεύσσειν τ' ὄψιν.
1385 τὴν σὴν δ' ἥκω χάριν, οὐρανίας
ἕδρας προλιπών,
τὰ Διός τε φράσων βουλεύματά σοι, 1415
κατερητύσων θ' ὁδόν, ἣν στέλλει·
σὺ δ' ἐμῶν μύθων ἐπάκουσον.
1390 καὶ πρῶτα μέν σοι τάς ἐμὰς λέξω τύχας,
ὅσους πονήσας καὶ διεξελθὼν πόνους
ἀθάνατον ἀρετὴν ἔσχον, ὡς πάρεσθ' ὁρᾶν. 1420
καὶ σοί, σάφ' ἴσθι, τοῦτ' ὀφείλεται παθεῖν,
ἐκ τῶν πόνων τῶνδ' εὐκλεᾶ θέσθαι βίον.
1395 ἐλθὼν δὲ σὺν τῷδ' ἀνδρὶ πρὸς τὸ Τρωϊκὸν
πόλισμα, πρῶτον μὲν νόσου παύσει λυγρᾶς,
ἀρετῇ τε πρῶτος ἐκκριθεὶς στρατεύματος, 1425
Πάριν μέν, ὃς τῶνδ' αἴτιος κακῶν ἔφυ,
τόξοισι τοῖς ἐμοῖσι νοσφιεῖς βίου,
1400 πέρσεις τε Τροίαν, σκῦλα τ' εἰς μέλαθρα σὰ
πέμψεις, ἀριστεῖ' ἐκλαβὼν στρατεύματος,
Ποίαντι πατρὶ πρὸς πάτρας Οἴτης πλάκα. 1430

μήποτε similibusve coniunxit. Neque dubium est, quin in fragm. Hel. VI. (185. ed. Dind.) sic scribendum sit: ἐμοὶ δὲ λῷστον αἷμα ταύρειον πιεῖν καὶ μή τι πλείω τῶνδ' ἔχειν δυςφημίας. Cfr. El. 1275: μή τί με — μή μ' ἀποστερήσῃς. Trach. 383: ὄλοιντο μή τι πάντες. Ant. 278: ἄναξ, ἐμοί τοι, μή τι καὶ θεήλατον τοὔργον τόδ', ἡ ξύννοια βουλεύει πάλαι. Ipsum autem pronomen τὶ librariorum errore in γὲ mutatum etiam est El. 1481. ed. meae.

443, 33. appositeque Musgr. affert Plat. Symp. p. 108. D: ἀλλ' οἶμαι ὑπὲρ ἀρετῆς ἀθανάτου καὶ τοσαύτης δόξης εὐκλεοῦς πάντες πάντα ποιοῦσιν. Cui Martinus addit Pindari verba Ol. VII, 163: ἄνδρα τε πὺξ ἀρετὰν εὑρόντα. Scilicet ἀρετὴ est excellentia. HERM. Rectius puto Matthiaeus explicat praemium virtutis.

Ibid. ὡς πάρεσθ' ὁρᾶν] Ex vultus utique splendore totiusque speciei. Virg. Aen. II, 589. et Eurip. Ion. 1572. WAKEF.

V. 1402. πάτρας Οἴτης πλάκα] Vide ad v. 486.

ἃ δ' ἂν λάβῃς σὺ σκῦλα τοῦδε τοῦ στρατοῦ,
τόξων ἐμῶν μνημεῖα, πρὸς πυρὰν ἐμὴν
1405 κόμιζε. καὶ σοὶ ταῦτ', Ἀχιλλέως τέκνον,
παρῄνεσ' · οὔτε γὰρ σὺ τοῦδ' ἄτερ σθένεις
ἑλεῖν τὸ Τροίας πεδίον οὔθ' οὗτος σέθεν · 1435
ἀλλ' ὡς λέοντε συννόμω φυλάσσετον,
οὗτος σέ, καὶ σὺ τόνδ'. ἐγὼ δ' Ἀσκληπιὸν
1410 παυστῆρα πέμψω σῆς νόσου πρὸς Ἴλιον.
τὸ δεύτερον γὰρ τοῖς ἐμοῖς αὐτὴν χρεὼν
τόξοις ἁλῶναι. τοῦτο δ' ἐννοεῖσθ', ὅταν 1440
πορθῆτε γαῖαν, εὐσεβεῖν τὰ πρὸς θεούς.

V. 1415. Cum Brunckio οὐ γὰρ ἡ εὐσέβεια scripsi. Libri ἡ γὰρ εὐσέβεια. Additur in codicibus omnibus post hunc versum hic:

V. 1403. Duo sunt, quae dicit, eaque haec: quae tu spolia virtutis tuae praemia acceperis, ad Poeantem mittes; quae vero spolia ab exercitu acceperis, ut sint telorum meorum monumenta, ea ad rogum meum abduc.

V. 1405. Negat Buttmannus ταῦτα ad sequentia posse referri, quia sic σοὶ δὲ ταῦτα dici debuisset. Verum hoc esset, si sequentia, ad quae negant ταῦτα referendum esse, opposita iis essent, quae antecedunt. At pergit Hercules narrare, quae Philoctetae ad Troiam faciunda sint, appellato nunc nomine Neoptolemi, quia ad eum quoque quae addit spectant. Neque enim ad solum Neoptolemum, sed simul ad Philoctetam pertinent, ita ut ne potuerit quidem apte σοὶ δὲ dici. Sensus enim hic est et esse debet: καὶ ἐπεὶ οὔτε σύ, Ἀχιλλέως τέκνον, ἄτερ τοῦδε σθένεις ἑλεῖν τὸ Τροίας πεδίον, οὔθ' οὗτος σέθεν, σοὶ ταῦτα παρῄνεσα (i. e. tibi simul suadeo), ὡς λέοντε συννόμω φυλάσσετον οὗτος σὲ καὶ σὺ τόνδε. Vide autem de hac Graecorum consuetudine, qua γὰρ particula usi membrum, quod causam continet praeponere solent, Matth. Gr. §. 615. Ceterum non opus est, ut doceatur ταῦτα non recte ad antecedentia referri; in quibus quae dicta sunt uni tantummodo Philoctetae praecepta esse statui possint.

V. 1407. τὸ Τροίας πεδίον] Sollemnis Graecorum dictio, significans civitatem Troianam, i. e. et urbem et agros intra territorium sitos, nobis: das Gebiet Troia's. Cfr. Soph. O. C. 1312: ξὺν ἑπτὰ λόγχαις τὸ Θήβης πεδίον ἀμφεστᾶσι πᾶν. et Xen. Anab. 1, 2, 11: ἐντεῦθεν ἐξελαύνει — εἰς Καΰστρου πεδίον, πόλιν οἰκουμένην. et VII, 8, 7: εἶτα παρὰ θάλατταν πορευόμενοι τῆς Λυδίας εἰς Θήβης πεδίον.

V. 1409. Iacobus in Quaest. Soph. p. 313. hunc locum in-

ὡς τἆλλα πάντα δεύτερ' ἡγεῖται πατὴρ
1415 Ζεύς· ἡ γὰρ εὐσέβεια συνθνήσκει βροτοῖς.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ὦ φθέγμα ποθεινὸν ἐμοὶ πέμψας, 1445
χρόνιός τε φανείς,
οὐκ ἀπιθήσω τοῖς σοῖς μύθοις.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

1420 κἀγὼ γνώμῃ ταύτῃ τίθεμαι.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

μή νυν χρόνιοι μέλλετε πράσσειν·

κἂν ζῶσι, κἂν θάνωσιν, οὐκ ἀπόλλυται, quem spurium esse iam alii ante me suspicati sunt.

terpolatum putat, quia mendacii arguatur Helenus, quo auctore supra 1333. ab Aesculapii filiis sanatum iri Philoctetam retulerit Neoptolemus. Recte ad haec respondet Buttmannus, illa non sic relata a Neoptolemo esse, ut si Helenus diserte Aesculapii filios nominasset; sed quum ille sanatum iri a medico Philoctetam dixisset, Neoptolemum id de claris illis, qui in exercitu essent, medicis esse interpretatum; Herculem autem nunc, quo certius illi de restituenda valetudine persuadeat, ipsum ab se Aesculapium missum iri significare; divina enim arte opus esse ad expugnandum virus hydrae Lernaeae. Machaonis cura restitutum esse Philoctetam Lesches in Iliade parva narraverat. HERM.

V. 1413. Schol.: εὐσεβεῖν τὰ πρὸς θεούς· αἰνίττεται τοῦτο εἰς Νεοπτόλεμον· ἐν γὰρ τῇ Ἰλίου ἁλώσει ἀπέκτεινε τὸν Πρίαμον, προσφυγόντα τῷ βωμῷ τοῦ ἑρκείου Διός. Eius autem sceleris poenaeque insecutae, Neoptolemo quoque postea ad aram Apollinis obtruncato, magna fama inter Graecos erat, et proverbium inde ductum Νεοπτολέμειος τίσις. Vide Pausan. IV, 17. BUTTM. Saepe Sophocles pietatem adversus deos commendare solet. Cfr. O. R. 863 sqq. O. C. 278 sqq. et Ant. 1349: χρὴ δὲ τά γ' εἰς θεοὺς μηδὲν ἀσεπτεῖν.

V. 1415 sqq. εὐσέβεια] Hic laus pietatis est, ut Soph. El. 968: πρῶτον μὲν εὐσέβειαν ἐκ πατρὸς κάτω θανόντος οἴσει. E contrario δυςσέβεια crimen impietatis est, Ant. 924: τὴν δυςσέβειαν εὐσεβοῦσ' ἐκτησάμην.

V. 1417. φθέγμα] Sollemne videtur vocabulum de voce, quam dii in scenam producti mittebant. Sic Ai. 14. coll. 17.

V. 1420. Schol.: τίθεμαι· συγκατατίθεμαι. Quae vulgaris locutio est. Sed recte etiam τίθεμαι dictum, supplendumque ψῆφον. Cfr. Hemsterh. ad Thom. M. v. θέσθαι p. 443 sq.

καιρὸς καὶ πλοῦς 1450
ὅδ' ἐπείγει γὰρ κατὰ πρύμνην.
ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.
φέρε νυν στείχων χῶραν καλέσω.
1425 χαῖρ', ὦ μέλαθρον ξύμφρουρον ἐμοί,
Νύμφαι τ' ἔνυδροι λειμωνιάδες,
καὶ κτύπος ἄρσην πόντου προβολῆς· 1455
οὗ πολλάκι δὴ τοὐμὸν ἐτέγχθη
κρᾶτ' ἐνδόμυχον πληγῇσι νότου,

V. 1427. Libri προβλής, Musgravius aliique προβλής θ'

V. 1424 sq. Etsi πλοῦς proprie opportunitatem navigandi tantum significat, tamen, quum ea in vento potissimum secundo posita sit, non est mirum saepe ita usurpari, ut venti notio aut praecipue aut sola respicienda sit. Cfr. 465: ὡς, ὁπηνίκ' ἂν θεὸς πλοῦν ἡμὶν εἴκῃ, τηνικαῦθ' ὁρμώμεθα. et 466: καιρὸς γὰρ καλεῖ πλοῦν μὴ 'ξ ἀπόπτου μᾶλλον ἢ 'γγύθεν σκοπεῖν. Eodemque modo hic πλοῦν de vento secundo accipiendum esse apparet ex verbis ἐπείγει κατὰ πρύμνην. Cfr. Thucyd. II, 97: αὕτη περίπλους ἐστὶν ἡ γῆ τὰ ξυντομώτατα, ἢν ἀεὶ κατὰ πρύμναν ἵστ ῆται τὸ πνεῦμα, νηὶ στρογγύλῃ τεσσάρων ἡμερῶν καὶ ἴσων νυκτῶν. Itaque sensus hic est: Urget enim iam tempus opportunum et ventus secundum puppim spirans. De ὅδε iam significante vide ad v. 774. De positu γάρ particulae cfr. Schaefer. Melett. critt. p. 76. et Meineke ad Men. p. 7.

V. 1424. De coniunctivo καλέσω vide Matth. Gr. §. 516.

V. 1425. Schol.: ξύμφρουρον ἐμοί· τὸ φρουρῆσάν με καὶ φυλάξαν. Proprie, ut recte monet Matthaei, φρουρὸν συνὸν ἐμοί.

V. 1426. Similiter ut supra v. 1198. πυρφόρος ἀστεροπητὴς Iupiter dictus est, ignifera fulmina mittens, Nymphae hic ἔνυδροι λειμωνιάδες dicuntur, i. e. irrigua prata tenentes. Similia haec sunt O. C. ed. meae v. 150: δυςαίων μακραίων. v. 1009: ἀρωγοὺς ξυμμάχους. Trach. 1182: ἀρεῖος βαρύς. Cfr. Horat. Od. IV, 6, 25: doctor — fidicen.

V. 1427. Scripsi cum Hermanno προβολῆς, quanquam veram hanc scripturam esse non contenderim. Maris enim potius fragorem, quam montis in mare prominentis, quo sensu πόντου προβολῆς accipiendum (vide Quint. Smyrn. IX, 377. et Iacobs. ad Anthol. tom. VIII. p. 98.) est, commemorare Philoctetes videtur debuisse, ut supra 689: ἀμφιπλήκτων ῥοθίων μόνος κλύων. Placeret mihi omnino illa coniectura, si ea recepta hic esse loci sensus posset: et fragor vehemens fluctuum promontorio illisorum.

V. 1428 sq. Οὗ necessario ad regionem, cui valedicit Phi-

1430 πολλὰ δὲ φωνῆς τῆς ἡμετέρας
Ἑρμαιον ὄρος παρέπεμψεν ἐμοὶ
στόνον ἀντίτυπον χειμαζομένῳ. 1460
νῦν δ', ᾧ κρῆναι, Λύκιόν τε ποτόν,
λείπομεν ὑμᾶς, λείπομεν ἤδη,
1435 δόξης οὔ ποτε τῆσδ' ἐπιβάντες.
χαῖρ', ὦ Λήμνου πέδον ἀμφίαλον,
καί μ' εὐπλοίᾳ πέμψον ἀμέμπτως 1465
ἔνθ' ἡ μεγάλη Μοῖρα κομίζει,

ϑ scripserunt.

loctetes, referendum est, non ad μέλαθρον, quod interiectis verbis Νύμφαι — προβολῆς per linguae leges fieri nequit. Neque refragatur explicationi meae verbum ἐνδόμυχον. Hoc enim dicit Philoctetes: ubi saepe caput meum quum tectum esset antro, i. e. quum in antro essem, verberibus noti, i. e. imbribus noti flatu in antrum iniectis, madefactum est.

V. 1430. πολλὰ δέ] Vel ex praecedente πολλάκι satis apparet πολλά hoc loco crebro sive saepe significare. Sic Hom. II. β, 798: ἦ μὲν δὴ μάλα πολλὰ μάχας εἰςήλυθον ἀνδρῶν. Adde huius fab. 494. Electr. 415. 520. 1377. Trach. 1192.

V. 1431. Schol.: δύναται πάντα τὰ ὄρη Ἕρμαια καλεῖσθαι, ὅτι νόμιος ὁ θεὸς καὶ ὄρειος ὁ Ἑρμῆς· ἔστι δὲ καὶ Ἕρμαιον οὕτως ἐν Λήμνῳ καλούμενον· ἐμοὶ δέ, φησί, πολλὰ βοῶντι καὶ τὸ Ἕρμαιον ὄρος ἀντεφθέγξατο.

V. 1432. De verbo χειμαζομένῳ, quo morbi impetu afflictus Philoctetes significatur, vid. ad v. 1167.

V. 1433. Schol.: Λύκιόν τε ποτόν· ἢ οὕτω καλουμένη κρήνη ἐν Λήμνῳ Λυκίου Ἀπόλλωνος, ἢ οἷον ἐν ἐρημίᾳ ὑπὸ λύκων πινόμενον. Suidas: Λυκεῖον ποτόν· ἤτοι ἀπὸ κρήνης τῆς ὑπὸ Ἀπόλλωνος εὑρεθείσης ὑπὸ λύκων πινομένης. ἀπὸ οἴνου καὶ μέλιτος προπεριςπωμένως. Eadem, sed omissa ultima voce, Hesychius. Similiter Zenobius IV, 99. et appendix Vat. II, 59. Scholiastae si quis credere nolit, ei γλυκόεν τε ποτόν plene satisfacturum ait Lobeck. ad Phryn. p. 541. Recte Buttmannum iudicare puto, fontem Lemni Λύκιον ab antiquis scriptoribus commemoratum esse. Nec falsa esse puto quae de vino et melle isti grammatici referunt. Credibile est enim ab aliquo poetarum cycliorum ac fortasse ab Lesche in Iliade parva proditum esse, tolerabiliore usum esse Philoctetam conditione vitae, vinum ei et mel suggerente Apolline. HERM.

V. 1435. Eustathius II. ι. p. 774, 3: δόξης δ' οὔ ποτε τῆσδ' ἐπιβάντες, ἀντὶ τοῦ οὔποτε τοῦτο δοξάσαντες. Cfr. Hom. Il. ϑ, 285: τὸν καὶ τηλόϑ' ἐόντα ἐϋκλείης ἐπέβησαν. et Od. χ, 423: τάων δώδεκα πᾶσαι ἀναιδείης ἐπέβησαν. Herodot. I, 46: ἐνέβησε δὲ ἐς φρονήιδα.

γνώμη τε φίλων, χὠ πανδαμάτωρ
1440 δαίμων, ὃς ταῦτ' ἐπέκρανεν.

ΧΟΡΟΣ.

χωρῶμεν δὴ πάντες ἀολλεῖς,
Νύμφαις ἁλίαισιν ἐπευξάμενοι 1470
νόστου σωτῆρας ἱκέσθαι.

V. 1439. Schol.: γνώμη τε φίλων· ἢ τοῦ Ἡρακλέους, ἢ τοῦ Νεοπτολέμου. Neoptolemum eiusque socios (cfr. 1070 — 1217.) intelligendos puto.

V. 1440. Schol.: δαίμων· τινὲς τὸν Ἡρακλέα, ἔνιοι τὴν τύχην. Neque τύχην, quod post mentionem τῆς μοίρας non placet, neque Herculem, cui inter deos vix puto tribui potuisse epitheton πανδαμάτωρ, sed Iovem cum Gedikio intelligendum puto; cfr. Eur. Troad. 49., ubi Minerva Neptunum μέγαν δαίμονα vocat, et Rhes. 241., ubi πάντιος δαίμων est idem. Itaque is δαίμων, cui omnia parent, est ὁ πανδαμάτωρ δαίμων, isque recte dicitur πάντα ταῦτα ἐπικρᾶναι. BUTTM. Cfr. Eur. El. 1247: τἀντεῦθεν δὲ χρὴ πράσσειν, ἃ μοῖρα Ζεύς τ' ἔκρανε σοῦ πέρι. et Polluc. Onom. I, 5. p. 4. ed. Dind. Θεὸς καὶ θεοὶ καὶ δαίμονες. οὕτω γὰρ Ὁμήρῳ δοκεῖ δαίμονας καλεῖν τοὺς θεούς. καὶ Πλάτων δὲ τὸν τοῦ παντὸς κυβερνήτην μέγιστον δαίμονα ὠνόμασεν, ἐπειδὴ τῆς αὐτῆς χρείας τὸ θεῖον καὶ τὸ δαιμόνιον. Apte autem Philoctetes Iovem πανδαμάτορα appellat, ut a quo sua etiam pertinacia domita esset. Cfr. 1387.

V. 1443. σωτῆρας] Referendum hoc ad nymphas esse apparet. Cfr. O. R. 81: τύχῃ σωτῆρι ibique notam.

BODLEIAN LIBRARY OXFORD

METRA

QUIBUS SOPHOCLES IN HAC FABULA USUS VIDETUR.

METRA

QUIBUS SOPHOCLES IN HAC FABULA USUS VIDETUR.

Vss. 1—134. trimetri iambici.

V. 135 — 143.

135 ⏑ ⏓ ⏑ –, ⏑ ⏓ ⏑ –, ⏑ ⏓ ⏑ – trim. iam.

⏑̄ ⏓, ⏓ ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – – phalaec. hendecas. (Herm. El. p. 562. Ep. p. 138. 200.)

⏓ ⏑ – ⏑ –, ⏓ ⏓, ⏓ ⏑ ⏑ –, – ⏓ monom. troch. hyperc. et glyconicus.

⏓ – ⏓ ⏑ ⏑ – spond. et chori.

140 ⏑ ⏓ ⏓ ⏑ ⏓, – ⏓ ⏑ ⏓ ⏑ ⏓ dim. dochm.

⏑̄ ⏓ ⏑, ⏓ ⏑ ⏑ –, ⏑ ⏓ glyconicus (Herm. El. p. 564.)

⏓ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ tetram. dact.

⏑ ⏓ ⏑ –, ⏑ ⏓ ⏑̄ dim. iamb. cat.

Vss 144—149., vss. 159—168. et vss. 189—198. tria efficiunt systemata anapaestica, quae constant dimetris, tribus interpositis monometris.

Vss. 169 — 178.

170 ⏓ ⏓, ⏓ ⏑ ⏑ –, ⏑ ⏓
⏓ ⏓, ⏓ ⏑ ⏑ –, ⏑ ⏓
⏓ ⏓, ⏓ ⏑ ⏑ –, ⏑ ⏓
⏑̄ } glyconei.

⏑⏑, ⏑⏑⏑– glyc. cat. (pherecrateus).

⏑⏑, ⏑⏑⏑–, ⏑⏑ glyconeus.

⏑⏑, ⏑⏑⏑–, ⏑⏑ glyconeus.

175 ⏑⏑, ⏑⏑⏑–⏑⏑⏑–⏑⏑⏑–, ⏑⏑ trim. chor. cum basi et iamb.

⏑⏑⏑⏑⏑⏑ dochmius.

⏑⏑, ⏑⏑⏑–, ⏑⏑ glyconeus.

⏑⏑, ⏑⏑⏑–– pherecrateus.

Vss. 199 — 207.

199. 200 ⏑⏑⏑⏑–, ⏑⏑⏑–⏑, ⏑⏑– trim. troch. cat.

⏑⏑, ⏑⏑⏑–⏑⏑⏑–– dim. chori. hyp. cum basi.

⏑⏑, ⏑–, ⏑⏑⏑– glyconeus.

–⏑–, ⏑⏑⏑– moloss. et choriambus.

⏑⏑, ⏑⏑, ⏑⏑⏑–
205 ⏑⏑, ⏑⏑, ⏑⏑⏑–
⏑⏑, ⏑⏑, ⏑⏑⏑–
} glyconei, de quibus cfr. Herm. El. p. 548. cl. p. 525. Ep. p. 189. 194.

–⏑–, ⏑⏑⏑–, ⏑⏑⏑⏑ moloss., chori., antispast.

Vss. 217 — 388. trimetri iambici, excepto vs. 217., qui est monometer iambicus.

Vss. 389 — 397.

⏑⏑⏑–, –⏑⏑–, ⏑⏑–, ⏑⏑– dim. iamb. et dim. cret.

390 trimeter iambicus.

⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑ dimeter dochmiac.

⏑⏑–, ⏑⏑–, ⏑⏑–, ⏑⏑– tetram. bacch.

⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑, ⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑ dim. dochm.

395 ⏑⏑⏑–, ⏑⏑⏑⏑ dip. iamb. et dochmius.

⏑ ⏓ ⏓ ⏑ ⏓, ⏑ ⏓ ⏓ ⏑ ⏓ dim. dochm.

⏑ ⏓ ⏑ ⏓ ⏑ ⏓ ⏑ dochmius.

Vss. 398—501. et 511—667. trimetri iambici.

Vss. 668—681.

⏑ ⏓ ⏑ –, ⏒ ⏓ ⏑ –, ⏑ ⏓ ⏑ ⏒ trim. iamb.

⏓ ⏑ ⏑ – – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ tetram. dact.

670 corruptus est.

⏓ ⏑ – ⏑ – ⏒ ithyphallicus.

⏓ ⏓, ⏓ ⏑ ⏑ – ⏓ ⏑ ⏑ – ⏓ ⏑ ⏑ –, ⏓ – tetram. chor. brachyc. cum basi.

⏓ ⏓, ⏓ ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏒ qualis vs. 136.

⏑ ⏓ ⏓ –, ⏑ ⏓ ⏑ – ⏑ – antisp. et iambb.

675 ⏓ ⏑ ⏑ –, ⏑ ⏓ ⏑ – chori. et diiambus.

⏓ ⏑ ⏑ – ⏑ – – logaoed.

⏑ ⏑ ⏓, ⏓ ⏑ ⏑ – anapaest. et chori.

⏓ ⏑ ⏑ –, ⏑ ⏓ ⏑ –, ⏓ ⏑ ⏑ –, ⏑ ⏓ ⏑ –
⏓ ⏑ ⏑ –, ⏑ ⏓ ⏑ –, ⏓ ⏑ ⏑ –, ⏑ ⏓ ⏒ } una periodus choriambis et diiambis constans, in diiamb. cat. desinens.

Vss. 696—704.

⏓ ⏓, ⏓ ⏑ ⏑ – ⏓ ⏑ ⏑ –, ⏓ – trim. chori. brachyc. cum basi.

idem.

⏓ ⏓, ⏓ ⏑ ⏑ – ⏓ ⏑ ⏑ – ⏓ – idem.

700 ⏓ ⏓, ⏓ ⏑ ⏑ –, ⏑ ⏓ ⏑ – – chori. cum basi et penthem. iamb.

⏓ ⏑ ⏑ –, ⏓ – chori. et spondeus.

⏓ ⏓, ⏓ ⏑ ⏑ – ⏓ ⏑ ⏑ – ⏓ ⏑ ⏑ –, ⏑ ⏓ qualis 175.

– ⏓ –, ⏓ ⏓, ⏓ ⏑ ⏑ –, ⏑ ⏓ moloss. et glycon.

– ⏓ ⏑ ⏑ – – adonius cum anacrusi.

Vss. 714—809. trimetri iambici, exceptis vss. 716. 720. 723. 734. 768. 770. 773. 779. 787. Ex his aperte respondet versui

716. versus 723., versui 720. versus 734., qui bacchius est, versui 768. versus 770., qui iidem bacchii sunt, et versui 773. versus 779., quem Hermannus ex arsi nuda et iambo constare putat. Soli versui 787. nihil est quod respondeat.

Vss. 810 – 821.

810 ⏑̄ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑̄ tetram. dactyl.

– ⏑́ ⏑, – ⏑̄ ⏑́ – iamb. et antispast.

– ⏑̄ – –, – ⏑̄ – – dim. anapaest.

– ⏑́ ⏑ ⏑̄ – – ⏑̄ dochmius.

– ⏑́ –, ⏑̄ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑́ qualis 141.

815 ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑ ⏑̄ ⏑́ – iamb. et antisp.

– ⏑́ ⏑ ⏑ – –, ⏑̄ – dipod. iamb. hyperc. et troch.

⏑̄ ⏑ ⏑̄ –, ⏑̄ ⏑ ⏑̄ –, ⏑̄ – dim. epitr. et troch.

– ⏑́ ⏑, ⏑ ⏑̄ ⏑́ – iamb. et antisp.

– ⏑́ ⏑, ⏑ ⏑̄ ⏑̄ – dem.

820 – ⏑̄ –, – ⏑́ –, – – – tres molossi.

⏑́ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑, ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑̄ ⏑ – creticus et dochm.

Vss. 822 – 825. hexametri dactylici.

Vss. 838 – 846.

⏑̄ ⏑́, ⏑̄ ⏑ ⏑ – ⏑ pherecrateus.

– ⏑̄ ⏑, ⏑̄ ⏑ ⏑ –, ⏑ ⏑̄ qualis 141.

⏑ ⏑̄ –, ⏑̄ ⏑ ⏑̄ –, ⏑ ⏑́ ⏑ idem.

⏑̄ ⏑́, ⏑̄ ⏑ ⏑ – ⏑ pherecrateus.

⏑̄ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – tetram. dact.

⏑̄ – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ idem.

⏑ ⏑̄ ⏑ –, ⏑̄ ⏑ – – – metrum dubium.

⏑ ⏑ ⏑̄, ⏑ ⏑ ⏑ ⏑̄, ⏑̄ ⏑ ⏑ – anap., paeon qu., chori.

⏑́ ⏑ ⏑ – ⏑, ⏑̄ ⏑ – ⏑ dim. troch.

Vss. 847 – 1062. trimetri iambici.

Vss. 1063 – 1076.

⏑̄ ⏑́, ⏑̄ –, ⏑̄ ⏑ ⏑ – glyconeus, qualis 204 sqq.

1065 ⏑ ⏓, ⏓ ⏑ ⏑ –, ⏑ ⏓, ⏓ ⏑, ⏓ ⏑ ⏑ –, ⏑ ⏓ diglyconeus.

⏓ ⏓, ⏓ ⏑ ⏑ –, ⏑ ⏓ glyconeus.

⏓ –, ⏓ ⏑ ⏑ – ⏑ pherecrateus.

– ⏓ ⏓ – antispastus.

⏓ ⏓, ⏓ ⏑ ⏑ –, ⏑ ⏓ } glyconei.

1070 ⏓ ⏓, ⏓ ⏑ ⏑ –, ⏑ ⏓ }

⏓ –, ⏓ ⏑ ⏑ – ⏑ pherecrateus.

⏓ ⏓, ⏓ ⏑ ⏑ –, ⏑ ⏓ glyconeus.

⏓ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ tetram. dact.

⏑ ⏓ ⏑ ⏑ ⏑ ⏓ dochmius.

1075 ⏓ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ tetram. dact.

⏑ ⏓ ⏑ –, ⏑ ⏓ – dim. iamb. cat.

Vss. 1077—1081.

⏑ ⏓ ⏑ –, ⏑ ⏓ ⏑ –, ⏑ ⏓ ⏑ ⏑ ⏑ – dim. iamb. et dochm.

⏓ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ tetram. dactyl.

– ⏓ ⏑ ⏑ –, ⏑ ⏓ – – dim. iamb. cat.

⏓ ⏑ ⏑ –, ⏓ ⏑ ⏑ –, ⏓ ⏑ ⏑ –, ⏑ ⏓ – – tetram. chori. cat.

Vss. 1101—1116.

⏓ ⏓, ⏓ –, ⏓ ⏑ ⏑ – } glyconei.

⏓ ⏓, ⏓ ⏑ ⏑ –, ⏑ ⏓ }

⏓ ⏓ / ⏑ ⏑, ⏓ ⏑ ⏑ – – pherecrateus.

⏓ ⏓ / ⏑ ⏑, ⏓ ⏑ ⏑ –, ⏑ ⏓ }

1105 ⏓ ⏓ / ⏑, ⏓ ⏑ ⏑ –, ⏑ ⏓ } glyconei.

⏓ ⏓, ⏓ ⏑ ⏑ –, ⏑ ⏓ }

⏓ ⏓, ⏓ ⏑ ⏑ –, ⏑ ⏓ / ⏑ }

⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑ tetram. dact.

⏑⏑–, ⏑⏑⏒ dim. iamb. cat.

1110 ⏑⏑–⏑⏑ dim. dact.

⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑ tetram. dact. corruptus.

⏑⏑⏑⏑–, ⏑⏑⏑– dim. anap. cat.

⏑⏑–, ⏑⏑– diiamb. et chori.

1115 ⏑⏑–, ⏑⏑– idem.

⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑⏒ pentam. chori. cat., nisi quod in antistr. pro secundo chori. positus est diiambus.

Vss. 1117—1122.

⏑⏑, ⏑⏑–⏑–⏑–⏒ qualis 136.

⏑–, ⏑⏒, ⏑⏑– } quales 204 sqq.
⏑–, ⏑–, ⏑⏑–

1120 ⏑⏑, ⏑⏑–– pherecrateus.

⏑⏑, ⏑⏒, ⏑⏑– qualis 204 sqq.

⏑⏑, ⏑⏑–⏑–⏑–– qualis 136.

V. 1145—1189.

1145 ⏑⏑–, ⏑⏑–, ⏑–, ⏑– qualis 389.

⏑–⏑, ⏑– dim. troch. cat.

⏑⏑–, ⏑⏑– dim. iamb.

⏑⏑–⏑ monom. iamb. hyperc.

⏑⏑, ⏑⏑, ⏑⏑⏑– qualis 204 sqq.

1150 ⏑⏑–, ⏑⏑–– chori. et adon.

⏑⏑⏑⏑⏑⏑ anacreonteus.

idem.

⏑⏑ ⏓ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏓, ⏓ ⏑⏑ ⏓ ⏑⏑ – ⏑ tres anap. duo dact. et troch.

⏑ ⏓ ⏑⏑ – ⏑ adonius cum anacrusi.

1155 ⏓ ⏑⏑ –, ⏓ ⏑ – – chori. et ditrochaeus.

⏓ ⏑⏑ – ⏓ ⏑⏑ – ⏓ ⏑⏑ – ⏓ ⏑⏑ – ⏑ tetram. chori. hyperc.

⏓ ⏑ – creticus.

⏓ ⏑⏑ – ⏓ ⏑⏑ – dim. chori.

– ⏓ – –, – ⏓ – – dim. anap.

1160 ⏑⏑ ⏓ ⏑⏑ – monom. anap.

⏓ ⏓, ⏓ ⏑⏑ –, ⏑ ⏓ glyconeus.

idem.

⏓ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – – tetram. dact. cat.

⏓ ⏓, ⏓ ⏑, ⏓ ⏑⏑ – qualis 204 sqq.

1165 ⏓ ⏓ ⏓ ⏑⏑ –, – ⏓ ⏑ glyconicus.

– ⏓ ⏑⏑ – ⏑ adonius cum anacrusi.

⏓ ⏓, ⏓ ⏑, ⏓ ⏑⏑ – qualis 204 sqq.

⏓ ⏓, ⏓ ⏑⏑ –, ⏑ ⏓ glyconeus.

⏓ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ tetram. dact.

1170—80 iidem.

1181 ⏑ ⏓ ⏑, ⏓ ⏑⏑ – – amphibr. et adonius.

⏑⏑ ⏓ ⏑⏑ ⏑⏑, ⏑ ⏓ – dim. iamb. cat.

– ⏓ ⏑ – ⏑̄ monom. iamb. hyp.

⏓ ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑̄ dim. troch. hyperc.

1185 ⏓ ⏑⏑, – ⏑, ⏓ ⏑⏑ – dact., troch., chori.

⏓ ⏑ – ⏑, ⏓ ⏑ – ⏑, ⏓ ⏑ – trim. troch. cat.

⏓ ⏓, ⏓ ⏑, ⏓ ⏑⏑ – qualis 204 sqq.

⏓ ⏑ ⏓, ⏓ ⏑, ⏓ ⏑⏑ – idem.

⏑ ⏓ ⏑⏑ – ⏑ – ⏑ logaoedicus cum anacrusi.

Vss. 1190—1373. trimetri iambici.

Vss. 1374—1380. tetrametri troch. catalectici.

Vss. 1381—1389. systema anapaesticum, quod constat dimetris, uno interposito monometro.

Vss. 1390—1416. trimetri iambici.

Vss. 1417—1443. tria systemata anapaestica, quae constant dimetris, duobus interpositis monometris.

BODLEIAN OXFORD MUSEUM

SOPHOCLIS

TRAGOEDIAE.

RECENSUIT ET EXPLANAVIT

EDUARDUS WUNDERUS.

VOL. I. SECT. II.

CONTINENS

OEDIPUM REGEM.

EDITIO TERTIA.

GOTHAE ET ERFORDIAE, MDCCCXLVII.
SUMPTIBUS HENNINGS.
(LONDINI D. NUTT 158. FLEET STREET.)

ASHMOLEAN
OXFORD
MUSEUM

ΣΟΦΟΚΛΕΟΥΣ

ΟΙΔΙΠΟΥΣ ΤΥΡΑΝΝΟΣ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.
ΙΕΡΕΥΣ.
ΚΡΕΩΝ.
ΧΟΡΟΣ ἐκ γεραόντων Θηβαίων.
ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.
ΙΟΚΑΣΤΗ.
ΑΓΓΕΛΟΣ.
ΘΕΡΑΠΩΝ Λαΐου.
ΕΞΑΓΓΕΛΟΣ.

Egit utrumque Oedipum Polus, histrio nobilissimus, indicante Arriano apud Stobaeum S. XCVII, 28. De Polo vide A. Gell. VII, 5. et quae Moses du Soul ad Luciani, qui saepe eius mentionem facit, Iov. tragoed. 3. T. II. p. 645. attulit. HERM.

ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑ ΕΙΣ ΤΟΝ ΤΥΡΑΝΝΟΝ ΟΙΔΙΠΟΥΝ.

Λιπὼν Κόρινθον Οἰδίπους, πατρὸς νόθος
πρὸς τῶν ἁπάντων λοιδορούμενος ξένος,
ἦλθεν πυθέσθαι Πυθικῶν θεσπισμάτων,
ζητῶν ἑαυτὸν καὶ γένους φυτοσπόρον.
εὑρὼν δὲ τλήμων ἐν στεναῖς ἁμαξιτοῖς
ἄκων ἔπεφνε Λάϊον γεννήτορα.
Σφιγγὸς δὲ δεινῆς θανάσιμον λύσας μέλος,
ἤσχυνε μητρὸς ἀγνοουμένης λέχος.
λοιμὸς δὲ Θήβας εἷλε καὶ νόσος μακρά.
Κρέων δὲ πεμφθεὶς Δελφικὴν πρὸς ἑστίαν,
ὅπως πύθοιτο τοῦ κακοῦ παυστήριον,
ἤκουσε φωνῆς μαντικῆς θεοῦ πάρα
τὸν Λαΐειον ἐκδικηθῆναι φόνον.
ὅθεν μαθὼν ἑαυτὸν Οἰδίπους τάλας
πόρπαισι δισσὰς ἐξανάλωσεν κόρας,
αὐτὴ δὲ μήτηρ ἀγχόναις διώλετο.

V. 2. In verbis πρὸς τῶν ἁπάντων nescio an vitium insit.
V. 7. G. Dindorfius ex Γ codice θνήσιμον recepit.

ΔΙΑ ΤΙ ΤΥΡΑΝΝΟΣ ΕΠΙΓΕΓΡΑΠΤΑΙ.

Ο ΤΥΡΑΝΝΟΣ ΟΙΔΙΠΟΥΣ ἐπὶ διακρίσει θατέρου ἐπιγέγραπται. χαριέντως δὲ ΤΥΡΑΝΝΟΝ ἅπαντες αὐτὸν ἐπέγραφον, ὡς ἐξέχοντα πάσης τῆς Σοφοκλέους ποιήσεως, καίπερ ἡττηθέντα ὑπὸ Φιλοκλέους, ὥς φησι Δικαίαρχος [1]). εἰσὶ δὲ καὶ οἱ ΠΡΟΤΕΡΟΝ αὐτόν, οὐ ΤΥΡΑΝΝΟΝ, ἐπιγράφοντες, διὰ τοὺς χρόνους τῶν διδασκαλιῶν καὶ διὰ τὰ πράγματα· ἀλήτην γὰρ καὶ πηρὸν Οἰδίποδα τὸν ἐπὶ Κολωνῷ εἰς τὰς Ἀθήνας ἀφικνεῖσθαι [2]). ἴδιον δέ τι πεπόνθασιν οἱ μεθ' Ὅμηρον ποιηταὶ τοὺς πρὸ τῶν Τρωϊκῶν βασιλεῖς ΤΥΡΑΝΝΟΥΣ προσαγο-

ρεύοντες, ὀψέ ποτε τοῦδε τοῦ ὀνόματος εἰς τοὺς Ἕλληνας διαδοθέντος, κατὰ τοὺς Ἀρχιλόχου χρόνους, καθάπερ Ἱππίας ὁ σοφιστής φησιν. Ὅμηρος γοῦν τὸν πάντων παρανομώτατον Ἕχετον βασιλέα φησὶ καὶ οὐ τύραννον (Ὀδυσσ. σ', 84.)·

Εἷς Ἕχετον βασιλῆα, βροτῶν δηλήμονα.

προσαγορευθῆναι δέ φασι τὸν τύραννον ἀπὸ τῶν Τυρρηνῶν· χαλεπούς γάρ τινας περὶ λῃστείαν τούτους γενέσθαι. ὅτι δὲ νεώτερον τὸ τοῦ τυράννου ὄνομα, δῆλον. οὔτε γὰρ Ὅμηρος, οὔτε Ἡσίοδος, οὔτε ἄλλος οὐδεὶς τῶν παλαιῶν τύραννον ἐν τοῖς ποιήμασιν ὀνομάζει. ὁ δὲ Ἀριστοτέλης ἐν Κυμαίων πολιτείᾳ τοὺς τυράννους φησὶ τὸ πρότερον ΑΙΣΥΜΝΗΤΑΣ [3]) προσαγορεύεσθαι. εὐφημότερόν γ' ἐκεῖνο τοὔνομα.

[1]) „Dicaearchus Siculus fuit, Aristotelis auditor, philosophus, orator, geometres, qui plura scripsit, de quibus Suidas et Menag. ad Diog. Laert. III, 4." Ita I. M. Heusingerus ad Cic. Off. II, 5, 4., quo loco Dicaearchus audit Peripateticus magnus et copiosus. Cf. argumentum Aiacis. BOTHIUS.

[2]) Quosdam fuisse dicit, qui Oedipum priorem, non Regem, drama hoc inscripserint, habita ratione tam temporis, quo fuit editum, quam rerum in eo exhibitarum. Quippe diu ante alterum Oedipum, quem Sophocles extrema in senectute fecit, in scenam inducta fuit haec fabula; et Colonum adiit Oedipus longo tempore postquam se ipse occaecaverat. BR.

[3]) Disputat Aristoteles de αἰσυμνητείᾳ Polit. III, 11.

ΑΛΛΩΣ.

Ὁ Τύραννος Οἰδίπους πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ ἐν τῷ Κολωνῷ ἐπιγέγραπται. τὸ κεφάλαιον δὲ τοῦ δράματος γνῶσις τῶν ἰδίων κακῶν Οἰδίπουδος, πήρωσίς τε τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ δι' ἀγχόνης θάνατος Ἰοκάστης.

Hoc argumentum abest in Aldina et editt. Brunckii. ERF.

ΧΡΗΣΜΟΣ ΔΟΘΕΙΣ ΛΑΙΩι.

Λαΐε Λαβδακίδη, παίδων γένος ὄλβιον αἰτεῖς.
δώσω σοι φίλον υἱόν· ἀτὰρ πεπρωμένον ἐστὶ
σοῦ παιδὸς χείρεσσι λιπεῖν φάος. ὡς γὰρ ἔνευσε
Ζεὺς Κρονίδης, Πέλοπος στυγεραῖς ἀραῖσι πιθήσας,
οὗ φίλον ἥρπασας υἱόν· ὁ δ' ηὔξατό σοι τάδε πάντα.

V. 3. σοῦ παιδὸς ex Γ et Δ codd. rescripsi. Vulgo παιδὸς ἐοῦ.

ΤΟ ΑΙΝΙΓΜΑ ΤΗΣ ΣΦΙΓΓΟΣ.

Ἔστι δίπουν ἐπὶ γῆς καὶ τέτραπον, οὗ μία φωνή;
καὶ τρίπον· ἀλλάσσει δὲ φυὴν μόνον, ὅσσ' ἐπὶ γαῖαν
ἕρπετὰ κινεῖται ἀνά τ' αἰθέρα καὶ κατὰ πόντον.
ἀλλ' ὁπόταν πλείστοισιν ἐρειδόμενον ποσὶ βαίνῃ,
ἔνθα τάχος γυίοισιν ἀφαυρότατον πέλει αὐτοῦ.

V. 4. ἐρειδόμενον ex Γ recepi pro vulgato ἐπειγόμενον.

ΛΥΣΙΣ ΤΟΥ ΑΙΝΙΓΜΑΤΟΣ.

Κλῦθι καὶ οὐκ ἐθέλουσα, κακόπτερε Μοῦσα θανόντων,
φωνῆς ἡμετέρης σὸν τέλος ἀμπλακίης.
ἄνθρωπον κατέλεξας, ὅς, ἡνίκα γαῖαν ἐφέρπει,
πρῶτον ἔφυ τετράπους νήπιος ἐκ λαγόνων·
γηραλέος δὲ πέλων τρίτατον πόδα βάκτρον ἐρείδει,
αὐχένα φορτίζων, γήραϊ καμπτόμενος.

De hac solutione aenigmatis ipsoque aenigmate commentantem vid. Iacobs. Animadv. ad Authol. Gr. Vol. III. P. II. p. 350 sqq. ERF.

Post haec argumenta non inutile videtur fabulam Oedipi, quemadmodum a Sophocle ad scenam composita est, tradere ita, ut in imo margine, sicubi a ceteris scriptoribus, qui de Oedipi fatis exposuere, dissentiat, adnotare non omittam. Idem factum iam ab Henr. Blümnero in commentatione academica de Oedipo Rege, quae Lipsiae anno MDCCLXXXVIII. ex officina Breitkopfiana prodiit. In qua hoc egit vir doctissimus, ut primum commemoraret, qui poetae idem tractassent argumentum; deinde historiam Oedipi ex Sophocle ipso depromptam narraret; tum fabulae Sophocleae constitutionem et mores personarum consideraret; denique virtutes praecipuas exponeret et ab iniusta quorundam nostrae aetatis hominum reprehensione poetam vindicaret; postremo de Aristotelicae Poeticae locis nonnullis disserevet.

Commemorarunt autem de Oedipi fatis hi scriptores veteres: Homerus Odyss. XI, 271—280 *), Pherecydes apud Sturz. p. 187 ed. sec., pauca Aeschylus in Septem c. Thebas, Euri-

---

*) Leguntur apud Homerum haec:

Μητέρα τ' Οἰδιπόδαο ἴδον, καλὴν Ἐπικάστην,
ἣ μέγα ἔργον ἔρεξεν ἀϊδρείῃσι νόοιο
γημαμένη ᾧ υἱεῖ· ὁ δ' ὃν πατέρ' ἐξεναρίξας
γῆμεν· ἄφαρ δ' ἀνάπυστα θεοὶ θέσαν ἀνθρώποισιν.
ἀλλ' ὁ μὲν ἐν Θήβῃ πολυηράτῳ ἄλγεα πάσχων
Καδμείων ἤνασσε, θεῶν ὀλοὰς διὰ βουλάς·
ἡ δ' ἔβη εἰς Ἀΐδαο πυλάρτιο κρατεροῖο,
ἁψαμένη βρόχον αἰπὺν ἀφ' ὑψηλοῖο μελάθρου,
ᾧ ἄχεϊ σχομένη· τῷ δ' ἄλγεα κάλλιπ' ὀπίσσω
πολλὰ μάλ', ὅσσα τε μητρὸς Ἐρινύες ἐκτελέουσιν.

pides in Phoenissis, Apollodorus III, 5, 7., Diodorus IV, 64., Pausanias IX, 5. p. 721. (T. IV. p. 20 sq. ed. Sieb.) et X, 5. p. 808. (T. IV. p. 181 sq.), Hyginus fab. 66. et 67., Scholia ad Hom. Od. l. l., et auctor argumenti Euripid. Phoenissarum, ex cod. Guelpherbytano enotati.

De fabulae Oedipodiae varietate et vicissitudine exposuerunt Schützius Exc. I. ad Aesch. Sept. c. Theb. p. 406 sqq. et Welckerus Aeschyli Trilog. p. 354 sqq. Addo egregiam Caroli Frid. Hermanni disputationem de discrimine artis ac temporis, quo Sophocles atque Euripides Oedipi Regis fabulam tractasse videntur, scriptam indicendis lectionibus aestivis a. MDCCCXXXIV. et insertam Quaestionibus Oedipodeis, quae prodierunt Marburgi a. MDCCCXXXVII.

FABULA OEDIPI,

QUALIS AB SOPHOCLE AD SCENAM COMPOSITA EST.

Laius, filius Labdaci, rex Thebarum, Iocastam [1]), filiam Menoecei, sororem [2]) Creontis (70. 577.), in matrimonium duxerat. Ex ea autem si qui filius sibi natus esset, ab eo se occisum iri Apollinis oraculo monitus erat (711—714. 1175 sq.). Cui fato ne succumberet [3]), filium, quem Iocasta peperit, tertio die postquam natus erat, traiectis ferrea fibula pedibus (718. 1032 sqq.), unde infanti nomen Oedipi datum (1036.), per Iocastam (1173—1175. 718 sq.) servo pastori occidendum tradidit. Is vero misericordia ductus (1178.) infantem servo Polybi, regis Corinthi, in Cithaerone monte, ubi greges ille pascebat (1026 sqq. 1133—1139.), credidit, in eam, unde erat ille, civitatem ductum iri ratus (1178 sq.). A quo quum Corinthum asportatus esset, a Polybo, qui nullos dum liberos ex Meropa [4]) uxore procreasset,

---

In Iliade XXIII, 679. his verbis mentio Oedipi iniicitur:
ὅς (Εὐρύαλος) ποτε Θήβας δ' ἦλθε δεδουπότος Οἰδιπόδαο ἐς τάφον· ἔνθα δὲ πάντας ἐνίκα Καδμείωνας.

[1]) Homerus Od. l. l. Epicastam vocat. Vide Eustath. ad illum locum.

[2]) Diodorus l. l. Iocastam filiam Creontis facit his verbis: *Λάϊος, ὁ Θηβῶν βασιλεύς, γήμας Ἰοκάστην, τὴν Κρέοντος* etc.

[3]) Ab Aeschylo Sept. c. Theb. 742—753. ed. Blomf. ter monitus ab Apolline Laius, ne filium procrearet, sed *κρατηθεὶς ἐκ φίλων ἀβουλίαις* genuisse filium dicitur; ab Euripide Phoen. 21. et ab Apollodoro l. l. ebrius, a Diodoro oblitus oraculi cum uxore concubuisse traditur. Sophocles nihil ea de re monuit.

[4]) Ab Apollodoro et Hygino fab. 66. appellatur Periboea; Schol. ad O. R. 785: *Φερεκύδης φησὶ Μέδουσαν εἶ-*

adoptatus et educatus (1021—1024.) est[5]). Eius filium quum se putaret Oedipus, vehementer exacerbatus est, quum sibi aliquando in convivio ab homine ebrio exprobratum esset, quod suppositus Polybo esset (779 sq.). Parentum, ad quos iratus rem detulit, responsione non contentus, quum altius in pectus eius opprobrium descendisset, insciis illis (787.) Delphos adiit, Apollinem, quibus parentibus natus esset, consulturus. A quo de re ipsa, quam quaerebat, nihilo certior factus hoc tulit responsum, patris se occisorem, matris maritum, generisque detestandi auctorem fore. Quod ne eveniret, Polybi et Meropae filium se esse ratus, Corinthum vitavit (997 sq.) et in Boeotiam delatus est. Phocidem autem quum transgrederetur, in via angusta (733 sq. 800.) Laio[6]), qui curru vehebatur, obviam venit. Ab eius auriga quum violenter e via deiectus esset, orta altercatione Laium, patrem suum esse ignorans, eiusque comites (752 sq. 813.), in quibus praeco erat[7]), uno excepto servo (118. 756.), qui aufugerat, omnes[8]) occidit (774—813.). Caede perpetrata Thebas venit (736.), ubi quum Sphingem[9]), quae tum temporis Thebanos

---

ναι τὴν Πολύβου γυναῖκα, θυγατέρα δὲ Ὀρσιλόχου, τοῦ ἀδελφιδοῦ. οἱ δὲ Ἀντιοχίδα, τὴν Χάλκωνος. De Pherecydis fragm., quod est LXXI. apud Sturzium, vide Sturz. p. 206.

5) Euripides Phoen. 24—31. et Apollodorus l. l. infantem narrant a pastoribus Lai expositum in Cithaerone, tum repertum a pastoribus Polybi et traditum uxori eius esse, quam marito eum ut a se partum obtulisse dicunt. Hyginus ab ipsa Polybi uxore infantem, quum esset expositus, sublatum refert.

6) Ab Euripide, quocum Diodorus l. l. consentit, Phoen. 36. Laius Delphos profectus dicitur, τὸν ἐκτεθέντα παῖδα μαστεύων μαθεῖν, εἰ μηκέτ' εἴη.

7) Secundum Apollodorum praeconi nomen Polyphontes erat.

8) Laium Damasistratus sepeliisse dicitur ab Apollodoro l. l. et a Pausania L. X. c. 5. — Porro Creontem occiso Laio regnum occupasse et, quum Thebani a Sphinge vexarentur, ei, qui aenigma a monstro illo propositum solvisset, regnum se et Iocastam sororem in coniugium daturum promisisse Diodorus et Hyginus, et maximam partem Euripides quoque Phoen. 45—52., referunt.

9) De Sphinge ex Apollodoro haec, quorum nihil fere apud Sophoclem legitur, placet adferre: Τούτου δὲ βασιλεύοντος (Κρέοντος), οὐ μικρὰ συμφορὰ κατέσχε Θήβας. ἔπεμψε γὰρ Ἥρα Σφίγγα, ἣ μητρὸς μὲν Ἐχίδνης ἦν, πατρὸς δὲ Τυφῶνος· εἶχε δὲ πρόσωπον μὲν γυναικός, στῆθος δὲ καὶ βάσιν καὶ οὐρὰν λέοντος, καὶ πτέρυγας ὄρνιθος· μαθοῦσα δὲ αἴνιγμα παρὰ Μουσῶν ἐπὶ τὸ Φίκειον ὄρος ἐκαθέζετο, καὶ τοῦτο προὔτεινε Θηβαίοις. ἦν δὲ τὸ αἴνιγμα· τί ἐστιν ὃ μίαν ἔχον φωνὴν τετράπουν καὶ δίπουν καὶ τρίπουν γίνε-

magnopere vexaret, soluto quod proponebat aenigmate (35 sq. 391—398. 693 sqq. 1198 sqq.) sustulisset, et rex Thebanorum factus est et maritus Iocastae (1292 sqq.), ex qua quattuor ei liberi nati sunt[10]). Multis annis post quum pestis Thebis grassaretur, Oedipus, ut calamitati occurrèret, Creontem, qui Apollinem consuleret, Delphos misit (22—72.). Is responsum rettulit Lai occisorem, qui Thebis versaretur, aut urbe pellendum aut interficiendum esse (96—107.)[11]). Eum quum Oedipus investigare summopere studet, multarum rerum fortuito concursu a se ipso Laium patrem interfectum esse intelligit. Tum Iocasta suspendio vitam finiit[12]); Oedipus vero in summam desperationem adductus fibulis ex veste Iocastae detractis oculos sibi effodit[13]).

ται; Χρησμοῦ δὲ Θηβαίοις ὑπάρχοντος τηνικαῦτα ἀπαλλαγήσεσθαι τῆς Σφιγγός, ἡνίκα ἂν τὸ αἴνιγμα λύσωσι, καὶ συνιόντες εἰς αὐτὸ πολλάκις, ἐζήτει τί τὸ λεγόμενόν ἐστιν. ἐπὰν δὲ μὴ εὕρισκον, ἁρπάσασα ἕνα κατεβίβρωσκε. πολλῶν δὲ ἀπολλυμένων καὶ τὸ τελευταῖον Αἵμονος τοῦ Κρέοντος, κηρύσσει Κρέων τῷ τὸ αἴνιγμα λύσοντι καὶ τὴν βασιλείαν καὶ τὴν Λαΐου δώσειν γυναῖκα. Οἰδίπους δ' ἀκούσας ἔλυσεν, εἰπὼν — τὸ βάκτρον. Ἡ μὲν οὖν Σφὶγξ ἀπὸ τῆς ἀκροπόλεως ἑαυτὴν ἔῤῥιψεν. Haec extrema eodem modo tradunt Diodorus, Hyginus et auctor argumenti Eur. Phoen. ex cod. Guelph. enotati. Euripides Phoen. occisam ab Oedipo Sphingem canit. Idem de Sphinge quaedam dicit ibid. 813—818.

10) Nomina horum fuerunt Eteocles, Polynices, Antigona et Ismena. Secundum alios autem scriptores non ex Iocasta, sed ex Eurygania, Hyperphantis filia, hos liberos natos habuit. Vide Apollodorum l. l. Idem propter Homeri Od. XI, 271 sqq. statuit Pausanias L. IX. c. 5., quem vide. Adde Pherecyd. fragm. LII. p. 187., ubi conferatur Sturzius.

11) Ab solo Sophocle haec narrantur. Similia quaedam habet Hyginus fab. 67: Interim Thebis sterilitas frugum et penuria incidit ob Oedipodis scelera, interrogatusque Tiresias, quid ita Thebae vexarentur, respondit: si quis ex Draconteo genere superesset et pro patria interisset, pestilentia liberaturum. Tum Menoeceus, Iocastae pater, se de muris praecipitavit. Dum haec Thebis geruntur, Corintho Polybus decedit. Quo audito Oedipus moleste ferre coepit, aestimans patrem suum obisse, cui Periboea de eius suppositione palam fecit. Id Itemales senex, qui eum exposuerat, ex pedum cicatricibus et talorum agnovit Lai filium esse.

12) De hac Iocastae nece tacent Diodorus, Pausanias et Hyginus. Secundum Euripidem Phoen. 1465. Iocasta post mutuam demum filiorum caedem gladio se perstringit.

13) De Oedipi caecitate nihil legitur apud Diodorum et Pausaniam.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ ΤΥΡΑΝΝΟΣ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὦ τέκνα, Κάδμου τοῦ πάλαι νέα τροφή,
τίνας ποθ' ἕδρας τάςδε μοι θοάζετε

V. 1 sqq. Quum vehementissima peste laboraret civitas Thebana, ex senibus, viris, pueris selegit qui duce sacerdote Iovis supplices ad aras ante aedem regiam positas accederent, et ab Oedipo rege opem salutemque peterent. Quos ubi advenisse cognovit Oedipus, ipse ex aede regia procedit, ad quam rem auxilium suum imploretur sciscitaturus. — Ceterum adverte praeclare poetam ita exorsum esse fabulam, ut eximium et paternum Oedipi in populum studium pariter atque pium gratumque populi in regem suum animum ostenderet. Quo factum est, ut auditores non possent non maxima misericordia ac sollicitudine commoveri, quum Oedipum, quem egregiis virtutibus praeditum nossent, in sceleris suspicionem vocari et in summum adduci discrimen viderent.

Ibidem. ὦ τέκνα] Paternum Oedipus in populum animum hac appellatione prodit. Camerarius confert Hom. Od. ε, 12: ὡς οὔτις μέμνηται Ὀδυσσῆος θείοιο λαῶν, οἷσιν ἄνασσε, πατὴρ δ' ὡς ἤπιος ἦεν. Unde factum videtur, ut saepe tota civitas ipsius regis suboles a poetis diceretur. Ita cives Thebani hic Κάδμου τοῦ πάλαι νέα τροφή, quasi a Cadmo ipso, Cadmeae conditore, originem duxerint, iidem ab Euripide Phoen. 815. Καδμογενὴς γέννα, Athenienses a Sophocle Ai. 202. Ἐρεχθεῖδαι, Oed. Col. 1066. Θησεῖδαι, ab Aeschylo Eum. 1014. παῖδες Κραναοῦ vocantur. Eodem referendum est, quod urbs Thebarum hac ipsa in fabula v. 29. δῶμα Καδμεῖον, et civitas Thebana Ant. 1155. Κάδμου πάροικοι καὶ δόμων Ἀμφίονος appellatur. Addo Virg. Aen. VIII, 134: Dardanus, Iliacae primus pater urbis et auctor. v. 146: gens eadem, quae te, crudeli Daunia (i. e. Rutuli) bello insequitur. — Denique notanda locutio rarior est, τροφή τινος, progenies alicuius. Conferri licet Soph. Ant. 918. παιδείου τροφῆς. Philoct. 4. τραφείς τινος, natus aliquo, et Eurip. Cycl. 189. μηκάδων ἀρνῶν τροφαί.

V. 2. τίνας — θοάζετε] Ex more Graecorum breviter dictum pro τίνες εἰσὶν αἵδε αἱ ἕδραι, ἃς θοάζετε, quod est, διὰ τί τάςδε τὰς ἕδρας πάθησθε. Cfr. O. C. 1166: τίς δῆτ' ἂν εἴη τήνδ' ὁ προςθακὼν ἕδραν; Eurip. He-

ἱκτηρίοις κλάδοισιν ἐξεστεμμένοι,
πόλις δ' ὁμοῦ μὲν θυμιαμάτων γέμει,
5 ὁμοῦ δὲ παιάνων τε καὶ στεναγμάτων;
ἁγὼ δικαιῶν μὴ παρ' ἀγγέλων, τέκνα,
ἄλλων ἀκούειν, αὐτὸς ὧδ' ἐλήλυθα.
ἀλλ', ὦ γεραιέ, φράζ', ἐπεὶ πρέπων ἕφυς
10 πρὸ τῶνδε φωνεῖν, τίνι τρόπῳ καθέστατε,
δείσαντες, ἢ στέρξαντες, ὡς θέλοντος ἂν

V. 7. Post hunc versum in codicibus editionibusque omnibus additus hic reperitur:

ὁ πᾶσι κλεινὸς Οἰδίπους καλούμενος,

quem ego primus delevi, ut ab interprete additum et ex v. 40: νῦν τ', ὦ κράτιστον πᾶσιν Οἰδίπου κάρα, confictum. Neque enim unquam

racl. 55: ἦπου καθῆσθαι τήνδ' ἕδραν καλὴν δοκεῖς; Herc. f. 1214: σὲ τὸν θάσσοντα δυστήνους ἕδρας αὐδῶ. Quibus in locis pariter atque in hoc loco et v. 13. ἕδρα non locum, sed actionem sedendi sive sessionem significat, ita ut ἕδραν θοάζειν eadem ratione atque ὁδὸν ἐλθεῖν, itionem ire, dictum sit. Illud enim in Aiac. ab Lobeck. iterum edit. censura, quae prodiit Lipsiae apud Reclamum, p. 104 sqq. planum feci, θοάζειν non festinandi, sed sedendi significatum hic habere. Praeterea adverte numerum pluralem ἕδρας, qui cur positus sit, explanavi in Excursu ad v. 16.

V. 3. ἱκτηρίοις — ἐξεστεμμένοι] Vide quae de his verbis in Excursu post hanc fab. pluribus exposui.

V. 4. sq. Schol.: πόλις δ' ὁμοῦ μὲν θυμιαμάτων· οἱ μὲν μηδὲν πεπονθότες ἐπὶ ἀποτροπῇ τοῦ κακοῦ θύουσι καὶ παιᾶνας ᾄδουσιν· οἱ δὲ ἐπταικότες ἐπὶ τοῖς οἰκείοις κακοῖς ἀποιμώζουσιν. Ita Iocasta, Apollini averruncandi, quod imminebat, mali causa supplicatura, non solum ramos olivae lana ornatos, sed etiam θυμιάματα, suffimenta, secum fert, huius fab. v. 913 sqq. Adde El. 632 sqq.

V. 6. ἁγὼ etc.] Pronomen ἅ non ad supplicationem ipsam, sed ad causam supplicationis referri, quae continetur verbis τίνας ποθ' etc., significantibus διὰ τί ποτε etc., facile quivis intelliget.

V. 6 sq. παρ' ἀγγέλων — ἄλλων] Ab aliis et quidem nuntiis. Sic Eur. Or. 531: τί μαρτύρων ἄλλων ἀκούειν δεῖ μ' ἅ γ' εἰςορᾶν πάρα; Xenoph. Cyrop. I, 6, 2: ὅπως μὴ δι' ἄλλων ἑρμηνέων τὰς τῶν θεῶν συμβουλίας συνείης, ἀλλ' αὐτὸς γεγνώσκοις. Vide quae ad Philoct. 38. adnotavi. De hiatu τέκνα ἄλλων vide O. C. 1263 sq. θρεπτήρια· ἁγώ. Trach. 324 sq. ἐλάσσονα. ἀλλ'. ibid. 934 sq. οὕνεκα ἄκουσα.

V. 9. ὦ γεραιέ] Qui sacerdos Iovis fuit, ut ex v. 18. apparet. — De locutione πρέπων ἕφυς ad Ant. 499. diximus.

V. 10 sq. τίνι τρόπῳ — στέρξαντες] Verbis τίνι τρόπῳ καθέστατε non dubium est quin hoc significetur, τίς τρόπος τῆς ἕδρας sive τῆς ἀφίξεως ἐστίν (coll. v. 99.), id est, ποία ἐστὶν ἡ ἕδρα sive ἡ ἄφιξις; De verbi καθεστάναι usu cfr. O. C. 23. Itaque repetit Oedipus, quod paulo ante iam quaerere instituit, τίνας ποθ' — θοάζετε, nisi quod id ipsum quod quaerit accuratius

ἐμοῦ προςαρκεῖν πᾶν. δυςάλγητος γὰρ ἂν
εἴην, τοιάνδε μὴ οὐ κατοικτείρων ἕδραν.

ΙΕΡΕΥΣ.

ἀλλ', ὦ κρατύνων Οἰδίπους χώρας ἐμῆς,
15 ὁρᾷς μὲν ἡμᾶς ἡλίκοι προςήμεθα
βωμοῖσι τοῖς σοῖς, οἱ μὲν οὐδέπω μακρὰν
πτέσθαι σθένοντες, οἱ δὲ σὺν γήρᾳ βαρεῖς

apud Sophoclem qui prologum orditur suum ipsius nomen ita profitetur, sed ab eo, quicum colloquitur, primum nomine appellatur. Accedit, quod nunquam Sophocles, quo fuit sensu venusti et decori, Oedipum in ipso exordio τὸν πᾶσι κλεινὸν καλούμενον se dicentem introduxisset.

explicat, addens δείσαντες, ἢ στέρξαντες. Duplici enim causa commoti supplices accedere ad aras poterant, aut ut vim adversarii persequentis defenderent, ergo praesentis periculi metu adducti (δείσαντες) et tutelam quaerentes, aut ut ipsi ope eius, ad quem confugiebant, adiuti adversarium aggrederentur, ergo malum, quod futurum putabant, oppugnaturi et ad eam rem auxilium petentes (στέρξαντες). Ita δείσασαι καθεστάναι sive τοῖς βωμοῖς προςῆσθαι dici debebant Danai filiae, quum apud Aeschylum supplicare Pelasgo narrantur, contra στέρξασαι mulieres Argivae, quum Aethrae, matri Thesei, apud Euripidem supplicant, ut in redimendis corporibus ducum Argivorum, qui ad Thebas ceciderant, adversus Thebanos sese adiuvaret. Hoc loco qui ad Oedipi regiam accesserant, quum id orarent, ut reperto pestis saevissimae remedio futurum a se malum, mortem et interitum totius civitatis, defenderet, στέρξαντες potissimum erant. Hinc Oedipus v. 58 sq. γνωτά, inquit, κούκ ἄγνωτά μοι προςήλθεθ' ἱμείροντες.

V. 11 sq. ὡς θέλοντος — πᾶν] Id est, νομίσας, ὅτι ἐγὼ ἐθέλοιμι ἂν πᾶν προςαρκεῖν. Vide quae de hoc ὡς particulae usu ad Trachin. 391. adnotavi.

V. 12 sq. δυςάλγητος — ἕδραν] Vide quae de μὴ οὐ particulis sensuque huius loci in Excursu II. post hanc fabulam exposui.

V. 16. βωμοῖσι τοῖς σοῖς] De hoc quoque loco, ne adnotationum moles nimis accresceret, separatim post hanc fabulam in Excursu III. agendum putavi.

V. 17. Schol.: πτέσθαι· ἀντὶ τοῦ βαδίσαι. ἡ δὲ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν νεοττῶν. Ita saepe pueri sive infantes νεοσσοί a tragicis dicuntur. Cf. Monk. ad Eurip. Alc. 414.

Ibid. σὺν γήρᾳ βαρεῖς] Id est σὺν γήρᾳ ὄντες καὶ τούτῳ βαρεῖς, sive γήρᾳ, ᾧ σύνεισι (vide ad Philoct. 266.), βαρεῖς. Ita infra v. 1112 sq. dictum: ἔν τε γὰρ μακρῷ γήρᾳ ξυνᾴδει τῷδε τἀνδρὶ σύμμετρος, id est, ἔν τε γὰρ μακρῷ γήρᾳ ἐστὶ καὶ τούτῳ ξυνᾴδει etc. Aiac. 1017: ἐν γήρᾳ βαρύς. Philoct. 185 sq.: ἔν τ' ὀδύναις ὁμοῦ λιμῷ τ' οἰκτρός. Similiter poetae Latini, ut Virgilius Aen. VI, 359: madida cum veste gravatum, et Aen. V, 37: horridus in iaculis.

ἱερῆς, ἐγὼ μὲν Ζηνός, οἱ δ' ἰηθέων
λεκτοί· τὸ δ' ἄλλο φῦλον ἐξεστεμμένον
20 ἀγοραῖσι θακεῖ, πρός τε Παλλάδος διπλοῖς
ναοῖς, ἐπ' Ἰσμηνοῦ τε μαντείᾳ σποδῷ.
πόλις γάρ, ὥςπερ καὐτὸς εἰςορᾷς, ἄγαν
ἤδη σαλεύει, κἀνακουφίσαι κάρα
βυθῶν ἔτ' οὐχ οἵα τε φοινίου σάλου,

V. 18. οἱ δ' ἰηθέων ipse scripsi, suffragante codice Suidae, apud quem sub v. λεκτός scribitur οἵ δέ τ' ἰηθέων. Libri Sophoclis ad unum omnes: οἱ δέ τ' ἠθέων. Ineptas autem apparet particulas

V. 18. ἱερῆς, ἐγὼ μὲν Ζηνός] Sacerdotes legationibus adhibitos esse Eustathius p. 775, 21. (684, 28.) huius loci testimonio docet. HERM.

Ibidem. ἰηθέων] Hesychius: ἰήθεος· ἔφηβος, ἄγαμος.

V. 19. Schol.: λεκτοί· τὸ λεκτοὶ τάχα μὲν εἰς σύστασιν τῶν παίδων, τάχα δὲ καὶ δημοσίαν ἐκφαίνει τὴν ἐκπομπήν, ὡς ἐπιλεχθεῖσαν καὶ πεμφθεῖσαν παρὰ τοῦ κοινοῦ. Idem adiectivum λεκτόν adsumendum etiam ad sequentia verba est, τὸ δ' ἄλλο φῦλον. De participii ἐξεστεμμένον significatu ad v. 3. diximus.

V. 20. Schol.: πρός τε Παλλάδος διπλοῖς ναοῖς· δύο ἱερὰ ἐν ταῖς Θήβαις ἵδρυτο τῇ Ἀθηνᾷ, τὸ μὲν Ὄγκας, τὸ δὲ Ἰσμηνίας. οἱ δὲ οὕτω, τὸ μὲν Ἀλαλκομενίας, τὸ δὲ Καδμείας. τινὲς δὲ τὸν τῆς Ἀλαλκομενίας οὐκ ἐν Θήβαις εἶναι, ἀλλ' ἐν κώμῃ. De Minerva Onca, cui ad urbem, non in urbe ara cum statua posita fuisse narratur, vid. Pausanias IX, 12, 2. Scholiasta Pindar. Olymp. II, 39., Aeschylí Sept. c. Th. 164. 487., ad quem locum (v. 483.) Blomf. gloss. conferatur. Ismeniam non commemorat Pausanias, sed IX, 10, 2. Minervae et Mercurii προνάων statuas ante templum Ismenii Apollinis vidit.

V. 21. Schol.: ἐπ' Ἰσμηνοῦ τε μαντείᾳ σποδῷ· καὶ γάρ ἐστι παρὰ τῷ Ἰσμηνῷ Ἀπόλλωνος ἱερόν. διὸ φησί, μαντείᾳ σποδῷ. τοῦτο δὲ ἀντὶ τοῦ τῷ βωμῷ, ὅτι διὰ τῶν ἐμπύρων ἐμαντεύοντο οἱ ἱερεῖς, ὡς φησὶ Φιλόχορος. Notum est Apollini Ismenio templum Thebis propter Ismenum fluvium exstructum fuisse. Cf. Herodot. I, 52. 92. V, 59. VIII, 134., Pausanias IX, 10, 2 sqq. Ad id templum non dubium est quin delecti illi cives Thebani accessisse significentur, Apollini supplicaturi, quum sedisse dicuntur ἐπ' Ἰσμ. μ. σποδῷ. Neque tamen quisquam animum inducet, ut verbis μαντείᾳ σποδῷ templum ipsum significatum arbitretur. Immo recte Scholiasta monuit verbis illis aram significari, in qua ex flamma victimarum mactatarum futura praedicta essent. Factum autem id esse narrayit Herodotus VIII, 134.

V. 22 sqq. πόλις — σαλεύει] Vide quae ad Ai. 1055 sq. adnotavimus. Praeterea conferenda quae ad eandem fab. v. 343 sq. de hoc loco dixi.

V. 24. ἔτ' οὐχ οἵα τε] I. e. οὐκέτι οἵα τε. Vide Matth. §. 609.

V. 25. Descriptionem hanc pestis, iterum aliis verbis retractatam v. 168 sqq., poetae, ni fallor, suggessit celebris illa Atheniensium calamitas, Thucydidi II, 49. diligenter enarrata, deinde et Lucretio lib. VI. MUSGR.

Ibid. φθίνουσα κάλυξιν

25 φθίνουσα μὲν κάλυξιν ἐγκάρποις χθονός,
φθίνουσα δ' ἀγέλαις βοννόμοις, τόκοισί τε
ἀγόνοις γυναικῶν· ἐν δ' ὁ πυρφόρος θεὸς
σκήψας ἐλαύνει, λοιμὸς ἔχθιστος, πόλιν,
ὑφ' οὗ κενοῦται δῶμα Καδμεῖον, μέλας δ'
30 Ἅιδης στεναγμοῖς καὶ γόοις πλουτίζεται.
θεοῖσι μέν νυν οὐκ ἰσούμενόν σ' ἐγὼ

δέ τε esse. Neque magis probandi sunt qui aut οἵδε τ' ἠθέων, aut οἱ δ' ἐπ' ἠθέων scripserunt. — Ceterum nescio, an vere coniecerit Bentleius βαρεῖς, ἱερεὺς ἐγὼ μὲν —.

ἐγκ. χθονός] Dativus, a φθίνουσα pendens, simillime positus videtur atque in Aiac. 474: κακοῖσιν ὅστις μηδὲν ἐξαλλάσσεται, significationem, nisi fallor, localem habens. Poetice enim civitas perire dicitur in folliculis ita, ut perire significetur eo, quod folliculi pereant. Aliter hunc dativum interpretati sunt et Matth. §. 400, 6. et Rostius Gr. Gr. ed. V. p. 501. Illud facile apparet, terrae folliculi frugiferi cum perire dicuntur, hoc significari, fruges sive grana, antequam emergant e folliculis, in iis inclusa iam perire. Postremo κάλυκες χθονός similiter dictum atque in Philoct. 707. ἱερᾶς γᾶς σπόρος.

V. 26. ἀγέλαις βοννόμοις] Quamvis, singulas notiones si urgemus, sic explicandum videatur: ἀγέλαις βοῶν νεμομένων, coll. Matth. §. 446, 3. c., tamen, si similium adiectivorum usum comparamus, veluti adiectivi ἀγρονόμος, de quo ad Ant. 780. dixi, facile intelligitur βοννόμοις ἀγέλαις nihil significari nisi armenta boum. Tum τόκοι ἄγονοι γυναικῶν sunt partus sive fetus mulierum nondum editi, qui inclusi in ventribus mulierum eodem modo perire dicuntur, quo κάλυκες ἔγκαρποι χθονὸς interire paulo ante dicti sunt. Cfr. v. 270 sq. et Herodot. VI, 139: ἀποκτείνασι δὲ τοῖσι Πελασγοῖσι τοὺς σφετέρους παῖδάς τε καὶ γυναῖκας οὔτε γῆ καρπὸν ἔφερε, οὔτε γυναῖκές τε καὶ ποίμναι ὁμοίως ἔτικτον καὶ πρὸ τοῦ.

V. 27. ἐν δ'] Male hoc explicant πρὸς τούτοις δέ, ἐν αὐτοῖς δέ. Immo tmesis est, ut recte monet Reisig. ad O. C. p. XXXVII., pertinetque ἐν ad σκήψας, ut sit ἐνσκήψας. Vide Matth. §. 594, 2.

Ibidem. Schol.: ὁ πυρφόρος θεός· ὁ λοιμὸς ὁ πυρετοφόρος. τὸν γὰρ πυρετὸν πῦρ καλοῦσι, καὶ τὸ ἐναντίον. Ὅμηρος (Il. χ, 31.)· καί τε φέρει πολλὸν πυρετὸν δειλοῖσι βροτοῖσιν. Deus qui intelligendus sit, declarat poeta ipse v. 190. Ceterum Thucydides de peste, quae a. 430. a. Chr. n. Athenis saevire coepit, agens II, 49: τὰ ἐντὸς οὕτως ἐκάετο, ὥστε μήτε τῶν πάνυ λεπτῶν ἱματίων καὶ σινδόνων τὰς ἐπιβολὰς μηδ' ἄλλο τι ἢ γυμνοὶ ἀνέχεσθαι, ἥδιστά τε ἂν ἐς ὕδωρ ψυχρὸν σφᾶς αὐτοὺς ῥίπτειν.

V. 28. ἐλαύνει] agitat, vexat. Cfr. Ai. 275: κεῖνός τε λύπῃ πᾶς ἐλήλαται κακῇ. Trach. 1045. Eur. Androm. 31. et Blomf. ad Aeschyl. Pers. 777. gloss. Adde Schaefer. ad Demosth. Mid. 557, 28.

V. 29. δῶμα Καδμεῖον] Vide ad v. 1. — De exitu huius versus vide Gruppii Ariadn. p. 263 sqq.

V. 31 sqq. θεοῖσι μέν νυν etc.] Illud sua sponte quisque in-

οὐδ' οἵδε παῖδες ἑζόμεσθ' ἐφέστιοι,
ἀνδρῶν δὲ πρῶτον ἔν τε συμφοραῖς βίου
κρίνοντες ἔν τε δαιμόνων ξυναλλαγαῖς·
35 ὅς τ' ἐξέλυσας ἄστυ Καδμεῖον μολὼν
σκληρᾶς ἀοιδοῦ δασμόν, ὃν παρείχομεν,
καὶ ταῦθ' ὑφ' ἡμῶν οὐδὲν ἐξειδὼς πλέον,
οὐδ' ἐκδιδαχθείς· ἀλλὰ προςθήκη θεοῦ
λέγει νομίζει θ' ἡμὶν ὀρθῶσαι βίον·

V. 35. ὅς τε e scholiis restitui. Libri ὅς γε, quod qui retinuerunt, Graecorum consuetudinem loquendi parum adverterunt.

telliget, accusativum ἱσούμενόν σε aptum esse e participio κρίνοντες. Verum ne quis pro ἑζόμεθα κρίνοντες dicendum fuisse ἑζόμενοι κρίνομεν putet, monendum est hoc dicere sacerdotem: non quo te dis similem indicemus, huc accessimus tibi supplicantes, sed quod etc. Sententia enim primaria haec est: a te auxilium petimus, secundaria: iudicantes te non dis quidem similem, sed mortalium sapientissimum. Nomine παῖδες omnes qui supplicabant significantur, ut v. 58. Denique verba ἑζόμ. ἐφέστιοι idem significant atque illa quae v. 15 sq. posita sunt, προςήμεθα βωμοῖσι τοῖς σοῖς, coll. Matth. §. 446, 8.

V. 32. ἐφέστιοι] I. e. ἐπὶ τῇ ἑστίᾳ. Vide Matth. §. 446, 8.

V. 33 sq. ἔν τε συμφοραῖς — ξυναλλαγαῖς] In συμφοραῖς βίου intellige quidquid sponte sua hominibus in vita evenire solet, ταῖς συντυχίαις, τοῖς συναντήμασιν: in δαιμόνων ξυναλλαγαῖς quidquid numen deorum invehit praeter solitum, quidquid fit deorum interventu. Sic infra 960. νόσου ξυναλλαγῇ, morbi interventu, et Oed. C. 410. ποίας φανείσης ξυναλλαγῆς; cuiusnam interventu? ut recte explicat Scholiasta. B R. Addo Aiac. 713. ed. mese. Verbis δαιμ. ξυν. Sphingem potissimum a dis immissam Thebanis significat.

V. 35 sqq. ὅς τ' ἐξέλυσας — νῦν τε etc.] Explicat his verbis sententiam modo prolatam, auxilium a te petimus, ita ut hoc dicat: tu enim (ὅς) et antea nos summo malo liberasti, et nunc (νῦν τε) nobis opem salutemque afferes. In eo nihil offensionis est, quod membrum posterius νῦν τε etc. liberius conformatum et pro eo, quod posui, praestabis opem, scriptum est: rogamus te ut nobis opem praestes. Quemadmodum autem hoc loco τὲ particula, respondens eidem post νῦν sequenti particulae, pronomini relativo adnexa est, ita ut ὅς τε ἐξέλυσας etc. idem significet atque ὃς πρόσθεν τε sive ὃς πάλαι τε ἐξέλυσας, eodem prorsus modo dictum est v. 695: ὅς τε ἐμὰν γᾶν φίλαν — κατ' ὀρθὸν σύρισας, τανῦν τ' εὔπομπος etc. et Aeschyl. Pers. 710 sq.: ὅς θ' ἕως ἔλευσσες αὐγὰς ἡλίου, ζηλωτὸς ὢν βίοτον εὐαίωνα Πέρσαις ὡς θεὸς διήγαγες, νῦν τέ σε ζηλῶ θανόντα. Similiter dixit Herodot. VIII, 101: σὺ ὦν ἐμοί, καὶ γὰρ — νῦν τε συμβούλευσον etc. De omisso in priore membro adverbio πρόσθεν sive πάλαι vide ad huius fab. v. 447. ed. mese.

V. 35 sq. ἐξέλυσας — δασμόν] Non multum differt hoc loco significatio verbi ἐκλύειν a verbi simplicis λύειν usu, ita ut idem fere sit atque καύειν. Cf. El. 939: τῆς νῦν παρούσης κἠμοῦ τῆς

40 νῦν τ', ὦ κράτιστον πᾶσιν Οἰδίπου κάρα,
ἱκετεύομέν σε πάντες οἵδε πρόστροποι
ἀλκήν τιν' εὑρεῖν ἡμίν, εἴτε του θεῶν
φήμην ἀκούσας εἴτ' ἀπ' ἀνδρὸς οἶσθά που
ὡς τοῖσιν ἐμπείροισι καὶ τὰς ξυμφορὰς
45 ζώσας ὁρῶ μάλιστα τῶν βουλευμάτων.
ἴθ', ὦ βροτῶν ἄριστ', ἀνόρθωσον πόλιν·
ἴθ', εὐλαβήθηθ'· ὥς σε νῦν μὲν ἥδε γῆ

Ei enim prorsus adversatur νῦν τε, quod sequitur v. 40., nisi v. 35. τὲ particula praecesserit.

V. 47. ὥς σε cum Neuio scripsi. Male vulgo ὡς σέ.

λύσεις βάρος, et Eurip. Phoen. 702: καίτοι ποδῶν σῶν μόχθον ἐκλύει παρών.

V. 36. Schol.: σκληρᾶς ἀοιδοῦ· ὅτι τὸ ἀοιδοῦ εὐφημόν ἐστι, προςέθηκε σκληρᾶς, ὅ ἐστι δυςκόλου, διὰ τὸ αἴνιγμα, ἠφονικῆς. Dicitur Sphinx dura, i. e. gravis, crudelis.

V. 38. Schol.: οὐδ' ἐκδιδαχθείς· οἷον οὐ προακούσας παρ' ἡμῶν τὸν τρόπον τῶν αἰνιγμάτων. — προςθήκη· συμβουλῇ, ἐπικουρίᾳ.

V. 40. κράτιστον πᾶσιν] Πᾶσιν non neutrum est, sed masculinum, ut O. C. 1446: ἀνάξιαι γὰρ πᾶσίν ἐστε δυςτυχεῖν, cum quo loco apte Matthiae ad Eur. Heracl. 451. comparat Xenoph. Mem. I, 1: Σωκράτης ἄξιός ἐστι θανάτου τῇ πόλει. Similiter hic πᾶσι κράτιστος dictum hoc sensu: omnibus optimus, i. e. qui ab omnibus optimus haberis. Cf. Ai. 591. et 1254. ed. meae.

V. 41. ἱκετεύομεν — πρόστροποι] Simillime dictum Philoct. 470: ἱκέτης ἱκνοῦμαι, et O. C. 1327: ἱκετεύομεν ξύμπαντες ἐξαιτούμενοι. Nam πρόστροπος supplicem significat, ut Philoct. 773. ὄντα σαυτοῦ πρόστροπον, et O. C. 1309. προστροπαίους λιτάς. Sic προστρέπω supplico O. C. 50. Ai. 831.

V. 42. ἀλκήν τιν' εὑρεῖν] Cfr. Eurip. Androm. 28: καὶ πρὶν μὲν ἐν κακοῖσι κειμένην ὅμως ἐλπίς μ' ἀεὶ προςῆγε, σωθέντος τέκνου, ἀλκήν τιν' εὑρεῖν κἀπικούρησιν κακῶν.

V. 43. οἶσθά που] Exspectaveris εἰδώς που. Sed vide quae ad v. 447. adnotavimus.

V. 44 sq. Schol.: ὡς τοῖσιν ἐμπείροισιν· ἐν τοῖς συνετοῖς τὰς συντυχίας καὶ τὰς ἀποβάσεις τῶν βουλευμάτων ὁρῶ ζώσας καὶ οὐκ ἀπολλυμένας. οὐ σφάλλονται, ἀλλὰ τὸ ἀποβησόμενον στοχάζονται καλῶς. De locutione αἱ ξυμφοραὶ τῶν βουλ., significante eventus consiliorum, apte Musgravius adscripsit Thucyd. I, 140: ἐνδέχεται τὰς ξυμφορὰς τῶν πραγμάτων οὐχ ἧσσον ἁμαθῶς χωρῆσαι ἢ καὶ τὰς διανοίας τοῦ ἀνθρώπου, ad quem locum Scholiasta: τὰς ξυμφορὰς· τὰς ἀποβάσεις. Eventus autem illi quum dicuntur ζῆν, significantur non perire, id est vigere, coll. v. 485. Ant. 457., ita ut τοῖς ἐμπείροις αἱ ξυμφ. τῶν β. ζῶσιν sit: consilia hominum prudentium prosperum eventum habent. Cfr. Herodot. VII, 157: τῷ δὲ εὖ βουλευθέντι πρήγματι τελευτὴ ὡς τὸ ἐπίπαν χρηστὴ ἐθέλει ἐπιγίνεσθαι.

V. 46 sqq. ἴθ', ὦ βροτῶν — ὕστερον] Ad hunc locum quae adnotanda erant, in Excursum IV. post hanc fabulam reiicienda putavi.

σωτῆρα κλῄζει τῆς πάρος προμηθίας·
ἀρχῆς δὲ τῆς σῆς μηδαμῶς μεμνώμεθα,
50 στάντες τ' ἐς ὀρθὸν καὶ πεσόντες ὕστερον·
ἀλλ' ἀσφαλείᾳ τήνδ' ἀνόρθωσον πόλιν.
ὄρνιθι γὰρ καὶ τὴν τότ' αἰσίῳ τύχην
παρέσχες ἡμῖν, καὶ τανῦν ἴσος γενοῦ.
ὡς, εἴπερ ἄρξεις τῆσδε γῆς, ὥσπερ κρατεῖς,
55 ξὺν ἀνδράσιν κάλλιον ἢ κενῆς κρατεῖν.
ὡς οὐδέν ἐστιν οὔτε πύργος οὔτε ναῦς
ἔρημος ἀνδρῶν μὴ ξυνοικούντων ἔσω.

V. 48. προμηθίας ego primus restitui. Notatum est autem in Γ: γρ. προμηθίας, in Δ: γρ. προμηθείας. Libri προθυμίας, quod absurdum est, siquidem Oedipus non propter voluntatem aut studium, sed propter praestitum auxilium sive sapientiam suam servator Thebarum praedicabatur. De forma substantivi προμηθίας

V. 48. τῆς πάρος προμηθίας] Genitivus aptus est ex verbo κλῄζει, quod quum praedicandi vel laudandi notionem habeat, iure cum genitivo iungitur. Cfr. Matth. §. 368. Rost. §. 109.

V. 51. Schol.: ἀλλ' ἀσφαλείᾳ· γνώμῃ ἀσφαλεῖ καὶ ἐχυρᾷ εὐβουλίᾳ τὸ ἐμπεσὸν κακὸν τῇ πόλει ἀνόρθωσον. At quis unquam Graecorum eo sensu substantivum ἀσφάλεια usurpavit? Immo non dubium, quin ἀσφαλείᾳ ἀν. πόλιν significet: erige civitatem, ut firma stet. Est enim ἀσφαλείᾳ dativus consilii, de quo dixi ad Philoct. 1126 sq. ed. sec. Ceterum cfr. Ant. 162 sq.: τὰ μὲν δὴ πόλεος ἀσφαλῶς θεοί, πολλῷ σάλῳ σείσαντες, ὤρθωσαν πάλιν.

V. 52 sq. ὄρνιθι γὰρ — γενοῦ] Structura haec est: ὥσπερ γὰρ τὴν τότε τύχην ὄρνιθι αἰσίῳ παρέσχες ἡμῖν, οὕτω καὶ νῦν ἴσος γενοῦ. De verborum collocatione ad O. C. 1223. egimus.

V. 55. ξὺν ἀνδράσιν] Non iungendum cum verbo κρατεῖν, sed cum substantivo γῆς, coll. Philoct. 825. cum nota nostra.

V. 56. Multi h. l. imitando expresserunt. Tacit. Hist. I, 84: quid? vos pulcherrimam hanc urbem domibus et tectis et congestu lapidum stare creditis? ubi Lipsius comparat Dion. Cass. LVI, 6: ἄνθρωποι γάρ που πόλις ἐστίν, οὐκ οἰκίαι, οὐδὲ στοαί, οὐδ' ἀγοραὶ ἀνδρῶν κεναί, ad quem Reimar. excitat Thucyd. VII, 77: ἄνδρες γὰρ πόλις, καὶ οὐ τείχη. Sophoclis locum non recordabatur. Lucian. de Gymn. c. 20: πόλιν γὰρ ἡμεῖς οὐ τὰ οἰκοδομήματα ἡγούμεθα εἶναι, οἷον τείχη — τὸ δὲ πᾶν κῦρος ἐν τοῖς πολίταις κεκτήμεθα. Aristides T. I. p. 791. ed Dind.: ἐὰν — πιστεύσητε ἀληθὲς εἶναι τὸ πάλαι τοῦτο, ὡς ἄρα οὐ τείχη, οὐδὲ ᾠδεῖα, οὐδὲ στοαί, οὐδὲ ὁ τῶν ἀψύχων κόσμος αἱ πόλεις εἰσιν, ἀλλ' ἄνδρες αὐτοῖς εἰδότες θαῤῥεῖν. Ib. p. 821: τὸν λόγον βεβαιῶσαι, ὅτι οὐκ οἰκίαι καλῶς ἐστεγασμέναι κ. τ. λ. FR. IACOBS.

V. 57. ἔρημος — ἔσω] Id est εἰ ἔρημός ἐστιν οὕτως, ὥστε μηδένα ξυνοικεῖν ἔσω. Simili cum abundantia dictum El. 241: γονέων ἐκτίμους ἔχουσα πτέρυγας ὀξυτόνων γόων. Ant. 791: σὺ καὶ

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὦ παῖδες οἰκτροί, γνωτὰ κοὐκ ἄγνωτά μοι
προσῆλθεθ' ἱμείροντες. εὖ γὰρ οἶδ', ὅτι
60 νοσεῖτε πάντες, καὶ νοσοῦντες, ὡς ἐγὼ
οὐκ ἔστιν ὑμῶν ὅστις ἐξ ἴσου νοσεῖ.
τὸ μὲν γὰρ ὑμῶν ἄλγος εἰς ἓν ἔρχεται
μόνον καθ' αὑτόν, κοὐδέν' ἄλλον· ἡ δ' ἐμὴ
ψυχὴ πόλιν τε κἀμὲ καὶ σ' ὁμοῦ στένει.
65 ὥστ' οὐχ ὕπνῳ γ' εὕδοντά μ' ἐξεγείρετε,
ἀλλ' ἴστε πολλὰ μέν με δακρύσαντα δή,

ad El. 1019. diximus.

V. 49. Non recte recentiores editores paene omnes *μεμνώμεθα* scripserunt, cum Eustathio optativum hic positum a poeta esse arbitrati.

V. 62. *εἰς ἓν* scripsi cum Elmsleio. Vulgo *εἰς ἕν'*.

δικαίων ἀδίκους φρένας παρασκᾷς ἐπὶ λώβᾳ. Ibid. 881: *τὸν δ' ἐμὸν πότμον ἀδάκρυτον οὐδεὶς φίλων στενάζει*. O. C. 1200. *τῶν σῶν ἀδέρκτων ὀμμάτων τητώμενος*. De adverbii *ἔσω* usu ad Ant. 489. diximus.

V. 58. *ὦ παῖδες οἰκτροί*] Non adolescentes tantum; sed tota quae aderat multitudo supplicantium significatur. Cf. v. 1. et v. 32. De ordine verborum vide Matth. §. 277. Tum *γνωτὰ κοὐκ ἄγνωτα* ne quis inutili cum abundantia dictum putet, tenendum est hoc significare: non ignota, sed bene nota. Videbantur enim qui supplices ad Oedipum accesserant in ea esse sententia, ut mala civitatis ab eo ignorari crederent. Cf. El. 929. 1078. Ai. 289. et Matth. §. 444, 5. — Denique noli cum Matth. §. 350. not. existimare verbum *ἱμείρειν* cum accusativo rei, quae desideretur, coniunctum hic a Sophocle esse. Immo adiectiva *γνωτὰ κοὐκ ἄγνωτα* referenda sunt ad notionem substantivi, quod latet in verbo *ἱμείρειν*, ita ut *ἄγνωτα ἱμείρειν* significet *ἄγνωτον ὕμερον ἱμείρειν*.

V. 60. *νοσοῦντες*] Attice pro *νοσούντων* dici etiam Elmsleius putabat. Neque Atticum hic quicquam, nec pro genitivo positus nominativus. Nam sensus est: *νοσοῦντες οὐ νοσεῖτε ἐξ ἴσου ὡς ἐγώ*. Ut autem indicaret de omnibus nullo excepto id intelligendum esse, mutata oratione dicit *οὐκ ἔστιν ὑμῶν ὅστις*. HERM.

V. 64. *πόλιν τε κἀμὲ*] Vide quae ad 905. adnotavi.

V. 65. *ὕπνῳ γ' εὕδοντα*] Parum grave tragico fuit *ἐν ὕπνῳ ὄντα*, quod scriptor prosaicus posuisset. Eiusdem generis sunt *θυμοῦσθαι δι' ὀργῆς* 344. (339. ed. meae), *εἰς τὸ φῶς φαίνειν* 1229. Electr. 650. *ζῶσαν ἀβλαβεῖ βίῳ*, 951. *βίῳ θάλλοντα*. Trach. 168. *ζῆν ἀλυπήτῳ βίῳ*. Eur. Hel. 530. *ἐν φάει ζῆν*, et alia multa, quae in Advers. in Phil. p. 52 sq. memoravi. Similiter Virg. Aen. I, 680. somno sopitum. *Εὕδειν* autem saepius de otiosis dicitur, ut v. 586. (566.) O. C. 307. Aesch. Ag. 1328. ed. Blomf. Choeph. 868. Theocr. II, 126: *εὕδον δ', εἴ κε* etc., quod est: nihil fecissem, *ich würde mich ruhig verhalten haben*. Non recte

πολλὰς δ' ὁδοὺς ἐλθόντα φροντίδος πλάνοις.
ἣν δ' εὖ σκοπῶν εὕρισκον ἴασιν μόνην,
ταύτην ἔπραξα. παῖδα γὰρ Μενοικέως
70 Κρέοντ', ἐμαυτοῦ γαμβρόν, ἐς τὰ Πυθικὰ
ἔπεμψα Φοίβου δώμαθ', ὡς πύθοιτο, τί
δρῶν ἢ τί φωνῶν τήνδε ῥυσαίμην πόλιν.
καί μ' ἦμαρ ἤδη ξυμμετρούμενον χρόνῳ
λυπεῖ, τί πράσσει. τοῦ γὰρ εἰκότος πέρα
75 ἄπεστι πλείω τοῦ καθήκοντος χρόνου.
ὅταν δ' ἵκηται, τηνικαῦτ' ἐγὼ κακὸς
μὴ δρῶν ἂν εἴην πάνθ' ὅσ' ἂν δηλοῖ θεός.

V. 71. πύθοιτο, τί ex Ludolfi Stephani coniectura scripsi. Libri πύθοιθ', ὅ τι.

enim vulgo redditur: contentus fuissem. Xenoph. An. I, 3, 11: ἐμοὶ οὖν δοκεῖ οὐχ ὥρα εἶναι ἡμῖν καθεύδειν, οὐδ' ἀμελεῖν ἡμῶν αὐτῶν. Conf. Huschk. ad Tibull. I, 1, 48. Ad rem et locutionem compares Aesch. Sept. c. Theb. 3.

V. 67. πολλὰς δ' — πλάνοις] Singularis dictio ἐλθεῖν πλάνοις, i. e. πλανώμενον ἐλθεῖν, usurpata etiam Phil. 758 ed. meae, quem locum consule. Sensus igitur: multas vias adhibendae sanationis in animo meo pervagatus sum, i. e. omnem rationem, qua malo, quo urgemini, mederi possem, mecum animo reputavi. Similiter Eur. Or. 632: Μενέλαε, ποῖ σὸν πόδ' ἐπὶ συννοίᾳ κυκλεῖς, διπλῆς μερίμνης διπτύχους ἰὼν ὁδούς; De φροντίδος πλάνοις compara 727. ψυχῆς πλάνημα, Eurip. Hippol. 283. πλάνον φρενῶν, 290. γνώμης ὁδόν.

V. 68 sq. ἣν δ' — ταύτην ἔπραξα] Notanda est locutio πράττειν ἴασιν, perficere sanationem, id est, rem facere, qua sanari posse civitas videatur. Simillime dictum Philoct. 86 sq.: ἐγὼ μὲν οὔς ἂν τῶν λόγων ἀλγῶ κλύων, τούσδε καὶ πράσσειν στυγῶ.

V. 70. ἐμαυτοῦ γαμβρόν] Sororis maritum notat haec vox etiam ap. Eur. Electr. 1295. BR.

V. 72. τήνδε ῥυσαίμην] Notanda correptio vocalis ante ῥ verbi ῥύεσθαι. Vide Aesch. Prom. 235. Sept. c. Th. 91. 830. Eur. Suppl. 380. Bacch. 1336., quae partim tamen emendatione indigent. HERM.

V. 73. καί μ' ἦμαρ — χρόνῳ] Ad χρόνῳ adsumendum ex sequentibus τοῦ ἀπεῖναι, ita ut hoc dici videatur: et quum diem, quo abiit, compono tempori, per quod abest, sive, ut Brunckius interpretatus est, et quum computo, quotus hic dies sit, ex quo abiit.

V. 74. λυπεῖ, τί πράσσει] Infra 156: ἀζόμενος, τί μοι — ἐξανύσεις χρέος. Ai. 794: ὥστε μ' ὠδίνειν, τί φῄς. Eur. Hec. 185: δειμαίνω, τί ποτ' ἀναστένεις. Vid. Schaef. ad L. Bos. p. 380 sq. ERF. Adde Matth. §. 488, 1.

V. 74 sq. τοῦ γὰρ — χρόνου] Hoc dicit: nam contra exspectationem diutius quam debebat abest. Pro genitivo χρόνου exspectaveris accusativum χρόνον. Sed vide Lobeck. ad Ai. 277. p. 199. ed. sec.

V. 76 sq. τηνικαῦτ' — θεός] Inscius Oedipus his verbis neces-

ΙΕΡΕΥΣ.

ἀλλ' ἐς καλὸν σύ τ' εἶπας, οἶδε τ' ἀρτίως
Κρέοντα προσσνείχοντα σημαίνουσί μοι.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

80 ὦναξ Ἄπολλον, εἰ γὰρ ἐν τύχῃ γέ τῳ
σωτῆρι βαίη, λαμπρὸς ὥσπερ ὄμματι.

ΙΕΡΕΥΣ.

ἀλλ' εἰκάσαι μὲν ἡδύς. οὐ γὰρ ἂν κάρα
πολυστεφὴς ὧδ' εἶρπε παγκάρπου δάφνης.

V. 79. προσστείχοντα. Sic cum Erfurdtio scripsi. Libri προστείχοντα.

sitatem sibi imponit investigandae eius rei, qua explorata semet ipsum in maximam calamitatem coniecit.

V. 77. δηλοῖ] Coniunctivus est; vide Matth. §. 527. not. 2.

V. 78 sq. Schol.: οἶδε τ' ἀρτίως Κρ. προσστείχοντα· οἱ ἡίθεοι πρὸς τὸ οὖς αὐτοῦ φασιν, ὅτι πάρεστι Κρέων, ὡς ὀξυωπέστεροι, δι' αἰδῶ δὲ τοὺς λόγους παρῃτήσαντο. ὁ δὲ ἱερεὺς ἅμα μὲν ὡς προσβύτης οὐχ ὁρᾷ, ἅμα δὲ κατὰ νοῦν ἔχων τὸν λόγον τοῦ βασιλέως. Notum illud est, ἐς καλὸν εἶπας idem esse atque καλῶς εἶπας. Dicitur autem Oedipus bene dixisse, quod Apollinis iussa diligentissime se executurum esse professus erat.

V. 80. Schol.: εἰ γάρ· ἀντὶ τοῦ εἴθε. Cf. Matth. §. 513. not. 3. — De verbis ἐν τύχῃ τῳ comparat Erfurdtius Aesch. Sept. c. Th. 474. σὺν τύχῃ δέ τῳ. Choeph. 136. δεῦρο σὺν τύχῃ τινί. Ai. 853. σὺν τάχει τινί. — De locutione τύχῃ σωτῆρι cf. Lobeck. ad Ai. 323. Matth. §. 429, 4. et ad Phil. 1443. ed. meae, et de ἐν praepositione quae ad eandem fab. 60. monui.

V. 81. λαμπρὸς ὥσπερ ὄμματι] Aliter Pindar. Nem. VII, 95 sq.: ἔν τε δαμόταις ὄμματι δέρκομαι λαμπρόν.

V. 82. εἰκάσαι μὲν] Ut coniicere licet; vide Matth. §. 545. De adiectivi ἡδύς significatu ad Ant. 421. monuimus.

Ibid. οὐ γὰρ ἂν κάρα] Coronati enim soli domum redibant, quibus laetae sortes obtigerant. Quocirca bene in Scholio additum ἐπί τινι αἰσίῳ. Quibus vero vel tristia nuntiata fuerant, vel domum repetentibus adversi aliquid acciderat, ii coronas deponebant. Theseus apud Eur. Hipp. 813. audito uxoris leto: τί δῆτα τοῖς δ' ἀνέστεμμαι κάρα πλεκτοῖσι φύλλοις, δυστυχὴς θεωρὸς ὤν; Fabius Pictor legatus a Delphis Romam reversus in senatu dicit apud Liv. XXIII, 11: se iussum ab templi antistite, sicut coronatus laurea corona et oraculum adiisset et rem divinam fecisset, ita coronatum navem ascendere, nec ante deponere eam, quam Romam pervenisset. BR. Vide El. 43. et Trach. 177. cum adnotationibus nostris.

V. 83. παγκάρπου] perfecundae. Insolentior quidem significatio, sed quae aliarum vocum a πᾶν compositarum analo-

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

τάχ' εἰσόμεσθα· ξύμμετρος γὰρ ὡς κλύειν.
85 ἄναξ, ἐμὸν κήδευμα, παῖ Μενοικέως,
τίν' ἡμὶν ἥκεις τοῦ θεοῦ φήμην φέρων;

ΚΡΕΩΝ.

ἐσθλήν. λέγω γὰρ καὶ τὰ δύςφορ', εἰ τύχοι
κατ' ὀρθὸν ἐξελθόντα, πάντ' ἂν εὐτυχεῖν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἔστιν δὲ ποῖον τοὔπος; οὔτε γὰρ θρασὺς
90 οὔτ' οὖν προδείσας εἰμὶ τῷ γε νῦν λόγῳ.

ΚΡΕΩΝ.

εἰ τῶνδε χρῄζεις πλησιαζόντων κλύειν,
ἕτοιμος εἰπεῖν, εἴτε καὶ στείχειν ἔσω.

gia satis superque defenditur. ERF. De notione adiectivi πολυστεφής, genitivum regentis, vide Matth. §. 345. et de εἰρπε ἄν eundem §. 508. c.

V. 84. ξύμμετρος γὰρ ὡς κλύειν] Pro dativo substantivi, quocum iungendum ξύμμετρος fuisse videatur, hoc loco verba ὡς κλύειν posita sunt, ita ut hoc dicat Oedipus: eo enim in loco iam versatur, ut idoneus sit, qui nos exaudiat, i. e. tam prope adest, ut audire nos possit. Cf. Ant. 387. et Monk. ad Eurip. Alc. 26. Scholiasta: οὐκ ἔστι, φησί, μακράν, ἀλλ' ἐγγύς, καὶ μέτρον ἔχων τοῦ ἀκούειν διὰ τὸ πλησίον γενέσθαι.

V. 85. ἄναξ] Creo quomodo ita appellari potuerit, apparet ex iis, quae ad v. 882. adnotavimus. Tum ἐμὸν κήδευμα idem est atque ἐμὸς κηδεστής. Adscripsit Brunckius Ant. 756. γυναικὸς δούλευμα. Eur. Or. 479. κήδευμ' ἐμόν. 1237: ὦ ξυγγένεια πατρὸς ἐμοῦ. Phoen. 298. Or. 924. τάνδον οἰκουρήματα. Bacch. 792. δουλείαις ἐμαῖς. Androm. 446. δόλια βουλευτήρια, coll. M. Cicerone de Orat. III, 42. Cf. Rost. §. 97, 2. a. α.

V. 87 sq. Schol.: ὁ μὲν Οἰδίπους, τίς εἴη ὁ χρησμός, ἐπυνθάνετο. ὁ δὲ οὐκ εὐθὺς αὐτὸ τὸ ῥητὸν φιλὸν εἶπεν· ἀπὸ γὰρ τῶν εὐφήμων ἄρξασθαι θέλει. ὁ δὲ νοῦς· λέγω γὰρ πάντα ἂν εὐτυχεῖν τὴν πόλιν, εἰ καὶ τὰ δύςφημα τύχοι κατ' ὀρθὸν ἐξελθόντα, τουτέστιν, εἰ τὰ ἄγνωστα γνωσθείη, τὸ τίς ἐστιν ὁ φονεὺς Λαΐου. οὐδὲν γὰρ χαλεπὸν ἔνι ἐν τῷ χρησμῷ, ἀλλ' ἀγνοεῖται μόνον τὸ ὑπ' αὐτοῦ ῥηθέν. — καὶ τὰ δύςφορ' εἰ τύχοι· καὶ τὰ χαλεπὰ εἰ τύχοι κατ' ὀρθὸν προϊόντα, πάντα εὐτυχεῖν ἡμᾶς λέγω. Faustum oraculum (ἐσθλὴν φήμην) dicit, quod fore, ut Thebani peste liberarentur, responsum erat; infaustum (τὰ δύςφορα), quod, ut liberarentur, interfectorem Lai investigare investigatumque aut expellere urbe aut interficere iussi erant. Tum κατ' ὀρθὸν ἐξελθεῖν idem fere est atque κατορθοῦσθαι, rite perfici. Itaque rem etiam tristem, investigationem interfectionemque occisoris Lai, si rite perficiatur, prosperrimam fore Creo Thebanis ait. Denique de locutione πάντα εὐτυχεῖν vide ad v. 259. ed. meae et cf. Herodot. VII, 233: οὐ μέντοι τά

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἐς πάντας αὔδα. τῶνδε γὰρ πλέον φέρω·
τὸ πένθος ἢ καὶ τῆς ἐμῆς ψυχῆς πέρι.

ΚΡΕΩΝ.

95 λέγοιμ' ἂν οἷ' ἤκουσα τοῦ θεοῦ πάρα.
ἄνωγεν ἡμᾶς Φοῖβος ἐμφανῶς ἄναξ
μίασμα χώρας, ὡς τεθραμμένον χθονὶ
ἐν τῇδ', ἐλαύνειν, μηδ' ἀνήκεστον τρέφειν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ποίῳ καθαρμῷ; τίς ὁ τρόπος τῆς ξυμφορᾶς;

ΚΡΕΩΝ.

100 ἀνδροκτονοῦντας, ἢ φόνῳ φόνον πάλιν
λύοντας, ὡς τόδ' αἷμα χειμάζον πόλιν.

γε πάντα εὐτύχησαν. Idem I, 65. τοὺς ἄλλους πολέμους εὐτυχοῦντες.

V. 89 sq. οὔτε γὰρ θρασὺς — λόγῳ] De οὔτε — οὔτε οὖν vide Matth. §. 625. p. 1275. — λόγῳ ablativus instrumenti est, ut sensus sit: neque bonus animus mihi factus neque metus mihi sermone tuo iniectus est. Cf. Matth. §. 398. Aeschyl. Pers. 215: οὔτ' ἄγαν φοβεῖν λόγοις οὔτε θαρσύνειν. Plutarch. vit. Demosth. c. 9: Δημοσθένης — οὕτως ἐπέστρεψε τοὺς παρόντας, ὥστε δείσαντα τῷ θορύβῳ τὸν σοφιστὴν ὑπεκδῦναι τῆς παρηγόρεως.

V. 91. πλησιαζόντων] Tironum causa moneo πλησιάζειν, id quod res ipsa docet, prope adesse hic significare. Sic διπλάζειν Ai. 268. est duplex esse. Alia eiusdem significationis verba in αζω exeuntia vide apud Lobeckium ad Ai. 268. p. 196 sq. ed. sec.

V. 92. ἕτοιμος] De omisso εἰμὶ vide Matth. §. 306. — εἴτε καὶ etc. elliptice dictum pro καὶ εἰ χρῄζεις, ἕτοιμός εἰμι καὶ ἔσω στείχειν.

V. 93 sq. Schol.: ἐς πάντας αὔδα· ἀξίως τοῦ βασιλικοῦ ἤθους δημοσίᾳ φράζειν κελεύει· ἅμα μὲν ἐπεὶ μηδὲν ὑποπτεύει περὶ ἑαυτοῦ, καὶ οἴεται θεοφιλὴς εἶναι, ἅμα δὲ καὶ ὑπὲρ τοῦ ἐν μέσῳ ῥηθέντων ἀνυσθῆναι τὰ τῆς ἀναζητήσεως. αὔξει δὲ ὁ ποιητὴς τὸ ὡς εὐνοϊκὸν ἦθος τοῦ Οἰδίποδος, ὅπως αὔξοιτο τὰ τῆς τραγῳδίας, ὕστερον αἴτιον αὐτοῦ τῶν κακῶν ἀναφαινομένου. — τῶνδε γὰρ πλέον φέρω τὸ πένθος· περὶ τούτων πλέον ἀγωνίζομαι ἢ περὶ τῆς ἐμαυτοῦ ψυχῆς. Cf. Matth. §. 277. b.

V. 99. τίς ὁ τρόπος τῆς ξυμφορᾶς;] Significat hic τρόπος proprietatem. Eurip. Phoen. 388: τί τὸ στέρεσθαι πατρίδος; — τίς ὁ τρόπος αὐτοῦ; τί φυγάσιν τὸ δυςχερές; Herc. f. 945: τίς ὁ τρόπος ξενώσεως τῆςδε; Schneiderus in lex. Gr. interpretatur aversionem, quasi τροπήν. NEUIUS.

V. 101. ὡς τόδ' αἷμα — πόλιν] Id est: quod haec caedes urbem vexet, i. e. dicens (Apollo) hac caede urbem vexari. De forma loquendi cf. Matth. §. 568, 3. Τόδε αἷμα idem est atque τοῦτον τὸν φόνον, Lai caedem significans.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ποίου γὰρ ἀνδρὸς τήνδε μηνύει τύχην;

ΚΡΕΩΝ.

ἦν ἡμίν, ὦναξ, Λάϊός ποθ' ἡγεμὼν
γῆς τῆσδε, πρὶν σὲ τήνδ' ἀπευθύνειν πόλιν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἔξοιδ' ἀκούων· οὐ γὰρ εἰσεῖδόν γέ πω.

ΚΡΕΩΝ.

τούτου θανόντος, νῦν ἐπιστέλλει σαφῶς
τοὺς αὐτόεντας χειρὶ τιμωρεῖν τινά.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

οἱ δ' εἰσὶ ποῦ γῆς; ποῦ τόδ' εὑρεθήσεται
ἴχνος παλαιᾶς δυστέκμαρτον αἰτίας;

ΚΡΕΩΝ.

ἐν τῇδ' ἔφασκε γῇ. τὸ δὲ ζητούμενον
ἁλωτόν· ἐκφεύγει δὲ τἀμελούμενον.

V. 107. τινά ex Schaeferi coniectura scripsi. Vitiose libri τινάς.

V. 102. ποίου — τύχην] I. e. ποίου γὰρ ἀνδρός ἐστιν ἥδε ἡ τύχη, ἣν μηνύει;

V. 107. χειρὶ τιμωρεῖν] Cf. quae ad v. 140. adnotavimus. De pronomine τινά, quod idem fere atque ἡμᾶς significat, vide Matth. §. 487, 3.

V. 110. Conferunt editores Chaeremon. ap. Stob. I, 9. p. 236: οὐκ ἔστιν οὐδὲν τῶν ἐν ἀνθρώποις, ὅ τι οὐκ ἐν χρόνῳ ζητοῦσιν ἐξευρίσκεται, et Terent. Heaut. IV, 2, 8: nihil tam difficile est, quin quaerendo investigari possiet.

V. 112. Schol.: ὡς συνετὸς ὁ Οἰδίπους ζητεῖ τὰ καθ' ἕκαστα, εἶτα οὕτως ἐπὶ τὴν ἀναζήτησιν ἔξεισι, μετακεμψάμενος τοὺς πολίτας, ἵνα καὶ ἀφορμὴ τῆς εἰσόδου γενήσεται. Mirum videri potest, quod poeta nescire facit Oedipum post tam diuturnam cum Iocasta consuetudinem, ubi quaque vi occiderit Laius. At habet ea res excusationem, quam attulit Aristoteles A. P. XVIII, 14. et XXV, 8. ed. Herm., caedem illam ἔξωθεν τῆς τραγῳδίας esse monens. EHFURDT.

V. 113. συμπίπτει] Notione perfecti absoluti usurpatum, ut ab Hom. Il. κ, 200: ἑδριάασκον ἐν καθαρῷ, ὅθι δὴ νεκύων διεφαίνετο χῶρος πιπτόντων.

V. 114. Schol.: θεωρός ὁ πρὸς τοὺς θεοὺς διὰ χρησμὸν ἀπεσταλμένος. Scilicet τὸν ἐκτεθέντα παῖδα μαστεύων μαθεῖν, εἰ μηκέτ' εἴη, monente Euripide Phoen. 36. ELMSL.

V. 116 sq. Schol.: οὐδὲ συμπράττω ὁδοῦ· οἷον, οὐδὲ ἀκόλουθος, παρ' οὗ τις ἂν μάθοι καὶ χρήσαιτο πρὸς ζήτησιν. Videtur omnino poeta verbis

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

πότερα δ' ἐν οἴκοις, ἢ 'ν ἀγροῖς ὁ Λάϊος,
ἢ γῆς ἐπ' ἄλλης τῷδε συμπίπτει φόνῳ;

ΚΡΕΩΝ.

θεωρός, ὡς ἔφασκεν, ἐκδημῶν, πάλιν
115 πρὸς οἶκον οὐκέθ' ἵκεθ', ὡς ἀπεστάλη.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

οὐδ' ἄγγελός τις, οὐδὲ συμπράκτωρ ὁδοῦ
κατεῖδ', ὅτου τις ἐκμαθὼν ἐχρήσατ' ἄν;

ΚΡΕΩΝ.

θνήσκουσι γάρ, πλὴν εἷς τις, ὃς φόβῳ φυγὼν
ὧν εἶδε πλὴν ἓν οὐδὲν εἶχ' εἰδὼς φράσαι.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

120 τὸ ποῖον; ἓν γὰρ πόλλ' ἂν ἐξεύροι μαθεῖν,
ἀρχὴν βραχεῖαν εἰ λάβοιμεν ἐλπίδος.

ΚΡΕΩΝ.

λῃστὰς ἔφασκε συντυχόντας οὐ μιᾷ
ῥώμῃ κτανεῖν νιν, ἀλλὰ σὺν πλήθει χερῶν.

ὅτου τις etc. dicere id debuisse, quod Scholiastae dixisse visus est. At quae nunc posita verba in codicibus omnibus videmus, ὅτου τις ἐκμαθὼν ἐχρήσατ' ἄν, eorum non potest nisi hic sensus esse: a quo nuntium accepisset civitas et quo ad rem investigandam usa esset. Quod mire, ne dicam inepte dictum esse patet. Neque enim apparet, cuiusmodi membrum conditionale intelligendum sit. Illud enim fieri non potest, ut intelligamus cum Sandero: si voluisset civitas. Itaque nescio an locus corruptus sit.

V. 118. Schol.: θνήσκουσι γὰρ πλὴν εἷς τις· οἷον, πάντες οἱ ἀκολουθοῦντες αὐτῷ ἀνῃρέθησαν, δηλονότι ὑπεραγωνιζόμενοι τοῦ δεσπότου, πλὴν ἑνός, ὃς διὰ δειλίαν ἐκφυγὼν οὐδὲν ἀκριβὲς εἶχεν εἰπεῖν, πλὴν ὅτι ὑπὸ λῃστῶν ἀνῃρέθη. ἄκρως δὲ ὑπέγραψε τὸ ἦθος τῶν δειλῶν· ἅμα μὲν γὰρ ἐπαίρουσι τὰ πεπραγμένα, ἵνα μὴ δόξωσι διὰ δειλίαν φυγεῖν, ἅμα δὲ καὶ ἐν παραφρονήσει ὄντες τὰ βραχέα μείζω δοξάζουσι. καλῶς δὲ φκονόμηται, ἵνα τέως μὴ ἐλέγχοιτο τὸ κατὰ τὸν Οἰδίποδα. Vide quae ad v. 122. adnotavi.

V. 120. ἐξεύροι] Gl. ἀντὶ τοῦ μηχανὴν δοίη.

V. 122. Structura et sensus: συντυχεῖν αὐτῷ λῃστὰς καὶ οὐχ ἕνα κτανεῖν αὐτόν, ἀλλὰ πλείονας. Cf. Matth. §. 636. Valde probabiliter Sophocles servum illum, quo magis poenam neglecti desertique regis effugeret, narrasse sumpsit a pluribus hominibus Laium interfectum esse. Accedit, quod hoc commentum ad artificiosam fabulae compositionem multum conferebat. Ab uno enim homine si fama fuisset Laium occisum esse, iam post v. 767 sq. (740 sq.) Oedipus se interfectorem eius esse intellexisset, ut ex v. 836—847. (809—820.) apparet.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

πῶς οὖν ὁ λῃστής, εἴ τι μὴ ξὺν ἀργύρῳ
125 ἐπράσσετ' ἐνθένδ', ἐς τόδ' ἂν τόλμης ἔβη;

ΚΡΕΩΝ.

δοκοῦντα ταῦτ' ἦν· Λαΐου δ' ὀλωλότος,
οὐδεὶς ἀρωγὸς ἐν κακοῖς ἐγίγνετο.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

κακὸν δὲ ποῖον ἐμποδὼν, τυραννίδος
οὕτω πεσούσης, εἶργε τοῦτ' ἐξειδέναι;

ΚΡΕΩΝ.

130 ἡ ποικιλῳδὸς Σφὶγξ τὸ πρὸς ποσὶ σκοπεῖν
μεθέντας ἡμᾶς τἀφανῆ προςήγετο.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἀλλ' ἐξ ὑπαρχῆς αὖθις αὖτ' ἐγὼ φανῶ.

V. 130. τὸ restitui ex optimis codicibus. Vulgo τά.
V. 140. Temere a nonnullis editoribus probata est scriptura

V. 124 sq. εἴ τι μὴ — ἐπράσσετ' ἐνθένδ'] Id est: nisi forte hinc (i. e. ex hac urbe sive ab aliquo civi) accepta pecunia conciliaretur. De quo verbi πράσσειν usu confer Duker. ad Thucyd. IV, 89. et Ai. 446. Neque in imperfecto ἐπράσσετο quicquam offensionis est, quamvis in altero membro conditionali aoristus positus sit. Nam hic est totius loci sensus: At non eo usque audaciae progressus esset latro; verum sine dubio pecunia conciliabatur. Quo sensu saepe in protasi et a Graecis et a Latinis imperfectum poni videmus, quamvis in apodosi aoristo locus datus sit. Vide quae ad O. C. 267 sq. adnotavimus. Denique τὶ pronomen ad εἰ particulam spectat, ita ut εἴ τι μή Latine sit nisi forte. Sic hac ipsa in fab. v. 969: εἴ τι μὴ τῷμῷ πόθῳ κατέφθιτο. O. C. 1450: εἴ τι μοῖρα μὴ κιγχάνει. Trach. 586: εἴ τι μὴ δοκῶ πράσσειν μάταιον. 712: εἴ τι μὴ ψευσθήσομαι γνώμης. Scholiasta: εἴ τι μὴ ξὺν ἀργύρῳ· ἀντὶ τοῦ, εἰ μὴ ἐπὶ κέρδει. τείνει δὲ τοῦτο εἰς Κρέοντα, ὡς αὐτοῦ συνθεμένου τῷ τοῦ Λαΐου φονεῖ διὰ τὴν βασιλείαν. ἐνθένδε οὖν, ἐκ τῆς πόλεως ταύτης.

V. 130 sq. Schol.: ἡ ποικιλῳδός· ἠνάγκαζεν ἡμᾶς ἡ Σφὶγξ μεθέντας τὰ ἀφανῆ τὰ κατὰ τὸν φόνον τοῦ βασιλέως (τοῦτο γὰρ ἀφανές) τὸ παρὰ ποσὶ κακὸν σκοπεῖν. Comparat Elmsleius Rhes. 482: μή νυν τὰ πόῤῥω τάγγύθεν μεθεὶς σκόπει.

V. 137. Schol.: οὐ μόνον ὑπὲρ τοῦ ἀνηρημένου βασιλέως ἄξιον ποιήσασθαι τὴν ἀναζήτησιν, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ ἐμοῦ. ὁ γὰρ ἐκείνῳ ἐπιχειρήσας ἴσως κἀμοὶ ἐπιβουλεύσει.

V. 138. αὐτὸς αὐτοῦ] Solet nonnunquam maximeque a tragicis pronomen reciprocum αὐτοῦ in prima et secunda persona pro ἐμαυτοῦ usurpari. Cf. Herm. ad Trach. 451. et Matth. §. 489. — De ἀποσκεδῶ, forma futuri Attica pro ἀποσκεδά-

ἐπαξίως γὰρ Φοῖβος, ἀξίως δὲ σὺ
πρὸ τοῦ θανόντος τήνδ' ἔθεσθ' ἐπιστροφήν·
135 ὥςτ' ἐνδίκως ὄψεσθε κἀμὲ σύμμαχον
γῇ τῇδε τιμωροῦντα τῷ θεῷ θ' ἅμα.
ὑπὲρ γὰρ οὐχὶ τῶν ἀπωτέρω φίλων,
ἀλλ' αὐτὸς αὐτοῦ τοῦτ' ἀποσκεδῶ μύσος.
ὅςτις γὰρ ἦν ἐκεῖνον ὁ κτανὼν τάχ' ἂν
140 κἄμ' ἂν τοιαύτῃ χειρὶ τιμωρεῖν θέλοι.
κείνῳ προςαρκῶν οὖν ἐμαυτὸν ὠφελῶ.
ἀλλ' ὡς τάχιστα, παῖδες, ὑμεῖς μὲν βάθρων
ἵστασθε τούςδ' ἄραντες ἱκτῆρας κλάδους·
ἄλλος δὲ Κάδμου λαὸν ὧδ' ἀθροιζέτω,
145 ὡς πᾶν ἐμοῦ δράσοντος. ἢ γὰρ εὐτυχεῖς
σὺν τῷ θεῷ φανούμεθ', ἢ πεπτωκότες.

codicis Lond., ἐν pro ἂν habentis, quamvis recta sit locutio ἐν χειρί, de qua ad Philoct. 60. dictum.

σω, vide Matth. §. 181, 2. [In tota hac ῥήσει observanda est ars poetae, qui, ut Oedipi sortem miserabiliorem efficiat, Oedipum fingit plenum hac opinione, se pro sua salute pugnare, dum hoc ipsum agit, ut sibi atrocissima mala paret. F. IACOBS.]

V. 139. τάχ' ἂν κἄμ' ἂν — θέλοι] Prius ἂν arctissime iungo particulae τάχα; τάχ' ἂν enim hic etiam posita ἐκ παραλλήλου: posterius refero ad verbum θέλοι. Aliter visum Hermanno ad Vig. p. 781. SCHAEF. Cf. Rost. §. 120. adnot. 4.

V. 140. τιμωρεῖν] Haereo in verbo τιμωρεῖν, quod non memini unquam alia quam ulciscendi, puniendi significatione cum accusativo coniunctum me legere. Atqui aliena illa potestas ab hoc loco est, in quo requirimus verbum, quod occidere significet. Itaque aut librarii posuisse τιμωρεῖν, aut Sophocles nove verbo τιμωρεῖν significationem interficiendi tribuisse existimandus est. Posterius ut statuas, adducare v. 105., in quo ut τιμωρεῖν interpretari possis ulciscì, punire, tamen additum substantivum χειρί, de quo vide ad Ai. 27., facit, ut interficiendi significatio aptior videatur.

V. 141. Schol.: καὶ τοῦτο κυνηγετικὸν τοῦ θεάτρου. τὰ γὰρ ἐναντία ἀποβήσεται.

V. 142 sq. Schol.: ἵστασθε· ἀνίστασθε. Vide quae ad Philoct. 48. et 875. adnotavi. De genitivo βάθρων ex verbo ἵστασθε apto ad Philoct. 605. ed. sec. dixi. Supplices autem cur ablatis ramis discedere iubeantur, in Excurs. I. ad v. 3. explicavi. Ceterum Triclinius: ἰστέον, ὅτι ὁ τόπος, ἔνθα ἡ ἐκκλησία ἐγένετο, βαθμῖσιν ἦν κύκλῳ διειλημμένος ἄλλαις ἐπ' ἄλλαις, ἔνθα οἱ συνελθόντες πάντες καθήμενοι ἀνεμποδίστως ἠκροῶντο τοῦ ἱσταμένου ἐν μέσῳ καὶ συμβουλεύοντος.

V. 144. Schol.: πιθανὴ ἡ εἴςοδος τοῦ χοροῦ. σκέπτεσθαι γάρ φησι δεῖν μετὰ τοῦ δήμου περὶ τῶν πρακτέων.

ΙΕΡΕΥΣ.

ὦ παῖδες, ἱστώμεσθα· τῶνδε γὰρ χάριν
καὶ δεῦρ' ἔβημεν, ὧν ὅδ' ἐξαγγέλλεται.
Φοῖβος δ' ὁ πέμψας τάςδε μαντείας ἅμα
150 σωτὴρ θ' ἵκοιτο καὶ νόσου παυστήριος.

ΧΟΡΟΣ.

(στροφὴ α'.)

Ὦ Διὸς ἀδυεπὲς φάτι, τίς ποτε τᾶς πολυχρύσου
Πυθῶνος ἀγλαᾶς ἔβας

V. 151. ἀδυεπὲς ex La et Lb restituī. Vulgo ἀδυεπής.

V. 147. Schol.: ὦ παῖδες, ἱστώμεσθα· ἕξεισιν ὁ ἱερεὺς πράξας διόπερ ἦλθεν, ἅμα δὲ καὶ ὑπὲρ τοῦ χώραν εἶναι ἑτέρῳ ὑποκριτῆ.

V. 148. ἐξαγγέλλεται] Mediam formam ἐξαγγέλλομαι habet etiam Eur. Heracl. 532. Ion. 1605., simplex ἀγγέλλομαι eodem sensu Soph. Ai. 1376. ELMSL.

V. 151. Schol.: ὦ Διὸς ἀδυεπὲς φάτι· κατὰ τὴν πρόσταξιν τοῦ βασιλέως πάρεισι πρεσβῦται τινες, ἐξ ὧν ὁ χορὸς συμπληροῦται. Διὸς δὲ ἡδυεπῆ φάτιν τὴν μαντείαν φησίν. ὁ γὰρ Ἀπόλλων ὑποφήτης δοκεῖ εἶναι τοῦ πατρὸς, καὶ παρ' ἐκείνου λαμβάνειν τὰς μαντείας, καὶ τοῖς ἀνθρώποις ἐκφέρειν. καὶ Ὅμηρος (Il. β, 93.)· Διὸς ἄγγελος ὅσσα δεδήει. Cf. Aesch. Eum. 19: Διὸς προφήτης δ' ἐστὶ Λοξίας πατρός. Virg. Aen. III, 251. et Schol. ad O. C. 790. ed. meae.

Ibid. Schol.: τίς ποτε τᾶς πολυχρύσου· ἥτις ποτέ ἐστιν. ὅτι μὲν γὰρ πάρεστι λόγιον ἀπὸ τῆς Πυθῶνος, ἀκηκόασιν· τὸ δὲ ῥητὸν αὐτὸ ζητοῦσιν. Ceterum iam ex Hom. Il. ι, 404. notae sunt templi Delphici divitiae. Cf. interpp. ad Eur. Ion. 54. De genitivo Πυθῶνος vide Matth. §. 354. ζ. et de accusativo pendente a verbo βαίνειν Rost. §. 104. adnot. 4.

V. 153. Triclinius: ἐκτέταμαι· ἀντὶ τοῦ ἐκπέπληγμαι, παρ' ὅσον οἱ ἐκπλαγέντες ἔκτασιν σώματος καὶ ἀκινησίαν, ἐν ὅσῳ χρόνῳ ἐκπλήττονται, πάσχουσιν.

Ibid. Schol.: φοβεράν· περίφοβον. καὶ Ἀλκαῖος· ἐλάφῳ δὲ βρόμος ἐν στήθεσι φύει φοβερός. ἀντὶ τοῦ περίφοβος. Φοβερός sic legitur praeter Xenophontem, de quo Kuster. ad Oecon. VII, 25., Thucyd. II, 3., Plat. de Rep. III. p. 413. D. de Legg. I. p. 649. D. NEUIUS.

Ibid. Schol.: δείματι πάλλων· ἀντὶ τοῦ παλλόμενος φόβῳ, ἀγωνιῶν. De quo usu activi πάλλειν Seidlerus ad Eurip. El. 433. egit.

V. 154. ἰήϊε Δάλιε Παιάν· ἐπὶ τῶν παιάνων λέγεται τὸ ἰήϊος, ἐπεὶ τοιούτῳ μέλει ἥδον τοὺς παιᾶνας. ἐπεὶ δὲ πρὸς τὸν Ἀπόλλωνα ᾖδοντο οἱ παιᾶνες, ἐλέγετο καὶ ὁ Ἀπόλλων ἰήϊος, ὡς ὑπὸ τοιούτου μέλους ὑμνούμενος, ὥςπερ εὔϊος ὁ Διόνυσος· καὶ ἐπὶ τοῦ παιᾶνος τὸ αὐτὸ τοῦτο συμβαίνει. λέγεται γὰρ παιὰν ὁ εἰς τὸν Ἀπόλλωνα ὕμνος, καὶ ἀπὸ τούτου καὶ ὁ Ἀπόλλων, καθ' ὃ καὶ ἐνταῦθα. δείκνυται δὲ καὶ ἐν τούτοις τοῦτο σαφέστερον· ὑμνείω Παιᾶνα μέγαν θεὸν Ἀπόλλωνα. Apollinem ἰατρὸν intelligi debere quo

Θήβας; ἐκτέταμαι φοβερὰν φρένα δείμασι πάλλων,
ἰήϊε Δάλιε Παιάν,
155 ἀμφὶ σοὶ ἀζόμενος, τί μοι ἢ νέον
ἢ περιτελλομέναις ὥραις πάλιν
ἐξανύσεις χρέος.
εἰπέ μοι, ὦ χρυσέας τέκνον Ἐλπίδος, ἄμβροτε Φάμα.

(ἀντιστροφὴ α'.)

πρῶτα σὲ κεκλόμενος, θύγατερ Διός, ἄμβροτ' Ἀθάνα,
160 γαιάοχόν τ' ἀδελφεὰν

magis appareret, Δάλιε adiecit poeta, quum in Delo insula genitum eum esse constaret.

V. 155. ἀζόμενος] Gl. εὐλαβούμενος, φοβούμενος. Recte. Hoc sensu ἄζεσθαι est apud Homerum Il. ξ, 261: ἄζετο γὰρ, μὴ Νυκτὶ θοῇ ἀποθύμια ἔρδοι. BR.

V. 156. Schol.: ἢ περιτελλομέναις ὥραις· εἰς τὸν ἑξῆς χρόνον προϊούσης τῆς ὥρας. ὁ δὲ νοῦς· τί μοι ἢ νῦν ἢ μετὰ χρόνον ἀνύσεις; De νέον adverbio cf. O. C. 1775: ὃς νέον ἕρξει, de nomine ὥραις Sophocl. fr. 519. ed. Dind.: τὰν δ' ἀνθρώπου ζόαν ποικιλομήτιδες ἆται πημάτων πάσαις μεταλλάσσουσιν ὥραις.

V. 157. ἐξανύσεις χρέος] Significat χρέος rem, de quo usu Blomf. ad Aesch. Ag. gloss. 84. monuit.

V. 158. ὦ χρυσέας τέκνον Ἐλπίδος] Audacter poeta Apollinis oraculum appellat filiam aureae spei, ut videtur, propterea, quod editio oraculi efficitur ab hominibus sperantibus fore, ut id quod cupiunt Apollo respondeat. Et sic fere Scholiasta, adnotans: παρ' ὅσον ἐν ἐλπίδι τινὲς γενόμενοι χρησμοὺς αἰτοῦσιν ἀπὸ τοῦ θεοῦ.

V. 159. κεκλόμενος] Non recte Matthiae §. 312, 5. et §. 556. not. 2. participium ad praegressum ἐκτέταμαι referendum censet; quod alienum a vi et sublimitate orationis est. Immo facta structura πρὸς τὸ ὑπονοούμενον. Nam poeta dicens: πρῶτα σὲ κεκλόμενος — τρισσοὶ ἀλεξίμορροι προφάνητέ μοι, hoc habuit in mente: primum te appellans — rogo vos, ut interitum arceatis. Similiter Plato Leg. VI. p. 286., quem locum Erfurdt. attulit: θνητὸς ὢν — σμικρόν τινα χρόνον πόνος αὐτῷ παραμενεῖ πέμπολυς. De participii κεκλόμενος usu monuit Matthiae Gr. Gr. T. I. p. 531.

V. 160. γαιάοχόν τ' ἀδελφεάν] Fuit Dianae, tutrici terrae Boeoticae (cf. Aesch. Sept. c. Theb. 449.), templum Thebis exstructum, quod Pausanias Boeotic. c. 17. memorat. Plutarchus in Aristide c. 20. de ea haec scribit: ἔθαψαν ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Εὐκλείας Ἀρτέμιδος —. τὴν δ' Εὔκλειαν οἱ μὲν πολλοὶ καὶ καλοῦσι καὶ νομίζουσιν Ἄρτεμιν, ἔνιοι δέ φασιν Ἡρακλέους μὲν θυγατέρα καὶ Μυρτοῦς γενέσθαι, τῆς Μενοιτίου μὲν θυγατρός, Πατρόκλου δ' ἀδελφῆς· τελευτήσασαν δὲ παρθένον ἔχειν παρά τε Βοιωτοῖς καὶ Λοκροῖς τιμάς· βωμὸς γὰρ αὐτῇ καὶ ἄγαλμα παρὰ πᾶσαν ἀγορὰν ἵδρυται, καὶ προθύουσιν αἵ τε γαμουμέναι καὶ οἱ γαμοῦντες.

Ibid. Schol.: γαιάοχον· ἀντὶ τοῦ πολιοῦχον. ὥστε τὴν γῆν ἀντὶ τῆς πόλεως εἴληφεν.

Ἄρτεμιν, ἃ κυκλόεντ' ἀγορᾶς θρόνον εὐκλέα θάσσει,
καὶ Φοῖβον ἑκαβόλον, ἰὼ
τρισσοὶ ἀλεξίμοροι προφάνητέ μοι,
εἴ ποτε καὶ προτέρας ἄτας ὑπερ-
165 ορνυμένας πόλει
ἠνύσατ' ἐκτοπίαν φλόγα πήματος, ἔλθετε καὶ νῦν.

V. 164 sq. ὑπερορνυμένας ex coniectura Musgravii dedi; libri ὕπερ ὀρνυμένας.

V. 161. Schol.: Εὔκλεια Ἄρτεμις· οὕτω παρὰ Βοιωτοῖς τιμᾶται. Vide Plutarch. Arist. c. 20., quem locum ad v. 160. adscripsimus. Apparet autem Scholiastam εὐκλέα pro nominativo Εὔκλεα, ut cognomen esset Dianae, habuisse. Quod probari vix posse iam alii viderunt. De verbo θάσσειν cum accusativo coniuncto cf. Eurip. Ion. 91: θάσσει τρίποδα ζάθεον, et quae ad Philoct. 145. attulimus exempla, de significatu locutionis θρόνον θάσσειν, fere idem atque coli significantis, Musgrav. ad Eurip. Ion. 1618. Denique κυκλόεντα ἀγορᾶς θρόνον similiter dictum videtur atque πολιᾶς πόντου θινός, Philoct. 1123., ad quem locum vide quae notata sunt, ita ut sensus loci hic sit: ἃ εὐκλεᾶ θρόνον ἐν κυκλοέσσῃ ἀγορᾷ θάσσει. Et sic iam Eustathius haec verba accepit quum alibi tum p. 1335, 60. (1463, 5.): καὶ Ὅμηρος γὰρ φθάσας ἱερὸν κύκλον ἔφη τὴν ἀγοράν, καὶ Σοφοκλῆς δέ που κυκλόεντα θρόνον ἀγορᾶς εὐκλεῆ λέγει. Contra Neuius, Κυκλόεις non est, inquit, κυκλώδης, sed multos κύκλους habens. Buttmann. §. 119, 81. Matth. §. 110., qui unum excipit ἀστεροέις. Κύκλους esse choros, indeque dici περὶ βωμὸν κυκλοῦσθαι, docet Spanhem. ad Callim. in Dian. 267. Simonides in Anthol. Palat. VI, 212: Λητοίδην ἀγορῆς καλλιχόρου πρύτανιν.

V. 164 sq. καὶ προτέρας ἄτας ὑπερορνυμένας πόλει] Coniunxi in unam vocem ὑπὲρ et ὀρνυμένας, licet ὑπερόρνυμαι non alibi usurpatum reperiatur. Verum quum multa ab Sophocle usurpata verba composita constat, quibus alii poetae scriptoresque prosaici abstinuerunt, tum hoc ὑπερορνυμένας πόλει rectissime, quamvis nove dictum apparet pro ὀρνυμένας ὑπὲρ τῆς πόλεως, ita ut sensus sit: siquidem etiam olim, quum calamitas urbi impenderet etc. Contra ὑπὲρ ἄτας vix recte hic dictum foret.

V. 166. ἠνύσατ' ἐκτοπίαν] Recte explicatur in sylloge scholiorum: ἐποιήσατε ἐκτετοπισμένην, τουτέστιν ἐξετοπίσατε, ὑπερόριον ἐποιήσατε. Verbis φλόγα πήματος ipsa Sphinx significatur, qua dis volentibus Oedipus Thebanos liberaverat; estque φλὸξ translate de vehementia dictum, quemadmodum a Latinis incendium usurpatur. Sic incendium invidiae a Cicerone in Cat. I, 11. et flamma invidiae ab eodem de Orat. III, 3. dictum. Recte schol.: φλόγα πήματος· περιφραστικῶς τὴν πεμπονὴν τὴν διάπυρον. De coniunctis προ-

(στροφὴ β'.)

ὦ πόποι, ἀνάριθμα γὰρ φέρω
πήματα· νοσεῖ δέ μοι πρόπας
στόλος, οὐδ' ἔνι φροντίδος ἔγχος, 170
170 ᾧ τις ἀλέξεται. οὔτε γὰρ ἔκγονα
κλυτᾶς χθονὸς αὔξεται, οὔτε τόκοισιν
ἰηΐων καμάτων ἀνέχουσι γυναῖκες· 174

φάνητε et ἔλθετε verbis ad Ant. 814. diximus.

V. 167. ὦ πόποι] Gl. ἀντὶ τοῦ φεῦ. διὰ μέσου. BR. ὦ πόποι, o di. Nominativum habet Lycophron. v. 943: τοιγὰρ πόποι φύξηλιν ἤνδρωσαν σπόρον. Plutarch. Vol. II. p. 22. C: Δρύοπες δὲ πόπους τοὺς δαίμονας [καλοῦσιν]. MUSGR.

V. 169. οὐδ' ἔνι φροντίδος ἔγχος] Gl. οὐδ' ἔνεστι μηχανῆς, ἐπινοίας δύναμις. BR.

V. 170 sq. ἔκγονα κλυτᾶς χθονὸς] Cum his Sophocleis P. Victorius Var. Lectt. XV, 20. Pacuvii verba ex Duloreste comparat, a Nonio servata: Nec grandiri frugum fetum posse, nec mitescere. Arbitrabantur enim olim deos hominibus iratos ob aliquod impium facinus fructibus terrae obesse fetusque animantium perdere, donec placarentur expiato scelere. BR. Cum hoc loco Huschkius ad Tibull. II, 5, 91. p. 390. comparat Herodt. III, 68. Aristoph. Pac. 1320. Aesch. Eum. 905., monens veteres in precationum formulis haec tria felicitatis publicae momenta, frugum ubertatem, feturam gregum, matronarum fecunditatem, plerumque coniungere. FR. IACOBS. Addo Hesiod. Opp. et D. v. 240 sqq.

V. 171 sq. Schol.: οὔτε τόκοισιν· αἵ τε γυναῖκες τῶν καμάτων ἐν τοῖς τόκοις οὐκ ἀνέχουσι, τουτέστιν, οὐ περιγίνονται τῶν πόνων. τὸ δὲ ἀνέχουσιν, ἤτοι ἐλευθεροῦνται, καὶ ἄνω ἔχουσιν ἑαυτάς, ἐκ μεταφορᾶς τῶν ἄνω νευόντων μόγις ἐν τῷ νήχεσθαι. Ut olim, ita nostra etiam aetate ἀνέχουσιν ab aliis aliter explicatum est. Sententia tamen loci quae sit et esse debeat, nemini dubium fuit. Certum est enim hoc dicere Sophoclem: neque pariunt mulieres, sed steriles manent. Cf. v. 26 sq. Verum id vario modo dici potuisse manifestum est. Equidem ut vix dubito, quin sensus verborum hic sit: neque mulieres partibus (pariundo) miseros labores tolerant, ita illud me fateor nondum intellexisse, quomodo eo sensu ἀνέχειν καμάτων dici potuerit. Itaque in eam inclino opinionem, ut pro ἀνέχουσιν aliud vocabulum a poeta fuisse positum putem. Praeterea bene tenendum τόκοισιν minime dativum temporis, sed dativum instrumenti, qui dicitur, esse.

V. 172. Schol.: ἰηΐων· ἤτοι τῶν μετ' εὐχῆς γινομένων· ἢ τῶν λοιμικῶν (ἰήϊος γὰρ ὁ Ἀπόλλων, εἰς ὃν ἡ ἁγνεία τῶν λοιμῶν ἀναφέρεται)· ἢ ὅτι ἐπίφθεγμα κοινόν ἐστι καὶ Ἀρτέμιδος, αἱ δὲ γυναῖκες ἐν ταῖς ἀνάγκαις τὰς τοιαύτας ἀφιᾶσι φωνάς, οἱ δὲ ἀκούουσι — τῶν θρηνητικῶν. Vera extrema videtur interpretatio, ita ut κάματοι ἰήϊοι labores sint cum gemitu coniuncti. Cf. ἰήϊον μέλος, ἰήϊον γόον apud Eurip. Phoen. 1046. et El. 1211.

ἄλλον δ' ἂν ἄλλῳ προςίδοις, ἅπερ εὔπτερον ὄρνιν,
κρεῖσσον ἀμαιμακέτου πυρὸς ὅρμενον
175 ἀκτὰν πρὸς ἑσπέρου θεοῦ·

(ἀντιστροφὴ β'.)

ὧν πόλις ἀνάριθμος ὄλλυται·
νηλέα δὲ γένεθλα πρὸς πέδῳ 180
θαναταφόρα κεῖται ἀνοίκτως·
ἐν δ' ἄλοχοι πολιαί τ' ἔπι ματέρες
180 ἀκτὰν παρὰ βώμιον ἄλλοθεν ἄλλαι

V. 178. θαναταφόρα et metri et sententiae causa ex optimis codd. rescripsi pro θανατηφόρῳ.

V. 187. Non male Ludolf. Stephani pro περιβόητος scribendum περιβόατος putat, quod poetae tragici in vocibus ex βοᾶν

V. 173. ἄλλον ἄλλῳ] Recte, puto, Scholiasta interpretatur: ἄλλον ἐπ' ἄλλῳ ἴδοις ἂν ἀποθνήσκοντα. Neuius comparat Ai. 866: πόνος πόνῳ πόνον φέρει. — Cum verbis ἅπερ εὔπτ. ὄρνιν apte Musgr. contulit Eur. Hipp. 840: ὄρνις γὰρ ὥς τις ἐκ χερῶν ἄφαντός εἶ πήδημ' ἐς Ἅιδου κραιπνὸν ὁρμήσασά μοι.

V. 174. κρεῖσσον — πυρὸς] Proverbium, quo significatur mali celeritas et vehementia. Habet et Euripides Hecub. 608. MUSGR.

V. 175. ἑσπέρου θεοῦ] Neminem praeterea novi, qui sic Plutonem vocarit. Πόρευσ' Ἀχέροντος ἀκτὰν παρ' εὔσκιον habet Pindarus Pyth. XI. stroph. 2. Vide et Antig. 812 sq. MUSGR.

V. 176. ὧν πόλις ἀνάριθμος ὄλλυται] Quibus (cadaveribus) abundans urbs perit. Sic El. 232: οὐδέ ποτ' ἐκ καμάτων ἀποπαύσομαι ἀνάριθμος ὧδε θρήνων. Trach. 247. ἡμερῶν ἀνήριθμον.

V. 178. θαναταφόρα κεῖται] Continetur verbo θαναταφόρα causa, ob quam mortuorum corpora indefleta et sine honore sepulcri humi iacuerint. Metuebant enim eorum necessarii, ne sepeliendis iis morbi contagia in se penetrarent. Vidit hoc iam scholiasta, monens: οὐκ ἠλέουν δὲ ἀλλήλους, ἴσως ὑπὸ τῆς συνηθείας τοῦ κακοῦ, ἢ ὑπὸ φόβου καὶ προςδοκίας τῶν ὁμοίων.

V. 179. ἐν δ'] Vide quae de usu huius adverbii ad El. 700. exposuimus.

V. 180. ἀκτὰν παρὰ βώμιον] Ad altarium gradus. Interdum enim ἀκτή eminentiam significat, ἐξοχήν, uti bene h. l. interpretatur scholiasta. Sic Aesch. Choeph. 718. ἀκτὴ χώματος de sepulcri tumulo dictum. ERF.

V. 181. λυγρῶν π. ἰ. ἐπιστενάχουσιν] Hoc dicit poeta: gementes quae perpetiuntur mala supplicant dis ut averruncent. Ceterum rara locutio ἐπιστενάχειν τινός. Verum ita etiam Eur. Phoen. 1434: κακῶν σῶν ὅσον στένω, et Iph. A. 370: Ἑλλάδος μάλιστ' ἔγωγε τῆς ταλαιπώρου στένω. Soph. El. 1075. πατρὸς στενάχουσα. Ibid. 1117: κλαίειν τῶν Ὀρεστείων κακῶν. Conf. Matth. §. 368.

V. 182. Schol.: παιὰν δὲ λάμπει· ἀντὶ τοῦ ἀκμάζει, λαμπρῶς τῇ φωνῇ λέγεται πρὸς ἀποτροπὴν τῶν κακῶν. ὅμαυλος δὲ ἀντὶ τοῦ ὁμόθρονος, ὁμόφωνος. τοῦτο δὲ ὅμοιόν ἐστι

λυγρῶν πόνων ἱκτῆρες ἐπιστενάχουσιν. 185
παιὰν δὲ λάμπει στονόεσσά τε γῆρυς ὅμαυλος·
ὧν ὕπερ, ὦ χρυσέα θύγατερ Διός,
εὐῶπα πέμψον ἀλκάν·

(στροφὴ γ'.)

185 Ἄρεά τε τὸν μαλερόν, 190
ὃς νῦν ἄχαλκος ἀσπίδων
φλέγει με περιβόητος ἀντιάζων,
παλίσσυτον δράμημα νωτίσαι πάτρας

compositis Atticum η in α mutare in carminibus Dorice scriptis soleant.

V. 188. Pro δράμημα plerique libri δρόμημα habent.

τῷ [v. 5.] ὁμοῦ δὲ παιάνων τε καὶ στεναγμάτων. Musgravius: Audaciam huius figurae, παιὰν λάμπει, mitigare videtur Graecorum consuetudo. Sic enim λαμπρὰ φωνή iis clara vox est; Polluc. lib. II. sect. 116. Plutarch. Amator. §. 22. p. 768. D: ὡς δὲ εἶδεν ἐκπεπωκότα, λαμπρὸν ἀνωλόλυξεν.

V. 183. ὧν ὕπερ] Pro his, sive in harum commodum, quae supplices deorum aras occupant. Itaque vulgari significatu hic ὑπὲρ usurpatum apparet.

V. 184. εὐῶπα — ἀλκάν] Apte comparavit Hermannus Aesch. Choeph. 487. εὔμορφον κράτος. De grammatica ratione, qua εὐῶψ ἀλκά dicatur, monuit Matth. §. 112. not. 2.

V. 185. Ἄρεα] Veteres non solum bella, sed omne genus malorum, etiam morbos pestiferos, a Marte proficisci credebant. Vide Musgr. ad Ai. 706. ERF. „Ἄρης non proprie appellatur, sed est λοιμός, qui similis Marti eoque non minus perniciosus, quanquam nullis armis instructus." NAEKE in Prolus. Bon. 1824. mens. April. Ceterum Ἄρεα disyllabum est, ut βέλεα v. 200., ὄρεα v. 203., πάθεα v. 1306.

V. 186. ἄχαλκος ἀσπίδων] Proprie ὧν ἄνευ ἀσπίδων χαλκῶν, deinde idem significans atque quod El. 36. positum ἄσκευον ἀσπίδων. Cuius pleonasmi exempla plurima Matth. §. 339. attulit.

V. 187. Schol.: περιβόητος· περὶ ὃν ἕκαστος βοᾷ, μετὰ βοῆς καὶ οἰμωγῆς ἐπιών. ὡς ἐπὶ πολέμου πάλιν. Vera prior explicatio; hoc dicere videtur poeta, Martem, quocunque accedat propter vulnera, quibus afficiat cives, summo clamore, sive eiulatu excipi.

V. 188 sq. παλίσσυτον δράμημα νωτίσαι πάτρας ἄπουρον] Ex vulgari tragicorum consuetudine παλ. δράμ. νωτίσαι dictum est pro παλίσσυτον δράμημα ποιῆσαι, ita ut sensus sit: παλινδρομῆσαι καὶ ἐκ τῆς πατρίδος ἀπελθεῖν. Cf. quae ad v. 65. monui et Adv. in Soph. Philoct. p. 51 sq. Infinitivus, ut secundum scholiastam a Musgravio et Erfurdtio monitum, regitur a πέμψον, quod supra positum, ita ut πέμψον τε Ἄρεα — νωτίσαι significet: et fac, ut Mars terga det.

ἄπουρον, εἴτ' ἐς μέγαν
190 θάλαμον Ἀμφιτρίτας, 195
εἴτ' ἐς τὸν ἀπόξενον ὅρμων
Θρῄκιον κλύδωνα·
τέλει γὰρ εἴ τι νὺξ ἀφῇ,
τοῦτ' ἐπ' ἦμαρ ἔρχεται·
195 τόν, ὦ πυρφόρων ἀστραπᾶν κράτη νέμων, 200
ὦ Ζεῦ πάτερ, ὑπὸ σῷ φθίσον κεραυνῷ.

V. 191. Ex L. Doederlini coniectura scripsi ὅρμων pro vulgato ὅρμον.

V. 195. Aut hic versus aut antistrophicus aut uterque aliquid vitii contraxerunt; metra enim non congruunt.

V. 197. Scribendum cum Elmsleio ἀγκυλᾶν videtur.

V. 189. ἄπουρον] Notanda haec vox ex vocabulo Ionico οὖρος, i. e. ὅρος, et ἀπό composita. Vide ad Phil. 681. ed. meae.

V. 189 sq. εἴτ' ἐς μέγαν θ. Ἀμφιτρίτας] Intelligo mare Atlanticum, tum quod nullum aliud aeque a magnitudine designari meretur, tum quod omnium quae tum quidem innotuerint a Graecia longissime abest, aptissimumque adeo fuit, in quod pestem ablegari cuperent Thebani. Cicero Somn. Scip. c. 6: circumfuso illo, quod Atlanticum, quod magnum — appellatis. Theon in Arat. Phaenom. 26: ὠκεανὸς δὲ ἡ ἐκτὸς καὶ μεγάλη θάλασσα καλεῖται. MUSGR. Rectissime; male enim Erfurdtius cum aliis μέγαν θάλ. Ἀμφ. de maribus mediterraneis accipit, inter quae quum sit etiam Pontus Euxinus (Θρῄκιος κλύδων), ita statuit, Martem tanquam belli deum in Thraciam, tanquam pestem in mare (ἐς μυχοὺς ἁλός, Pind. Pyth. VI, 22.) revertere iuberi. At particulis εἴτε — εἴτε intelligitur manifesto duo a se diversa ac longe dissita maria a poeta commemorata esse debere. Aptissime igitur ea memorantur maria, quae scimus a Graecis pro orbis terrarum terminis habita esse. Cf. Wyttenbach. ad Platon. Phaedon. p. 299. et Matth. ad Eur. Hipp. 3. Ceterum notum est poetas et Graecos et Romanos in mare proiiciendum dicere solere quicquid abominandum sit et luctuosum.

V. 191 sq. εἴτ' ἐς — κλύδωνα] Intelligendus pontus Euxinus, qui mare Threicium dicitur, quod Thraciam adluit. Recte monet Doederlinus ἀπόξενον ὅρμων sive, id quod significatur, ἄξενον ὅρμων similiter dictum esse atque ἀψόφητος κωκυμάτων aliaque eius generis plurima, ita ut sit ἄνευ ξενίων ὅρμων.

V. 193 sq. Schol.: τέλει γὰρ εἴ τι νὺξ ἀφῇ· ἀντὶ τοῦ εἴ τι ἡ νὺξ ἀγαθὸν καταλείπεται, τοῦτο ἐν ἡμέρᾳ ἀναιρεῖται. βούλεται δὲ λέγειν, ὅτι τὰ κακὰ ἀδιάλειπτον ἔχει. εἰ γάρ τι ἡ νὺξ ἀφῇ ἐπὶ τῷ ἑαυτῆς τέλει ἀβλαβές, μὴ φθάσασα αὐτὸ ἀπολέσαι, τοῦτο μεθ' ἡμέραν ἀνήρπασται. Rectius Scholiasta codicis Lipsiensis: εἴ τι γὰρ ἂν ἡ νὺξ ἀφῇ, τοῦτο διὰ τέλους ἡ ἡμέρα ἐπέρχεται. Et sic Elmsleius τέλει interpretatur τελέως, ἀτεχνῶς, absolute, omnino. De εἰ cum coni. iuncto vide Matth. §. 525, 7. b. Rost. §. 121. adnot. 10.

V. 194. τοῦτ' ἐπ' ἦμαρ ἔρχεται] Praepositio pertinet ad ἔρχεται. Sic Trach. 129: ἀλλ' ἐπὶ πῆμα καὶ χαρὰ πᾶσι κυκλοῦσιν. ERF.

V. 195. Schol.: τόν· ἀντὶ

(ἀντιστροφὴ γ'.)

Λύκει' ἄναξ, τά τε σὰ
χρυσοστρόφων ἀπ' ἀγκυλῶν
200 βέλεα θέλομ' ἂν ἀδάματ' ἐνδατεῖσθαι 205
ἀρωγὰ προσταχθέντα, τάς τε πυρφόρους
Ἀρτέμιδος αἴγλας, ξὺν αἷς
Λύκι' ὄρεα διάσσει·
τὸν χρυσομίτραν τε κικλήσκω,

V. 200. ἀδάματ' primus Erfurdtius restituit. Libri ἀδάμαστ'.

V. 201. προσταχθέντα ex G. Dindorfii coniectura scripsi. Libri προσταθέντα.

τοῦ ὄν. τὸν μαραντικὸν Ἄρεα κεραύνωσον, ὦ Ζεῦ.

V. 198. Λύκει' ἄναξ] Ut deus averruncus hoc nomine invocari Apollo solet. Cf. Aeschyl. Sept. c. Th. 133. ed. Blomf.: καὶ σύ, Λύκει' ἄναξ, λύκειος γενοῦ στρατῷ δαΐῳ. Soph. El. 645. 655. 1379. Quemadmodum enim lupos olim Sicyoniorum expulisse traditur, ita deum pestiferum expellere hic rogatur. Vide quae ad El. v. 7. adnotavimus.

V. 199. ἀγκυλῶν] Usus cuivis fere funiculorum generi nomen hoc tribuit; ut funiculis nauticis Eur. Iph. T. 1419.; calceorum loris Hesych. v. ἀγκύλας; loro, quo canes venatici continentur, Polluc. lib. V. sect. 54. Hic nervum arcus indicat; arcum enim gestabat, non iaculum Apollo. MUSGR.

V. 200. ἐνδατεῖσθαι] Recte scholiasta ad v. 198: βουλοίμην δὲ καὶ τὰ σὰ βέλη, ὦ Ἄπολλον, τὰ ἀδάμαστα καταμερίζεσθαι εἰς αὐτόν, καὶ τὰς λαμπάδας Ἀρτέμιδος. Errant enim Elmsleius et Hermannus, qui ἐνδατεῖσθαι commemorare, celebrare interpretantur. Nam chorus quum in antecedentibus inde a v. 185. Ἄρεά τε etc. et rursus in sequentibus inde a v. 204. τὸν χρυσομίτραν τε etc. quos invocat deos, Minervam, Iovem et Bacchum, eo uno consilio appellet, ut deum pestiferum ex urbe sua abigere aut perdere velint, non potest profecto in hac, de qua loquor, carminis parte, quae cum antecedentibus et sequentibus arctissime cohaeret, simplicem laudem aut commemorationem arcus Apollinei adiicere, sed necessario, quum hunc quoque deum invocat, id facere eodem consilio existimandus est, ut cum ceteris dis frangere vim dei illius pestiferi velit. Id autem si faceré chorus statuitur, quod statuendus est, manifesto ἐνδατεῖσθαι sensu iactandi accipiendum. Accedit, quod, si ἐνδατεῖσθαι celebrare significaret, minime chorus θέλομ' ἂν ἐνδατεῖσθαι dixisset, sed ἐνδατοῦμαι vel simile quid. Ceterum ipsum illud ἐνδατεῖσθαι passive etiam usurpatum est a Nicandro Ther. 509.

V. 201 sq. τάς τε πυρφ. Ἀρτ. αἴγλας] Vide Spanhemium ad Callim. h. in Dian. 11., ubi dea facem utraque manu gestans ex veteri nummo exhibetur. Διπύρους ἀνέχουσα λαμπάδας depingitur Aristoph. Ran. 1406. MUSGR. Cf. Trachin. 210. ed. meae.

V. 203. Λύκι' ὄρεα διάσσει] Errare per montes Lyciae dicitur Diana, quia nata a nonnullis in Lycia putabatur.

V. 204. χρυσομίτραν] Lu-

205 τᾶςδ' ἐπώνυμον γᾶς, 210
οἰνῶπα Βάκχον εὔϊον,
Μαινάδων ὁμόστολον,
πελασθῆναι φλέγοντ' ἀγλαῶπι
210 πεύκᾳ 'πὶ τὸν ἀπότιμον ἐν θεοῖς θεόν. 215

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Αἰτεῖς· ἃ δ' αἰτεῖς, τᾶμ' ἐὰν θέλῃς ἔπη
κλύων δέχεσθαι τῇ νόσῳ θ' ὑπηρετεῖν,
ἀλκὴν λάβοις ἂν κἀνακούφισιν κακῶν·
ἀγὼ ξένος μὲν τοῦ λόγου τοῦδ' ἐξερῶ,
215 ξένος δὲ τοῦ πραχθέντος· οὐ γὰρ ἂν μακρὰν 220
ἴχνευον αὐτός, μὴ οὐκ ἔχων τι σύμβολον.

V. 209. Vide quae ad v. 195. monui.

V. 216. Pro αὐτός qui ex La et Lb αὐτό receperunt, totius loci sensum se non assecutos esse ostenderunt.

V. 217. Ex duobus codd. αὐτὸς recepi. Ceteri libri ἀστός, quod qui defendunt, neque quid sit εἰς ἀστοὺς τελεῖν satis tenent

ciano itidem depingitur μίτρᾳ — ἀναδεδεμένος τὴν κόμην, in dial. Iovis et Iunonis, Vol. I. p. 247., quin et in Προσλαλίᾳ, Vol. III. p. 76. MUSGR.

V. 205. Triclin.: τᾶς δ' ἐπ. γᾶς· ἤτοι Θηβαῖον· ἐκ Θηβῶν γὰρ ὁ Διόνυσος.

V. 207. In Antigona pariter chorus Bacchum approperare orat, non solum, sed ξὺν Θυιάσι προσπόλοις. MUSGR. Recte in glossis ὁμόστολον explicatur: ὁμοδίαιτον, συνόμιλον, συνοδοιπόρον. De genitivo, qui regitur ab adiectivo, vide Matth. §. 379. Rost. §. 108. adnot. 2.

V. 210. Schol.: ἐπὶ τὸν ἀπότιμον· ἀπότιμον θεὸν λέγει τὸν λοιμόν, τὸν μὴ μετέχοντα τῆς τιμῆς τῶν θεῶν· θεῶν γὰρ ἔστι τὸ εὐεργετεῖν τοὺς ἀνθρώπους.

V. 211—213. αἰτεῖς· ἃ δ' — κακῶν] Poetarum more conformata oratio est, cuius sententia haec est: Rogas remedium et levamen malorum; ac consequeris quidem quod rogas, si dicta mea attente excipere et in depellenda hac peste adiuvare me volueris. Cf. quae ad Philoct. 1299. adnotavi.

V. 212. Schol.: ὑπηρετεῖν· ἐπαρκεῖν καὶ συμπράττειν.

V. 214 sq. ξένος μὲν — πραχθέντος] Recte haec verba Scholiasta ad 211. sic explicat: οὐκ ἀκηκοὼς πρότερον περὶ τοῦ φόνου τοῦ Λαΐου, οὐδὲ μὴν καθ' ὃν χρόνον ἐπράχθη ὁ φόνος παρών. Iunctum autem ξένος cum genitivo, quia ignarum significat.

V. 215 sq. οὐ γὰρ ἂν μακρὰν — σύμβολον] Satis dictum de sensu horum verborum ad v. 12 sq. est. Addo duo, primum nihil offensionis esse in αὐτὸς pronomine ad ἴχνευον relato, siquidem, sententiam si spectamus, hoc dici a poeta manifestum est: nisi enim totius rei ignarus essem, facile ipse aliquid indicii reperirem, i. e. vobis adiutoribus uti non deberem; deinde μακρὰν ἰχνεύειν similiter dictum esse atque El. 1259: μὴ μακρὰν βούλου λέγειν. Trach. 317: καὶ γὰρ οὐδ' ἀνιστόρουν μακράν.

νῦν δ', ὕστερος γὰρ αὐτὸς εἰς ἀστοὺς τελῶ,
ὑμῖν προφωνῶ πᾶσι Καδμείοις τάδε·
ὅστις ποθ' ὑμῶν Λάϊον τὸν Λαβδάκου
κἄτοιδεν ἀνδρὸς ἐκ τίνος διώλετο, 225
τοῦτον κελεύω πάντα σημαίνειν ἐμοί·
κεἰ μὲν φοβεῖται, τοὐπίκλημ' ὑπεξελὼν
αὐτὸς καθ' αὑτοῦ, πείσεται γὰρ ἄλλο μὲν
ἀστεργὲς οὐδέν, γῆς δ' ἄπεισιν ἀβλαβής.
εἰ δ' αὖ τις ἄλλον οἶδεν ἢ 'ξ ἄλλης χερὸς 230
τὸν αὐτόχειρα, μὴ σιωπάτω· τὸ γὰρ
κέρδος τελῶ 'γώ, χἠ χάρις προςκείσεται.
εἰ δ' αὖ σιωπήσεσθε, καί τις ἢ φίλου

neque sensum loci perspectum habent.

V. 225. ἢ 'ξ ex Vauvillersii coniectura pro ἐξ, et χερὸς ex Neuii emendatione pro χθονὸς scripsi. Scripturam vulgatam ineptam esse facile quivis intelliget, qui nexum loci diligentius consideraverit.

V. 217 sq. νῦν δ', ὕστερος γὰρ αὐτὸς εἰς ἀστοὺς τελῶ] Hoc dicit Oedipus: Verum quoniam recentior ego civis sum, ita ut caedis illius, quae ante meum adventum facta est, minus gnarus esse possim, vobis, qui nati in hac urbe estis (Καδμείοις), haec dico; quae si curae vobis sunt, facile finem malorum consequamini. Rectissime autem Elmsleius αὐτὸς pro ἀστὸς scribendum vidit. Nam quum εἰς ἀστοὺς τελῶ nihil significet aliud nisi in civibus numeror, civis sum (cf. Passovius in Lex. Gr. sub h. voce n. 3. b.), inepte patet ἀστὸς addi; contra requiritur adeo αὐτός, quoniam oppositio est a poeta inter Oedipum et chorum facta, id quod ex ὑμῖν initio versus sequentis posito apparet: quoniam *ipse* recentior civis sum, *vobis* haec dico, qui nati in hac urbe estis.

V. 221. Schol.: πάντα· πάντα τὰ προαχθέντα.

V. 222 sqq. κεἰ μὲν φοβεῖται — ἀβλαβής] Et si metuit (sc. ὑμῶν τις πάντα σημαίνειν ἐμοί), crimen caedis, cuius ipse reus sit, surripiat, sive subterfugiat, et in terram peregrinam abeat; nullum enim aliud patietur malum. Id est: si metuit hoc mihi dicere, quum ipse criminis reus est, elabatur ex crimine caedis abeundo in terram peregrinam; nullum enim etc. Atque ita fere Matthiae hunc locum primus recte explicavit, addens: Quum enim Graeci enuntiationes causales iis praeponere soleant, quarum causa redditur, verba πείσεται γὰρ etc. praemittit, et quae prius ponenda erant subiicit, mutata constructione ita, ut haec e sententia causali nexa sint eique opponantur. Conf. Gramm. Gr. §. 615. p. 1242.

V. 225. ἄλλον — ἢ 'ξ ἄλλης χερὸς] Apte Neuius adscripsit Eurip. Iphig. Aul. 1164: ἀπώλεσέν σ', ὦ τέκνον, ὁ φυτεύσας πατὴρ αὐτὸς κτανών, οὐκ ἄλλος, οὐδ' ἄλλη χερί.

V. 228. τελῶ] Gl. τελέσω, δώσω. Vide de hac forma futuri Attica ad v. 138.

V. 228 sq. ἢ φίλου δείσας]

δείσας ἀπώσει τοὔπος ἢ χαὐτοῦ τόδε,
230 ἐκ τῶνδε δράσω, ταῦτα χρὴ κλύειν ἐμοῦ. 235
τὸν ἄνδρ' ἀπαυδῶ τοῦτον, ὅστις ἐστί, γῆς
τῆσδ', ἧς ἐγὼ κράτη τε καὶ θρόνους νέμω,
μήτ' ἐσδέχεσθαι μήτε προσφωνεῖν τινά,
μήτ' ἐν θεῶν εὐχαῖσι μήτε θύμασιν
235 κοινὸν ποιεῖσθαι, μήτε χέρνιβας νέμειν· 240
ὠθεῖν δ' ἀπ' οἴκων πάντας, ὡς μιάσματος
τοῦδ' ἡμὶν ὄντος, ὡς τὸ Πυθικὸν θεοῦ
μαντεῖον ἐξέφηνεν ἀρτίως ἐμοί.
ἐγὼ μὲν οὖν τοιόσδε τῷ τε δαίμονι

Coniunxit poeta, quod ab aliis Graecis factum esse non novi, δείσας cum genitivo, quod sensu verbi κήδεσθαι usurpavit; solent enim istiusmodi notionis verba genitivum adsciscere. Cf. Matth. §. 348. Nam alia est verborum δακρύειν, ἄγασθαι, στυγεῖν et similium ratio, quibuscum hanc locutionem Matth. §. 368. comparavit.

V. 229. ἀπώσει τοὔπος] Hoc meum edictum negligat, i. e. auctorem caedis non indicet.

V. 230. ἐκ τῶνδε] Μετὰ ταῦτα, dehinc, postea. Vide Matth. §. 574.

V. 231 sqq. Schol.: τὸν ἄνδρ' ἀπαυδῶ· πολὺν ἔλεον ἐργάζεται ὁ λόγος, ὅτι κατηγορεῖ ἑαυτοῦ ἀγνοῶν. πρότερον δὲ τὰ φιλάνθρωπα εἰρηκώς, τελευταῖα ἐπήνεγκε τὰ σκληρότερα. Struenda verba sic sunt: ἀπαυδῶ μήτ' ἐσδέχεσθαί τινα τῆσδε γῆς — τὸν ἄνδρα τοῦτον. De consuetudine Graecorum post verba interdicendi et sim. infinitivum praeposita μὴ particula ponendi vide Matthiae §. 534. not. 4.

V. 231—233. γῆς τῆσδ' — ἐσδέχεσθαι] Positum videri potest pro εἴσω τῆσδε τῆς γῆς δέχεσθαι, ut dixit Sophocles infra 679: τί μέλλεις κομίζειν δόμων τόνδ' ἔσω; et Hom. Od. θ, 290: εἴσω δώματος ᾖει. Sic Eur. Phoen. 454: τόνδ' εἰσεδέξω τειχέων. Simillime Soph. Ai. 1292. τειχέων ἐγκεκλεισμένους, id est ἐντὸς τειχέων κεκλεισμένους, sive, ut prosaici scriptores loquuntur (cf. Xen. An. III, 3, 7. III, 4, 26.), εἴσω τῶν τειχέων κατακεκλεισμένους. Cf. Matth. §. 379. not. 2. — Non probo tamen equidem hanc interpretationem. Primum enim qui diligenter adverterit haec quae attuli exempla nonnihil differre ab huius loci ratione facile intelliget. Deinde mirum foret, si Oedipus interdiceret civibus, ne interfectorem Lai in patriam reciperent, quasi certum illud esset, peregrinum hominem esse, qui Laium occidisset. Denique ex verbis sequentibus v. 236. ὠθεῖν δ' ἀπ' οἴκων, quae opposita esse verbo ἐσδέχεσθαι manifestum est, luculenter mihi apparere videtur verba γῆς τῆσδε μήτε ἐσδέχεσθαι μήτε προσφωνεῖν τινά sic esse intelligenda, ut γῆς τῆσδε genitivus aptus ex τινά sit et ad ἐσδέχεσθαι ex sequentibus adsumendum sit ἐς οἴκους. De locutione γῆς τῆσδέ τινα confer, ut uno defungar exemplo, Ai. 1175: εἰ δέ τις στρατοῦ βίᾳ σ' ἀποσπάσειε τοῦδε τοῦ νεκροῦ. Itaque non dubito, quin idem hoc loco dicat Oedipus, quod v. 817 sq. positum est: ὃν μὴ

240 τῷ τ' ἀνδρὶ τῷ θανόντι σύμμαχος πέλω. 245
κατεύχομαι δὲ τὸν δεδρακότ', εἴτε τις
εἷς ὢν λέληθεν εἴτε πλειόνων μέτα,
κακὸν κακῶς νιν ἄμορον ἐκτρῖψαι βίον.
ἐπεύχομαι δ', οἴκοισιν εἰ ξυνέστιος
245 ἐν τοῖς ἐμοῖς γένοιτ' ἐμοῦ συνειδότος, 250
παθεῖν ἅπερ τοῖσδ' ἀρτίως ἠρασάμην.
ὑμῖν δὲ ταῦτα πάντ' ἐπισκήπτω τελεῖν
ὑπέρ τ' ἐμαυτοῦ τοῦ θεοῦ τε τῆσδέ τε
γῆς, ὧδ' ἀκάρπως κἀθέως ἐφθαρμένης.
250 οὐδ' εἰ γὰρ ἦν τὸ πρᾶγμα μὴ θεήλατον, 255

ξένων ἔξεστι μηδ' ἀστῶν τινα δόμοις δέχεσθαι μηδὲ προσφωνεῖν τινα, ὠθεῖν δ' ἀπ' οἴκων.

V. 235. κοινὸν ποιεῖσθαι] Socium adhibere. MUSGR.

Ibid. χέρνιβας νέμειν quid sit, docebit Athenaeus, cuius haec sunt verba L. IX. p. 409: ἔστι δὲ χέρνιψ ὕδωρ, εἰς ὃ ἀπέβαπτον δαλὸν ἐκ τοῦ βωμοῦ λαμβάνοντες, ἐφ' οὗ τὴν θυσίαν ἐπετέλουν· καὶ τούτῳ περιῤῥαίνοντες τοὺς παρόντας ἥγνιζον. BR. Conferri Erfurdtius Wolf. ad Leptin. p. 376. Aeschyl. Choeph. 288. et Eur. Or. 885. iubet.

V. 236. ὠθεῖν δ' ἀπ' οἴκων] Intelligendum κελεύω, quod in ἀπαυδῶ latet. Cf. Matth. §. 634, 3.

V. 239. Schol.: δαίμονι· τῷ ταῦτα μαντευσαμένῳ Ἀπόλλωνι.

V. 241 sq. εἴτε τις εἷς] Cf. de locutione τις εἷς Matth. §. 487.

V. 243. τὸν δεδρακότα — νιν] Vide Matth. §. 472, l. a. p. 876.

V. 244 sqq. ἐπεύχομαι δ' — παθεῖν] Voveo autem, si interfector Lai in domo mea apud me sit me sciente, eadem me passurum esse, quae modo his imprecatus sum. Scholiasta: ἀγνοῶν ἐπαρᾶται ἑαυτῷ, εἰ σύνοιδε τὸν φονέα. διὸ καὶ περιπαθέστερος γίνεται ὁ λόγος.

V. 248. ὑπέρ τ' ἐμαυτοῦ] De collocatione τὲ particulae ad O. C. 33. admonuimus. — Ceterum in eo, quod verba τῆσδέ τε, arctissime cum nomine γῆς cohaerentia, in fine versus posita sunt, non plus est offensionis, quam in illis versibus, quorum in exitu praepositio posita est, ad nomen, quod in versum sequentem reiectum est, pertinens. Cuius generis exempla ad Philoct. 183. attuli.

V. 249. ἀκάρπως κἀθέως ἐφθ.] Similiter El. 1181: ὦ σῶμ' ἀτίμως κἀθέως ἐφθαρμένον.

V. 250 sq. οὐδ' εἰ γὰρ etc.] Sensus, quem Erfurdtius non recte percepit, hic est: neque enim, etiamsi non iussisset deus investigationem caedis fieri, aequum erat vos caedem inexpiatam relinquere. Nam ut saepe aliquod vocabulum, quod ad duo membra pertinet, alia notione accipiendum est in eo membro, in quo positum, alia in eo, in quo intelligendum (vide ad El. 72. et ad huius f. 236.), ita hic τὸ πρᾶγμα iunctum cum θεήλατον investigationem caedis, sed relatum ad ἀκάθαρτον ἐᾶν caedem ipsam significat. De εἰκὸς ἦν sine ἄν posito vide Matth. §. 508. n. 2. Rost. §. 120. adnot. 2.

ἀκάθαρτον ὑμᾶς εἰκὸς ἦν οὕτως ἐᾶν,
ἀνδρός γ' ἀρίστου βασιλέως ὀλωλότος,
ἀλλ' ἐξερευνᾶν· νῦν δ' ἐπεὶ κυρῶ τ' ἐγὼ
ἔχων μὲν ἀρχάς, ἃς ἐκεῖνος εἶχε πρίν,
255 ἔχων δὲ λέκτρα καὶ γυναῖχ' ὁμόσπορον, 260
κοινῶν τε παίδων κοίν' ἄν, εἰ κείνῳ γένος
μὴ 'δυστύχησεν, ἦν ἂν ἐκπεφυκότα·

V. 252. Omisi τὲ particulam vulgo post βασιλέως additam optimorum codd. auctoritate.

V. 253. ἐπεὶ κυρῶ τ' ἐγώ. Sic ex Burtoni coniectura

V. 253. ἐπεὶ κυρῶ τ' ἐγὼ ἔχων etc.] Apodosis sequitur v. 259., liberius formata oratione, hoc sensu: nunc vero quoniam ego imperium teneo, quod ille tenebat antea —: idcirco ego tanquam pro patre meo rem geram. Τὲ particulae respondet τὲ post κοινῶν v. 256. posita.

V. 255. Schol. min.: ὁμόσπορον· εἰς ἣν ἔσπειρε καὶ ἐκεῖνος καὶ ἐγώ.

V. 256 sq. κοινῶν τε παίδων κοίν' ἄν etc.] Sensus hic est: et quoniam, si illi contigisset, ut liberos procrearet, communes liberos haberemus. Nam κοινῶν παίδων κοινά pleonastice dictum pro κοινοὶ παῖδες. Cf. Matth. §. 442, 4. Adscripsit Neuius Eurip. Androm. 704: τὸ κείνης δυστυχεῖ παίδων πέρι.

V. 258. νῦν δ' ἐς — ἡ τύχη] Definite hoc versu id dicitur, quod versibus praecedentibus hypothetice elatum erat, ita ut sensus hic sit: atqui mala in eum ingruit fortuna, ita ut non susciperet liberos. Sic in Ai. 1057., quem locum attulit Erfurdtius: κεἰ μὴ θεῶν τις τήνδε πεῖραν ἔσβεσεν, ἡμεῖς μὲν ἂν τήνδ' ἦν ὅδ' εἵλκεν τύχην θανόντες ἂν προὐκείμεθ' αἰσχίστῳ μόρῳ, οὗτος δ' ἂν ἔζη· νῦν δ' ἐνήλλαξεν θεὸς τὴν τοῦδ' ὕβριν πρὸς μῆλα καὶ ποίμνας πεσεῖν. Adde quae ad O. C. 269. adnotavimus. Ceterum apte Musgr. cum hoc loco comparavit Ant. 1345: τά τ' ἐπὶ κρατί μοι πότμος δυσκόμιστος εἰσήλατο.

V. 259. ἀνθ' ὧν] Ἀντὶ τούτων. Cf. Matth. §. 480. c. Scholiasta: αἱ τοιαῦται ἔννοιαι οὐκ ἔχονται μὲν τοῦ σεμνοῦ, κινητικαὶ δέ εἰσι τοῦ θεάτρου. αἷς καὶ πλεονάζει Εὐριπίδης· ὁ δὲ Σοφοκλῆς πρὸς βραχὺ μὲν αὐτῶν ἅπτεται πρὸς τὸ κινῆσαι τὸ θέατρον.

V. 259 sq. τάδ' ὥσπερεὶ τοὐμοῦ — ὑπερμαχοῦμαι] Dictum hoc est ex usitatissima Graecorum consuetudine loquendi, a viris doctis tamen, quod sciam, nondum explicata. Solent enim Graeci saepissime pronomen aut adiectivum casu accusativo et genere neutro elatum cum verbis cuiusvis fere generis sic coniungere, ut id ad notionem substantivi, quae verbo, quocum iungitur, continetur, referendum sit. Itaque ταῦτα ὑπερμάχεσθαί τινος breviter dictum pro ταύτην τὴν μάχην μάχεσθαι ὑπέρ τινος. Sic. Ai. 1346: σὺ ταῦτ', Ὀδυσσεῦ, τοῦδ' ὑπερμαχεῖς ἐμοί. Hom. Il. α, 257. τάδε πάντα μαρναμένοιιν. Ex innumeris, quae huc pertinent, exemplis haec pauca adtulisse non inutile erit: τάδε μαίνεσθαι (Hom. Il. ε, 185.), i. e. ταύτην τὴν μανίαν μαίνεσθαι: τοιαῦτα ὑβρίζειν τινά (Soph. El. 293. 613. Eur. El. 264.), i. e. τοιαύτην τὴν ὕβριν ὑβρίζειν τι-

νῦν δ' ἐς τὸ κείνου κρᾶτ' ἐνήλαθ' ἡ τύχη.
ἀνθ' ὧν ἐγὼ τάδ' ὥςπερεὶ τοὐμοῦ πατρὸς
260 ὑπερμαχοῦμαι, κἀπὶ πάντ' ἀφίξομαι 265
ζητῶν τὸν αὐτόχειρα τοῦ φόνου λαβεῖν,
τῷ Λαβδακείῳ παιδὶ Πολυδώρου τε καὶ
τοῦ πρόσθε Κάδμου τοῦ πάλαι τ' Ἀγήνορος·
καὶ ταῦτα τοῖς μὴ δρῶσιν εὔχομαι θεοὺς

scripsi. Libri ἐπικυρῶ τ' ἐγώ. Brunckius dederat: νῦν δέ γ' ἐπικυρῶ τ' ἐγώ.

νά: τοιαῦτα ὑλακτεῖν (Soph. El. 299.), i. e. τοιαύτην τὴν ὑλακὴν ὑλακτεῖν sive ποιεῖν: ταὐτὰ ταῦτα λυπεῖν τινα (Plat. Apol. Socr. p. 41. extr.): ταῦτα ἀνιᾶν τίνα (Soph. Ant. 550.): ταῦτά σ' ἔχθει πόσις (Eur. Andr. 212.), i. e. τοῦτό σε ἔχθος ἐχθαίρει πόσις (coll. Soph. Phil. 59. cum adnotatione mea): τὰ μέγιστα τιμηθῆναι (huius fab. 1203.), i. e., ut ipse Schol. explicat, τὰς μεγίστας τιμὰς τιμηθῆναι, coll. Xen. Anab. I, 3, 3: καί με φεύγοντα — τά τε ἄλλα ἐτίμησε καὶ etc.: δεινὰ ἀναγκάζεσθαι (Plat. Phaedr. p. 254. A.), i. e. δεινὴν ἀνάγκην πάσχειν: μείζονα πηδήσας (huius fab. 1300.), i. e. μείζονα πηδήματα πηδήσας: τοῦτο γάρ σ' ἔχω μόνον προςειπεῖν (huius fab. 1071.), i. e. τοῦτο γὰρ τὸ ὄνομα sive ἔπος προςειπεῖν σ' ἔχω: ταῦτα σπεύδειν (Xen. An. IV, 1, 21: ταῦτα γὰρ ἔσπευδον καὶ διὰ τοῦτό σε οὐχ ὑπέμενον), i. e. ταύτην τὴν σπουδὴν ἔσπευδον. Neque non huc pertinet, quod Sophocles hac ipsa fab. dixit 1327: πῶς ἔτλης τοιαῦτα σὰς ὄψεις μαρᾶναι; i. e. πῶς ἔτλης τοιοῦτον μαρασμὸν σῶν ὀμμάτων ποιῆσαι; Cf. etiam quae ad 560. adnotavi, et quae in Censura Ai. ab Lobeck. edit. p. 86. §. 4. exposui.

V. 260. κἀπὶ πάντ' ἀφίξομαι] Vide quae ad Philoct. 257. ed. sec. adnotavimus.

V. 262. τῷ Λαβδακείῳ παιδὶ] Τῷ τοῦ Λαβδάκου παιδί. De forma dicendi ad Ai. 134. admonuimus. Brunckius adnotat bis hoc exemplo uti Eustathium ad illustrandas similes apud Homerum constructiones: Il. β, 54. [p. 172, 28. (130, 47.)] Νεστορέῃ παρὰ νηῒ Πυλοιγενέος βασιλῆος, et ε, 741. [p. 601, 34. (458, 2.)] ἐν δέ τε Γοργείη κεφαλὴ δεινοῖο πελώρου.

V. 264. ταῦτα τοῖς μὴ δρῶσιν] Qui haec omittunt facere, ut indicent aut investigent interfectorem. Ceterum placet cum hoc loco composuisse similem Cambysis orationem apud Herod. III, 65: καὶ ταῦτα μὲν ποιεῦσι ὑμῖν γῆ τε καρπὸν ἐκφέροι, καὶ γυναῖκές τε καὶ ποῖμναι τίκτοιεν, ἐοῦσι ἐς τὸν ἅπαντα χρόνον ἐλευθέροισι· μὴ ἀνασωσαμένοισι δὲ τὴν ἀρχὴν μηδ' ἐπιχειρήσασι ἀνασώζειν τὰ ἐναντία τούτοισι ἀρέομαι ὑμῖν γενέσθαι.

V. 264 sq. εὔχομαι θεοὺς — γυναικῶν παῖδας] Iis precor deos ut neque segetem e terra, nec liberos ex uxoribus progigni sinant. ERF. Schaeferus ἀνιέναι accepit significatione neutrali, i. e. prodeundi, existendi (de qua Lob. ad Ai. p. 258.), quae tamen, ut recte monet Erfurdt., servato θεοὺς vix poterit admitti. De αὐτοῖς post δρῶσιν repetito vide Matth. §. 472, 1. a, et de μήτε — μήτ' οὖν eundem §. 625. — De sen-

265 μήτ' ἄροτον αὐτοῖς γῆς ἀνιέναι τινά, 270
μήτ' οὖν γυναικῶν παῖδας, ἀλλὰ τῷ πότμῳ
τῷ νῦν φθερεῖσθαι, κἄτι τοῦδ' ἐχθίονι.
ὑμῖν δὲ τοῖς ἄλλοισι Καδμείοις, ὅσοις
τάδ' ἔστ' ἀρέσκονθ', ἥ τε σύμμαχος Δίκη
270 χοὶ πάντες εὖ ξυνεῖεν εἰςαεὶ θεοί. 275

ΧΟΡΟΣ.

ὥςπερ μ' ἀραῖον ἔλαβες, ὧδ', ἄναξ, ἐρῶ.
οὔτ' ἔκτανον γὰρ, οὔτε τὸν κτανόντ' ἔχω
δεῖξαι. τὸ δὲ ζήτημα τοῦ πέμψαντος ἦν
Φοίβου τόδ' εἰπεῖν, ὅςτις εἴργασταί ποτε.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

275 δίκαι' ἔλεξας. ἀλλ' ἀναγκάσαι θεοὺς 280
ἂν μὴ θέλωσιν οὐδ' ἂν εἷς δύναιτ' ἀνήρ.

ΧΟΡΟΣ.

τὰ δεύτερ' ἐκ τῶνδ' ἂν λέγοιμ', ἃ μοι δοκεῖ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

εἰ καὶ τρίτ' ἐστί, μὴ παρῇς τὸ μὴ οὐ φράσαι.

V. 265. γῆς. Sic ex coniectura Musgravii dedi. Libri γῆν.

tentia loci adscripserunt interpretes Aeschin. in Ctesiph. §. 111. p. 69. ed. Steph.: καὶ ἐπεύχεται αὐτοῖς μήτε γῆν καρπούς φέρειν, μήτε γυναῖκας τέκνα τίκτειν γονεῦσιν ἐοικότα, ἀλλὰ τέρατα, μήτε βοσκήματα κατὰ φύσιν γονὰς ποιεῖσθαι, ἤτταν δὲ αὐτοῖς εἶναι πολέμου καὶ δικῶν καὶ ἀγορῶν, καὶ ἐξώλεις εἶναι καὶ αὐτοὺς καὶ οἰκίας καὶ γένος τὸ ἐκείνων.

V. 266 sq. τῷ πότμῳ τῷ νῦν] Praesenti calamitate, i. e. peste. De infinitivo futuri φθερεῖσθαι post εὔχομαι sequente vide Matth. §. 506. VI. [De fut. 2. med. significatione passiva adhibito cf. Gr. nostram §. 114. adnot. 1. V. C. F. R.].

V. 269 sq. ἥ τε σύμμαχος Δίκη] I. e. ἥ τε Δίκη σύμμαχος εἴη. Versu sequenti notanda locutio εὖ ξυνεῖναί τινι, favere alicui, cui similis est εὖ διδόναι, de qua ad 1052. ed. meae monitum.

V. 271. ὥςπερ μ' ἀραῖον ἔλαβες] Eustathius p. 1809, 14. legit: ὥςπερ μ' ἀραῖον εἶλες, exponitque: ὥςπερ με εἶλες διὰ τῆς ἀρᾶς. BR. Sensus hic est: quemadmodum tu me execratione tua coegisti loqui, ita loquar.

V. 273—274. τὸ δὲ ζήτημα — ποτε] Hoc dicit: investigatio autem eius erat, qui responsum dedit (τοῦ πέμψαντος), Phoebi, isque dicere hoc debebat, quis caedem perpetrasset.

V. 276. οὐδ' ἂν εἷς δύναιτ' ἀνήρ] Confert Hermannus Trach. 1072: καὶ τόδ' οὐδ' ἂν εἷς ποτε τόνδ' ἄνδρα φαίη πρόσθ' ἰδεῖν δεδρακότα.

V. 277. ἐκ τῶνδε] Sic supra 235: ἐκ τῶνδε δράσω.

ΧΟΡΟΣ.

ἄνακτ' ἄνακτι ταῦθ' ὁρῶντ' ἐπίσταμαι
280 μάλιστα Φοίβῳ Τειρεσίαν, παρ' οὗ τις ἂν 285
σκοπῶν τάδ', ὦναξ, ἐκμάθοι σαφέστατα.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἀλλ' οὐκ ἐν ἀργοῖς οὐδὲ τοῦτ' ἐπραξάμην.
ἔπεμψα γάρ, Κρέοντος εἰπόντος, διπλοῦς
πομπούς· πάλαι δὲ μὴ παρὼν θαυμάζεται.

ΧΟΡΟΣ.

285 καὶ μὴν τά γ' ἄλλα κωφὰ καὶ παλαί' ἔπη. 290

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

τὰ ποῖα ταῦτα; πάντα γὰρ σκοπῶ λόγον.

ΧΟΡΟΣ.

θανεῖν ἐλέχθη πρός τινων ὁδοιπόρων.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἤκουσα κἀγώ· τὸν δ' ἰδόντ' οὐδεὶς ὁρᾷ.

V. 277. Elmsleius ἀμοὶ scribendum putavit, quod recepit Dindorfius.

V. 278. μὴ παρῇς τὸ μὴ οὐ φράσαι] Confer Matth. §. 534. not. 4. 7.

V. 279 sq. Schol. rec.: τὸν Ἀπόλλωνα καὶ τὸν Τειρεσίαν λέγει ἄνακτα· τὸν μὲν ὡς φύσει ἀνάσσοντα, τὸν δὲ Τειρεσίαν ὡς ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων οὕτω τιμώμενον διὰ τὸ κράτος τῆς μαντικῆς.

V. 281. σκοπῶν] Gl. ζητῶν, ἐρευνῶν. et 291. σκοπῶ, ἐξετάζω. BR.

V. 282. ἐν ἀργοῖς] Segniter; cf. Matth. §. 577. — De ἐπραξάμην pro ἔπραξα posito vide eundem §. 496, 7.

V. 283. Schol.: κἀνταῦθα τὸ κηδεμονικὸν τοῦ ἤθους διετήρησεν· τὸ μὲν οὖν διπλοῦς πομπούς τῆς σπουδῆς ἐστι τεκμήριον· τὸ δὲ Κρέοντος εἰπόντος πιθανὸν εἰς τὰ ἑξῆς [378. 385 sqq. 555.], ἵνα ἡ ὑπόνοια αὐτοῦ πίστιν ἔχοι, τὸ πεπεισμένον ὑπὸ τοῦ Κρέοντος τὸν Τειρεσίαν μαντεύεσθαι κατὰ τοῦ Οἰδίποδος τὰ ψευδῆ.

V. 284. μὴ παρὼν θαυμάζεται] I. e. μὴ παρεῖναι αὐτὸν θαυμάζω. Cf. Matth. §. 555. p. 1092.

V. 285. κωφὰ καὶ παλαί' ἔπη] De voc. κωφός disputavit Coraÿus ad Heliodor. T. II. p. 152 sq., de παλαιός Schützius ad Aesch. Prom. 317. ERF.

V. 288. τὸν δ' ἰδόντ' οὐδεὶς ὁρᾷ] Licet primo aspectu pro τὸν δ' ἰδόντ' scribendum τὸν δὲ δρῶντ' (coll. Ant. 319.) fuisse videatur propter sequentia, rectissime tamen vulgata scriptura se habet. Hoc enim consentaneum est Oedipum dicere: famam illam omnes audivimus; verum auctor famae non exstat, i. e. is, qui viderit Laium interfici, a quo certiores fieri de

ΧΟΡΟΣ.

ἀλλ' εἴ τι μὲν δὴ δείματος τρέφει μέρος,
290 τὰς σὰς ἀκούων οὐ μενεῖ τοιάσδ' ἀράς. 295

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ᾧ μή 'στι δρῶντι τάρβος, οὐδ' ἔπος φοβεῖ.

ΧΟΡΟΣ.

ἀλλ' οὐξελέγξων αὐτὸν ἔστιν· οἵδε γὰρ
τὸν θεῖον ἤδη μάντιν ὧδ' ἄγουσιν, ᾧ
τἀληθὲς ἐμπέφυκεν ἀνθρώπων μόνῳ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

295 ὦ πάντα νωμῶν Τειρεσία, διδακτά τε 300
ἄῤῥητά τ' οὐράνιά τε καὶ χθονοστιβῆ,
πόλιν μέν, εἰ καὶ μὴ βλέπεις, φρονεῖς δ' ὅμως
οἵᾳ νόσῳ σύνεστιν· ἧς σὲ προστάτην

V. 289. τρέφει ex mea coniectura scripsi. Vulgo δείματός γ' ἔχει. Atqui primum variae scripturae codicum non ita scripsisse Sophoclem arguunt, deinde usus γὲ particulae, ab sensu huius loci

interfectore possemus, a nemine videtur, i. e. nusquam conspicitur.

V. 289. τρέφει] Scil. interfector Lai, quem comperire ab eo possemus, qui caedi interfuit. De usu verbi τρέφειν confer Trach. 28: ἀεί τιν' ἐκ φόβου φόβον τρέφω, et quae ad Ant. 884. adnotavimus.

V. 290. τὰς σὰς ἀκούων etc.] Non sustinebit, quum audiet, imprecationes tuas, i. e. sponte se sistet, ubi imprecationes tuas audiverit. Sic μένειν usurpatum Philoct. 871: οὐ γάρ ποτ', ὦ παῖ, τοῦτ' ἂν ἐξηύχησ' ἐγώ, τλῆναί σ' ἐλεινῶς ὧδε τἀμὰ πήματα μεῖναι.

V. 291. δρῶντι τάρβος] De participio vide Matth. §. 555. not. 2.

V. 292 sq. οὐξελέγξων αὐτὸν ἔστιν etc.] Id est: ἔστι τις, ὃς αὐτὸν ἐξελέγξει, i. e. φανερώσει, τὸν θεῖον μάντιν λέγω, καὶ ἤδη ἐξελέγξει· ἀρτίως γὰρ ὧδε ἄγεται. Conferre iuvat Philoct. 1241 sq.: ἔστιν τις, ἔστιν, ὅς σε κωλύσει τὸ δρᾶν. ΝΕ. τί φῄς; τίς ἔσται μ' [οὐπικωλύσων τάδε;

V. 294. τἀληθὲς] Ἡ ἀλήθεια. Vide ad Philoct. 83.

V. 295. Schol.: ὦ πάντα νωμῶν· ἀντὶ τοῦ κρίνων ἕκαστα καὶ ἐξετάζων. ἐπαινεῖ δὲ τὸν μάντιν, πάντων αὐτῷ περιτιθεὶς ἐμπειρίαν θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων, τοὺς ἐκείνου λόγους οὐκ ἀναμένων, ὅπερ δηλωτικόν ἐστι τῆς σπουδῆς. Musgravius inter alia adscripsit Aeschyl. Sept. c. Th. 24: ὁ μάντις, οἰωνῶν βοτήρ, ἐν ὠσὶ νωμῶν καὶ φρεσὶν πυρὸς δίχα χρηστηρίους ὄρνιθας ἀψευδεῖ τέχνῃ.

V. 297. φρονεῖς δ' ὅμως] Particularum δὲ ὅμως coniunctarum exempla plura ad Ant. 234. attulimus.

V. 298. οἵᾳ νόσῳ σύνεστιν] Qua calamitate laboret. Vide de hac locutione ad Philoct. 266. ed. meae.

V. 299. μοῦνον] Qua ratione formam hanc Ionicam Sophocles in trimetris usurparit, quod non fecerunt neque Aeschylus neque

σωτῆρά τ', ὦναξ, μοῦνον ἐξευρίσκομεν.
300 Φοῖβος γάρ, εἴ τι μὴ κλύεις τῶν ἀγγέλων, 305
πέμψασιν ἡμῖν ἀντέπεμψεν ἔκλυσιν
μόνην ἂν ἐλθεῖν τοῦδε τοῦ νοσήματος,
εἰ τοὺς κτανόντας Λάϊον μαθόντες εὖ
κτείναιμεν, ἢ γῆς φυγάδας ἐκπεμψαίμεθα.
305 σὺ δ' οὖν φθονήσας μήτ' ἀπ' οἰωνῶν φάτιν, 310
μήτ' εἴ τιν' ἄλλην μαντικῆς ἔχεις ὁδόν,
ῥῦσαι σεαυτὸν καὶ πόλιν, ῥῦσαι δ' ἐμέ,
ῥῦσαι δὲ πᾶν μίασμα τοῦ τεθνηκότος.
ἐν σοὶ γὰρ ἐσμέν· ἄνδρα δ' ὠφελεῖν ἀφ' ὧν
310 ἔχοι τε καὶ δύναιτο κάλλιστος πόνων. 315

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

φεῦ φεῦ· φρονεῖν ὡς δεινόν, ἔνθα μὴ τέλη

alienae.

V. 300. εἴ τι scripsi ex coniectura Lud. Stephani. Vulgo εἰ καί.

Euripides, ad O. C. 925. exposui. — De usu verbi ἐξευρίσκειν ad Trach. 1157 sq. dixi.

V. 300. κλύεις] Ἀκήκοας. Vide ad Philoct. 259. ed. meae et Rost. §. 116. adnot. 2. De εἴ τι μή ad v. 124 sq. diximus.

V. 301. πέμψασιν ἡμῖν ἀντέπεμψεν] Cf. 149: Φοῖβος δ' ὁ πέμψας τάςδε μαντείας, et 278: τοῦ πέμψαντος ἦν Φοίβου. Itaque πέμπειν sic usurpavit Sophocles, ut nunc mittere qui consulerent oraculum (Xen. Cyrop. VII, 2, 18: πέμπω περὶ παίδων), nunc mittere qui referrent responsum significaret.

V. 306. ὁδόν] Rationem. Vide supra 67: πολλὰς δ' ὁδοὺς ἐλθόντα φροντίδος πλάναις.

V. 308. πᾶν μίασμα τοῦ τεθνηκότος] Intelligit omnia, quae propter caedem Lai ut impura indigent expiatione. HERM. De genitivo vide Matth. §. 342.

V. 309. ἐν σοὶ γὰρ ἐσμέν] A te pendemus, i. e. pendet salus nostra. Cf. O. C. 247: ἐν ὑμῖν κείμεθα. Eur. Alc. 279: ἐν σοὶ δ' ἐσμὲν καὶ ζῆν καὶ μή. Cf. Matth. §. 577.

V. 309 sq. ἄνδρα δ' — πόνων] Manifestum est ἄνδρα, id quod vel ex verborum collocatione apparet, non obiectum, quod dicitur, sed subiectum esse loci, ita ut sensus hic sit: ἐσθλοῦ γὰρ ἀνδρὸς πόνος κάλλιστος ἂν εἴη ὠφελεῖν ἀφ' ὧν ἔχοι τε καὶ δύναιτο. De significatu voc. ἄνδρα ad Ai. 512. egimus, de verbo ὠφελεῖν sine casu posito conf. fragm. inc. 667. ed Dind.: αἰδὼς γὰρ ἐν κακοῖσιν οὐδὲν ὠφελεῖ. Denique de locutione ἀφ' ὧν ἔχοι confer El. 1377: ἦ σε πολλὰ δὴ ἀφ' ὧν ἔχοιμι λιπαρεῖ προὔστην χερί.

V. 311 sq. Schol.: ὡς δεινόν, φησί, τὸ φρονεῖν, ὅταν τὸ φρονούμενον τῷ φρονοῦντι μὴ λυσιτελῇ. σχετλιάζει δὲ μὴ βουλόμενος εἰς φῶς ἄγειν τὰ τοῦ Οἰδίπου. διαλελυμένως δὲ εἶπεν τέλη λύῃ, ἀντὶ τοῦ λυσιτελεῖν. De participio φρονοῦντι, pro quo infinitivum quis exspectet, vide Matth. §. 555. not. 2., de coniunctivo Ai. 1054. et 1133. ed. meae.

λύῃ φρονοῦντι. ταῦτα γὰρ καλῶς ἐγὼ
εἰδὼς διώλεσ' · οὐ γὰρ ἂν δεῦρ' ἱκόμην.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

τί δ' ἔστιν, ὡς ἄθυμος εἰςελήλυθας;

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

ἄφες μ' ἐς οἴκους · ῥᾷστα γὰρ τὸ σόν τε σὺ
κἀγὼ διοίσω τοὐμόν, ἢν ἐμοὶ πίθῃ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

οὔτ' ἔννομ' εἶπας οὔτε προςφιλὲς πόλει
τῇδ', ἥ σ' ἔθρεψε, τήνδ' ἀποστερῶν φάτιν.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

ὁρῶ γὰρ οὐδὲ σοὶ τὸ σὸν φώνημ' ἰὸν
πρὸς καιρόν · ὡς οὖν μηδ' ἐγὼ ταὐτὸν πάθω.

ΧΟΡΟΣ.

μή, πρὸς θεῶν, φρονῶν γ' ἀποστραφῇς, ἐπεὶ
πάντες σε προςκυνοῦμεν οἷδ' ἱκτήριοι.

V. 312. Ex optimis codicibus et scholiis λύῃ coniunctivum restitui, siquidem amat Sophocles in locis communibus post pronomina et adverbia relativa adeoque post particulam conditionalem coniunctivum ponere. Vulgo λύει.

V. 312 sq. ταῦτα γὰρ καλῶς ἐγὼ εἰδὼς etc.] Sensus hic est: bene enim hoc cognitum habens, periculosum esse sapere, ubi sapere nihil expediat, tamen oblitus sum, quum huc venirem; nam si meminissem, huc non venissem. Quo significare Tiresias apparet grave sibi in hac causa esse verum dicere.

V. 313. διώλεσα] Gl. ἐπελαθόμην. Recte. Ut σώζειν saepe usurpatur pro tenere memoria, sic διολλύναι significat nonnunquam oblivisci. Vide quae notavimus ad Eur. Bacch. 782. et ad Hipp. 391. BR.

V. 316. Schol.: ἢν ἐμοὶ πίθῃ · ἐάν με ἀπελθεῖν ἐάσῃς.

V. 318. Schol.: ἀποστερῶν · μὴ λέγων τὸν χρησμόν.

V. 319 sq. Schol.: ὁρῶ γὰρ οὐδὲ σοὶ τὸ σὸν φώνημα · οὐ γὰρ σύμφορός σοι οὐδὲ κατὰ καιρὸν ἡ ζήτησις γίνεται. ἵνα οὖν μὴ ἐκ τούτου μέμψις ἀκολουθήσῃ, σιωπῶ. τὸ μὲν κατὰ λόγον ἔλλιπές ἐστι, τὸ δὲ κατὰ διάνοιαν πλῆρες. ὃ δὲ βούλεται λέγειν, ὁρῶ τὸ σὸν φώνημα μὴ πρὸς καιρὸν ἐξιόν · κἀγὼ οὖν φωνὴν μὴ πρὸς καιρὸν ἀφιέναι φυλάσσομαι. Immo quod supplendum ad γὰρ particulam est, οὐ λέξω τὴν φάτιν, idem post πάθω suppressum a Tiresia putandum est. Fortasse tamen praestat post πάθω signum abruptae orationis ponere.

V. 323 sq. ἐγὼ δ' οὐ μήποτε — ἐκφήνω κακά] Recte haec iam Scholiasta interpretatus est: οὐκ ἐμφανῶ τὰ ἐμὰ ἔπη, ἵνα μὴ τὰ σὰ εἴπω κακά. ἤδη δε τρανότερόν φησιν, ὅτι τὰ αὐτοῦ κακὰ ἀποκρύπτεται.

V. 328. ἄλλως] Frustra. Vide ad Philoct. 929. ed. meae.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

πάντες γὰρ οὐ φρονεῖτ· ἐγὼ δ' οὐ μήποτε
τἄμ', ὡς ἂν εἴπω μὴ τὰ σ', ἐκφήνω κακά.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

325 τί φῄς; ξυνειδὼς οὐ φράσεις, ἀλλ' ἐννοεῖς 330
ἡμᾶς προδοῦναι καὶ καταφθεῖραι πόλιν;

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

ἐγὼ οὔτ' ἐμαυτὸν οὔτε σ' ἀλγυνῶ. τί ταῦτ'
ἄλλως ἐλέγχεις; οὐ γὰρ ἂν πύθοιό μου.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

οὐκ, ὦ κακῶν κάκιστε, καὶ γὰρ ἂν πέτρου
330 φύσιν σύ γ' ὀργάνειας, ἐξερεῖς ποτε, 335
ἀλλ' ὧδ' ἄτεγκτος κἀτελεύτητος φανεῖ;

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

ὀργὴν ἐμέμψω τὴν ἐμήν· τὴν σὴν δ' ὁμοῦ
ναίουσαν οὐ κατεῖδες, ἀλλ' ἐμὲ ψέγεις.

V. 321 sq. Hos versus Hermannus cum Elmaleio paucorum codicum auctoritate Oedipo adtribuit. Choro diserte etiam Schol. adsignavit.

V. 329. ὦ κακῶν κάκιστε] Vide de hac locutione Matth. §. 459, 1. — Verbis sqq. καὶ γὰρ — ὀργάνειας rationem reddit Oedipus, sive potius excusationem addit, quod Tiresiam convicio hoc, ὦ κ. κ., lacessat.

V. 330. ὀργάνειας] Gl. εἰς ὀργὴν κινήσειας.

V. 331. ἄτεγκτος κἀτελεύτητος] Ἄτεγκτος ἀντὶ τοῦ ἀσυμπαθὴς καὶ ἀδάκρυτος. τέγγειν γὰρ τὸ βρέχειν. ἀτελεύτητος δὲ δυςαξίωτος, δυςπαράκλητος, ἀμείλιχος. SCHOL. Contra Eustathius p. 441, 26. (335, 33.): ἀτελεύτητος παρὰ Σοφοκλεῖ καὶ τὸν μὴ τελευτὴν ἐπάγοντα τοῖς ζητουμένοις δηλοῖ ἐν τῷ ἄτεγκτος κἀτελεύτητος φανεῖ.

V. 332 sq. ὀργὴν ἐμέμψω τὴν ἐμήν etc.] Quum Oedipus in antecedentibus Tiresiam non quod ira arderet, sed quod alios ira accenderet, reprehenderit, nemo non intelligit recte a Scholiasta ὀργὴν τὴν ἐμήν explicari ita: ὀργὴν, εἰς ἣν ἐγὼ ἄλλους κινῶ. — Sequentia ambigue dicta esse vidit iam Eustathius p. 755, 14. (656, 44.) monens: δοκεῖ μὲν λέγειν ὁ Τειρεσίας, ὅτι τὴν σὴν ὀργὴν οὐ κατεῖδες, τὴν σύμφυτόν σοι. ἀληθῶς δὲ λέγει, ὅτι τὴν σὴν ἄλοχον οὐκ οἶδας, ἤγουν τὴν μητέρα σου, ἣ συμβιοῖς. ὅπερ ὀκνήσας ἐκφῆναι εἶπε τὸ ὁμοῦ ναίουσαν, ὃ ταὐτόν ἐστι τῷ ὁμευνέτιν. Sensus igitur hic est: neque vero vidisti te esse eum, qui aliorum animum ira accendas, et apud te id habitare, quod alios ira impleat. Oedipus tamen in hunc tantum sensum Tiresiae verba dicta accepit, se maledictis suis Tiresiae animum ad iram provocare.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

πῶς γὰρ τοιαῦτ' ἂν οὐκ ἂν ὀργίζοιτ' ἔπη
335 κλύων, ἃ νῦν σὺ τήνδ' ἀτιμάζεις πόλιν; 340

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

ἥξει γὰρ αὐτά, κἂν ἐγὼ σιγῇ στέγω.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

οὐκοῦν ἃ γ' ἥξει καὶ σὲ χρὴ λέγειν ἐμοί.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

οὐκ ἂν πέρα φράσαιμι. πρὸς τάδ', εἰ θέλεις,
θυμοῦ δι' ὀργῆς ἥτις ἀγριωτάτη.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

340 καὶ μὴν παρήσω γ' οὐδέν, ὡς ὀργῆς ἔχω, 345
ἅπερ ξυνίημ'. ἴσθι γὰρ δοκῶν ἐμοὶ
καὶ ξυμφυτεῦσαι τοὔργον εἰργάσθαι θ' ὅσον
μὴ χερσὶ καίνων· εἰ δ' ἐτύγχανες βλέπων,
καὶ τοὔργον ἂν σοῦ τοῦτ' ἔφην εἶναι μόνου.

V. 342. La a pr. m., Γ, Δ εἰργάσθαι δ' habent, quod ipsum scribi a poeta potuit.

V. 334. τοιαῦτ' ἂν οὐκ ἂν] De repetita ἂν particula vide quae rectissime monuit Rostius meus in Gr. Gr. §. 120. adnot. 4.

V. 335. ἃ νῦν σὺ τήνδ' ἀτ. πόλιν] Duplicem accusativum ex uno verbo ἀτιμάζει aptum satis mihi illustrasse videor in Censura Ai. ab Lobeck. edit. p. 80 sqq.

V. 336. ἥξει] Gl. παραγενήσεται, φανήσεται. — Schol.: αὐτά· αὐτόματα. Sic Trach. 1177: ἀλλ' αὐτὸν εἰκάθοντα συμπράσσειν.

V. 338. πρὸς τάδ'] Propterea, itaque. Sic Electr. 383: πρὸς ταῦτα φράζου. Ai. 972: πρὸς ταῦτ' — ὑβριζέτω. Cf. Herm. ad Vig. p. 863. Matth. §. 591.

V. 339. θυμοῦ δι' ὀργῆς] Insolens locutio. Verum quum diceretur ἔρχεσθαι δι' ὀργῆς (cf. Matth. §. 580. c. p. 1149.) ita, ut idem fere valeret atque ὀργίζεσθαι, Sophocles, quo gravior fieret oratio, pro ἔρχου posuit id verbum, quod eandem, quam maxime urgeri voluit, notionem irae iterum contineret, minime religioni sibi ducens a vulgari loquendi consuetudine recedere, hoc, ut iam patet, significans: ὀργίζου ὀργήν. Simile est quod dixit supra v. 65. ὕπνῳ εὕδοντα, et quae ad Philoct. 139 sq. adnotavi. Adde Herodot. VIII, 77. δι' ἀντιλογίης λέγειν.

Ibidem. ἥτις ἀγριωτάτη] Aesch. Sept. c. Th. 65. καιρὸν ὅστις ὤκιστος. Pers. 830. κόσμον ὅστις εὐπρεπής. Vide Matth. §. 445. a. coll. §. 461. Sic etiam Latini. Cicero in Pis. c. 21: poenas — eas, quae gravissimae sunt. ERF.

V. 340. ὡς ὀργῆς ἔχω] Pro ira qua ardeo. Cf. Matth. §. 337. Rost. §. 108, 2. b. et §. 109, 1.

V. 342. ξυμφυτεῦσαι τοὔργον] Respondet verbum φυτεῦσαι ex asse Latinorum concipere. Cf. Cic. pro P. Sulla c. 5: quod flagitium Lentulus non cum Autronio concepit? quod sine eo-

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

345 ἄληθες; ἐννέπω σὲ τῷ κηρύγματι, 350
ὥπερ προεῖπας, ἐμμένειν, κἀφ' ἡμέρας
τῆς νῦν προσαυδᾶν μήτε τούσδε μήτ' ἐμέ,
ὡς ὄντι γῆς τῆσδ' ἀνοσίῳ μιάστορι.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

οὕτως ἀναιδῶς ἐξεκίνησας τόδε
350 τὸ ῥῆμα; καί που τοῦτο φεύξεσθαι δοκεῖς; 355

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

πέφευγα· τἀληθὲς γὰρ ἰσχῦον τρέφω.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

πρὸς τοῦ διδαχθείς; οὐ γὰρ ἔκ γε τῆς τέχνης.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

πρὸς σοῦ. σὺ γάρ μ' ἄκοντα προὐτρέψω λέγειν.

dem illo Catilina facinus admisit? De καὶ — τὲ particulis vide quae ad O. C. 1389. exposui. Nemo autem adeo stultus erit, ut eodem sensu quo καὶ — καὶ particulas καὶ — τὲ sibi opponi putet.

V. 342 sq. Schol.: εἰργάσθαι δ' ὅσον μὴ χερσί· εἰργάσθαι τὰ ἄλλα τοῦ φόνου, χωρὶς τῆς ἀπὸ τῶν χειρῶν ἐνεργείας. εἰ δὲ ἔβλεπες, ἐκάλουν ἄν σε καὶ φονέα αὐτόχειρα.

V. 345. ἄληθες;] Gl. εἰρωνικόν. Vide quae notavimus ad Aristoph. Ran. 840. BR. Cf. Ant. 758. Eur. Cycl. 241. Aristoph. Av. 1605.

Ibid. ἐννέπω σὲ] Iubeo te. Vide quae ad O. C. 837. adnotata sunt.

V. 348. ὡς ὄντι — μιάστορι] Ne tirones quidem ignorant consuevisse Graecos nunc ἐννέπω σε ποιεῖν τοῦτο, nunc ἐννέπω σοι ποιεῖν τοῦτο dicere. Itaque in dativo ὄντι μιάστορι nihil esset offensionis, si praecessisset σοί. Σὲ autem accusativus quum praecedat, necesse est poetam argumento quodam rhetorico commotum esse, ut a vulgari consuetudine loquendi deflecteret. Deflexit autem hoc loco, ut vel pueri intelligent, ambiguitatis vitandae causa. Vide quae ad Ai. 980. adnotavi.

V. 349. Schol.: οὕτως ἀναιδῶς ἐξεκίνησας· οἴεται αὐτὸν πλασάμενον ψεύδεσθαι, εἰκότως δὲ ἀπιστεῖται ὡς δι' ὀργὴν εἰρηκώς· εἰ δὲ ἐπιστεύθη κατ' ἀρχὴν ὁ μάντις, τὰ ἑξῆς τοῦ δράματος ἀνῄρητο, τὰ τοῦ ἀναγνωρισμοῦ, ἐν οἷς καταγέγονε μάλιστα ὁ ποιητής.

V. 350. καί που τοῦτο φεύξεσθαι δοκεῖς;] Id est, ut recte Schol. rec. monuit, τὴν ἀκολουθοῦσαν τῷ ῥήματι βλάβην.

V. 351. πέφευγα] Non tam effugi significat quam liber sum, sc. a poena, qua me propter impudens dictum dicis affectum iri. Sic Phil. 1044. τῆς νόσου πεφευγέναι. Cf. quae ad Phil. 910. ed. meae monui. De usu verbi τρέφειν ad v. 289. diximus.

V. 352. πρὸς τοῦ διδ.] Sc. τὸ ἀληθές. Incipit suspicari Oedipus subornatum ab aliquo Tiresiam esse. Schol.: ἡ ἀπόταξις φανερῶς εἰς Κρέοντα.

V. 353. πρὸς σοῦ] Sc. ἐδι-

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ποῖον λόγον; λέγ' αὖθις, ὡς μᾶλλον μάθω.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

355 οὐχὶ ξυνῆκας πρόσθεν; ἢ 'κπειρᾷ λέγειν; 360

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

οὐχ ὥςτε γ' εἰπεῖν γνωστόν· ἀλλ' αὖθις φράσον.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

φονέα σέ φημι τἀνδρὸς οὗ ζητεῖς κυρεῖν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἀλλ' οὔτι χαίρων δίς γε πημονὰς ἐρεῖς.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

εἴπω τι δῆτα κἄλλ', ἵν' ὀργίζῃ πλέον;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

360 ὅσον γε χρῄζεις· ὡς μάτην εἰρήσεται. 365

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

λελῃθέναι σέ φημι σὺν τοῖς φιλτάτοις
αἴσχιστ' ὁμιλοῦντ', οὐδ' ὁρᾶν ἵν' εἶ κακοῦ.

V. 355. Brunck. de suo pro λέγειν dedit λόγων, scripsisse autem Sophoclem hoc putavit: οὐχὶ ξυνῆκας; πρὸς τί μ' ἐκπειρᾷ πάλιν;

V. 359. Non male suspicatur Lud. Stephani pro κἄλλ' δάχθην τὸ ἀληθὲς λέγειν, id est, impulsus sum, ut verum dicerem.

V. 355. ἢ 'κπειρᾷ λέγειν;] Insolenter dictum, ut mihi videtur, sic accipiendum: an experiris, num dicam? quo Tiresias hoc significat: an rogitando, quid dicam, id studes efficere, ut verum non dicam? Λέγειν dictum igitur pro τὸ λέγειν με τοῦτο.

V. 356. οὐχ ὥςτε γ'] I. e. οὐχ οὕτως γε, ὥςτε etc. Sic rursus v. 1131. Vide ad v. 360.

V. 357. φονέα σέ φημι — κυρεῖν] Κυρεῖν pro εἶναι recte accipit Hermannus. Male reliqui, οὗ ζητεῖς κυρεῖν, quem reperire cupis. Sed κυρεῖν τινος, reperire aliquem, vereor ut Graecum sit. Nec bene dicitur φονέα σέ φημι, omisso εἶναι. Vide 703. Recte Iohnsonus: peremptorem te esse dico viri, cuius peremptorem quaeris. ELMSL.

V. 358. πημονὰς] Gl. λοιδορίας. Sic 520. ἡ ζημία τοῦ λόγου. De significatu verborum οὐ χαίρων ad Ant. 230. admonuimus.

V. 359. εἴπω τι] Cave cum Brunckio scribas τί δῆτα: τι enclíticum h. l. est: dicamne etiam aliud quid? ERF.

V. 360. ὅσον γε] Id est τοσοῦτόν γε, ὅσον. Sic v. 1239. et Trach. 1214: ὅσον γ' ἂν αὐτὸς μή τι προςψαύων χεροῖν. Vide ad v. 356.

V. 361. σὺν τοῖς φιλτάτοις] Plurali numero unam matrem significat. Sic infra 1184. Oedipus ait: ξὺν οἷς τ' οὐ χρῆν ὁμιλῶν, οὓς τ' ἔμ' οὐκ ἔδει κτανών, quorum hoc ad solum patrem, superius ad solam matrem refertur. Est hoc schema tragicis valde usitatum, de quo videndus Gatakerus opp. T. I. p. 351.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἦ καὶ γεγηθὼς ταῦτ' ἀεὶ λέξειν δοκεῖς;

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

εἴπερ τί γ' ἔστι τῆς ἀληθείας σθένος.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

365 ἀλλ' ἔστι, πλὴν σοί. σοὶ δὲ τοῦτ' οὐκ ἔστ', ἐπεὶ 370
τυφλὸς τά τ' ὦτα τόν τε νοῦν τά τ' ὄμματ' εἶ.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

σὺ δ' ἄθλιός γε ταῦτ' ὀνειδίζων, ἃ σοὶ
οὐδεὶς ὃς οὐχὶ τῶνδ' ὀνειδιεῖ τάχα.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

μιᾶς τρέφει πρὸς νυκτὸς, ὥςτε μήτ' ἐμὲ
370 μήτ' ἄλλον, ὅςτις φῶς ὁρᾷ, βλάψαι ποτ' ἄν. 375

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

οὐ γάρ σε μοῖρα πρός γ' ἐμοῦ πεσεῖν, ἐπεὶ
ἱκανὸς Ἀπόλλων, ᾧ τάδ' ἐκπρᾶξαι μέλει.

scribendum esse τἄλλ'.

V. 371. σε μοῖρα πρός γ' ἐμοῦ. Sic recte primus Brunckius ex coniectura scripsit. Libri με μοῖρα πρός γε σοῦ.

BR. Adde huius fab. 1007. 1012. τῶν φυτευσάντων. Ant. 10. O. C. 813. τοὺς φίλους. O. C. 832. τοὺς ἐμούς. El. 803. τῶν φίλων. ibid. 1233. γοναὶ σωμάτων. Vide etiam ad huius fab. v. 1369. ed. meae et Phil. 1326 sq.

V. 365. πλὴν σοί. σοὶ δὲ] De hac pronominis repetitione vide ad Phil. 1035. edit. meae. — ἀλλ' ἔστι — οὐκ ἔστ'. Tiresiae verba, ad quae Oedipus respondet, quum hoc sensu dicta sint: siquidem est aliqua veritatis vis, i. e. siquidem veritas aliquid valet, facile apparet Oedipum hoc sibi velle: valet profecto aliquid veritas, praeterquam in te; in te autem nihil valet, i. e. nihil autem valet veritas, quae a te proficiscitur; quo hoc significat: quod tu dicis verum esse, id pro vero non habendum est.

V. 368. οὐδεὶς ὃς οὐχὶ] De omisso ἔστι vide Matth. §. 306. Rost. §. 100. adnot. 4.

V. 369. μιᾶς τρέφει πρὸς νυκτὸς] Hoc dicit Oedipus: a te, qui in perpetuis tenebris verseris, nihil unquam patefieri poterit, quod aut aliis, qui vident, aut mihi noceat. Quibus verbis hoc adsignificat, a Tiresia, homine caeco, patefieri nunquam posse, quis Lai interfector sit. Vide quae ad Trach. 114 sqq. adnotavimus.

V. 371. οὐ γάρ σε μοῖρα πρός γ' ἐμοῦ πεσεῖν] Non ego tibi nocebo; non enim in fato est, ut per me cadas, quum hoc ipsum, ut cadas, perficere Apollinem conveniat. Cf. v. 1329 sq. (1305 sq.)

V. 372. τάδ' ἐκπρᾶξαι] Scilicet τὸ πεσεῖν σε. Apollinis enim

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Κρέοντος ἢ σοῦ ταῦτα τἀξευρήματα;

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

Κρέων δέ σοι πῆμ' οὐδέν· ἀλλ' αὐτὸς σὺ σοί.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

375 ὦ πλοῦτε καὶ τυραννὶ καὶ τέχνη τέχνης 380
ὑπερφέρουσα τῷ πολυζήλῳ βίῳ,
ὅσος παρ' ὑμῖν ὁ φθόνος φυλάσσεται,
εἰ τῆςδέ γ' ἀρχῆς οὕνεχ', ἣν ἐμοὶ πόλις
δωρητόν, οὐκ αἰτητὸν εἰςεχείρισεν,
380 ταύτης Κρέων ὁ πιστός, οὐξ ἀρχῆς φίλος, 385
λάθρᾳ μ' ὑπελθὼν ἐκβαλεῖν ἱμείρεται,
ὑφεὶς μάγον τοιόνδε μηχανορράφον,

dicit esse efficere, ut Oedipum interfectorem Lai esse appareat.

V. 373. Κρέοντος — τἀξευρήματα] Sensus est: Estne hoc, quod ab Apolline dicis patefactum iri, a te an a Creonte excogitatum? Suspicabatur enim Oedipus Tiresiam a Creonte subornatum ea ab Apolline patefactum iri referre, quae Creon, ut regno potiretur, excogitasset.

V. 374. Κρέων δέ — σὺ σοί] Hoc dicit: non Creon facit, ut cadas; sed tua ipsius culpa id fit. De δὲ particulae in responsionibus usu cf. Matth. §. 616.

V. 375. τέχνη τέχνης ὑπερφέρουσα] Sollertia sollertiam superans, i. e. sollertia, qua quis prae ceteris hominibus eminet. Putabatur autem regis sollertia maxima esse; cf. Philoct. 137 sq.: τέχνα γὰρ τέχνας ἑτέρας προὔχει καὶ γνώμα, παρ' ὅτῳ τὸ θεῖον Διὸς σκῆπτρον ἀνάσσεται, i. e. τέχνας γὰρ ἑτέρας προὔχει τέχνα καὶ γνώμα ἐκείνου, παρ' ὅτῳ — ἀνάσσεται. Adde Xenoph. Memorab. IV, 2, 11: μεγίστης ἐφίεσαι τέχνης· ἔστι γὰρ τῶν βασιλέων αὕτη καὶ καλεῖται βασιλική. Minime autem Oedipus de sua sollertia cogitat, qua Sphingi aenigma solverit, sed, ut recte monuit Matthiae, tria ponit, quibus vulgo invideri soleat, divitias, imperium et summam sollertiam. Contra haec quae Hermannus nuperrime disputavit, ea probari non posse facile intelliget quicunque totius loci sensum nexumque consideraverit. De ὑπερφέρειν verbo genitivum adsciscente cf. Matth. §. 358.

V. 376. τῷ πολυζήλῳ βίῳ] Hermannus interpretatur: in hac diversissimis studiis plena vita. Vide tamen quae ad proximum versum adnotavi. De dativo cf. Matth. §. 406.

V. 377. ὅσος παρ' — φυλάσσεται] Id est ὅσος ὁ φθόνος ἐστίν, ὃς παρ' ὑμῖν φυλάσσεται, quanta est invidia, cui expositae estis. Ceterum nescio, an praestet verba τῷ πολυζήλῳ βίῳ, posito post ὑπερφέρουσα commate, cum sequentibus coniungere hoc sensu: quantae invidiae expositae estis in hac aemulationis plena vita.

V. 380. οὐξ ἀρχῆς φίλος] ἐν εἰρωνείᾳ. Sic etiam Plutarchus Symposiac. II, 1. p. 623. D.

V. 381. ὑπελθὼν] Schol. rec.: τὸ ὑπελθὼν ἀπὸ μετα-

δόλιον ἀγύρτην, ὅστις ἐν τοῖς κέρδεσιν
μόνον δέδορκε, τὴν τέχνην δ' ἔφυ τυφλός.
385 ἐπεί, φέρ' εἰπέ, ποῦ σὺ μάντις εἶ σαφής; 390
πῶς οὐχ, ὅθ' ἡ ῥαψῳδὸς ἐνθάδ' ἦν κύων,
ηὔδας τι τοῖσδ' ἀστοῖσιν ἐκλυτήριον;
καίτοι τό γ' αἴνιγμ' οὐχὶ τοὐπιόντος ἦν
ἀνδρὸς διειπεῖν, ἀλλὰ μαντείας ἔδει·
390 ἣν οὔτ' ἀπ' οἰωνῶν σὺ προὐφάνης ἔχων, 395
οὔτ' ἐκ θεῶν του γνωτόν· ἀλλ' ἐγὼ μολών,
ὁ μηδὲν εἰδὼς Οἰδίπους, ἔπαυσά νιν,
γνώμῃ κυρήσας, οὐδ' ἀπ' οἰωνῶν μαθών·
ὃν δὴ σὺ πειρᾷς ἐκβαλεῖν, δοκῶν θρόνοις
395 παραστατήσειν τοῖς Κρεοντείοις πέλας. 400
κλαίων δοκεῖς μοι καὶ σὺ χὠ συνθεὶς τάδε

φορᾶς τῶν παλαιόντων, ὅταν τοὺς ἀντιπάλους ὑπέρχωνται λαθόντες, ἵνα εὐχειρώτους οὕτω ποιήσαντες καταστρέψωσι. Cf. Philoct. 1007: οἴωσ μ' ὑπῆλθες.

V. 382. Schol.: μηχανοῤῥάφον· τὰ φαῦλα μηχανώμενον. μάγους δὲ ἐκάλουν τοὺς ψευδεῖς φαντασίας περιτιθέντας. ἀπὸ τούτου δὲ καὶ τοὺς φαρμακεῖς μάγους ἔλεγον.

V. 383. ἐν τοῖς κέρδεσιν μόνον δέδορκε] Pariter Cicero Tusc. disp. V, 39. de Cn. Aufidio caeco: videbat in litteris. ERF. Schol.: ἀγύρτην· πτωχόν, ὀχλαγωγόν. Adscripsit Nesius Aesch. Ag. 1273: καλουμένη δὲ φοιτὰς ὡς ἀγύρτρια πτωχὸς τάλαινα λιμοθνὴς ἡνεσχόμην. De ἀγύρτης vocabuli usu vide Platon. de Re p. p. 364. B. C. ibique Stallbaum. p. 112. ed. suae.

V. 385. ἐπεί] Non aliqui, si secus est, ut Brunckius hic interpretatur, sed nam significat, ut v. 433. (428.) et alibi saepissime. Tum de ποῦ particulae usu ad Ai. 1073. monuimus.

V. 386. ῥαψῳδὸς — κύων] Schol.: ῥαψῳδός· ἡ Σφιγξ ἡ ῥάπτουσα τὰς ᾠδάς. κύνα δὲ αὐτὴν καλεῖ διὰ τὸ ἁρπακτικόν. Dirissima quaeque monstra canes appellant Graeci poetae. Eur. Herc. f. 1277: τήν τ' ἀμφίκρανον καὶ παλιμβλαστῆ κύνα ὕδραν φονεύσας. Harpyias Apollonius II, 289. appellat μεγάλοιο Διὸς κύνας. Erinyes in Electra 1387. μετάδρομοι κακῶν πανουργημάτων ἄφυκτοι κύνες. B R. Eaedem apud Aesch. Choeph. 1051. ab Oreste dicuntur μητρὸς ἔγκοτοι κύνες. De Sphinge ipsa confer fragm. Aeschyleae Sphingis: Σφίγγα, δυσαμερίαν πρύτανιν κύνα, cui adde Arist. Ran. 1287. Vide I. H. Vossii Mythol. Briefe II, 2, 3. Iacobsii Additam. animadvv. in Athen. p. 71. et quos ibi laudavit. ERF.

V. 388. Schol.: τοῦ 'πιόντος· τοῦ τυχόντος. ἀντὶ τοῦ οὐ τοῦ τυχόντος ἦν σαφηνίσαι. διὰ τούτων δὲ αὔξει τὸ ἴδιον κατόρθωμα, μεῖζον καὶ μαντικῆς καὶ πάσης ἀνθρωπίνης συνέσεως. Cf. O. C. 752.

V. 393. Schol.: κυρήσας· ἐπιτυχών. De οὐδέ vide Matth. §. 608.

V. 396. χὠ συνθεὶς τάδε] Et qui haec molitus est, i. e. excogitavit; sic supra 373: Κρέοντος ἢ σοῦ ταῦτα ταἰξευρήματα; De συντιθέναι hoc sensu usurpato apte comparat

ἀγηλατήσειν· εἰ δὲ μὴ δόκεις γέρων
εἶναι, παθὼν ἔγνως ἂν οἷά περ φρονεῖς.

ΧΟΡΟΣ.

ἡμῖν μὲν εἰκάζουσι καὶ τὰ τοῦδ' ἔπη
ὀργῇ λελέχθαι καὶ τὰ σ', Οἰδίπου, δοκεῖ.
δεῖ δ' οὐ τοιούτων, ἀλλ' ὅπως τὰ τοῦ θεοῦ
μαντεῖ' ἄριστα λύσομεν, τόδε σκοπεῖν.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

εἰ καὶ τυραννεῖς, ἐξισωτέον τὸ γοῦν
ἴσ' ἀντιλέξαι· τοῦδε γὰρ κἀγὼ κρατῶ.
οὐ γάρ τι σοὶ ζῶ δοῦλος, ἀλλὰ Λοξίᾳ·
ὥστ' οὐ Κρέοντος προστάτου γεγράψομαι.

Iacobs. Demosth. pr. Cor. p. 275: καὶ γὰρ εὖ πράγμα συντεθὲν ὄψεσθε, ubi συνεσκευάσθη praecessit. Eur. Ion. 382: κακούργους ἄνδρας ὡς ἀεὶ στυγῶ, οἳ συντιθέντες τἄδικ' εἶτα μηχαναῖς κοσμοῦσιν.

V. 655. κομίζειν δόμων τόνδ' ἔσω] Vide ad v. 231—233. ed. meae. Scholiasta: ὡς κατέγνωκεν ὁ χορὸς τοῦ Οἰδίποδος, παρακελεύεται τῇ γυναικὶ εἰσάγειν αὐτόν.

V. 656. μαθοῦσα] Adsumendum e versu anteced. κομιῶ αὐτὸν ἔσω, μαθοῦσα, ubi cognovero. Cf. ad Philoct. 998. ed. meae. Scholiasta: πιθανῶς μετὰ τὸ διηλλάχθαι αὐτοὺς ἐπιζητεῖ τὴν αἰτίαν. ἅμα δὲ καὶ ἵνα ἀρχὴ γένηται τοῦ ἀναγνωρισμοῦ.

V. 657. δόκησις — ἦλθε] Apparet genitivum λόγων ex ἀγνὼς aptum esse, ita ut δόκησις ἀγν. λ. sit opinio, quae nihil certi proferre sciat. Tum de usu verbi ἦλθε confer v. 523: ἀλλ' ἦλθε μὲν δὴ τοῦτο τοὔνειδος etc. Scholiasta: ὁ χορὸς ὑπὲρ ἀμφοτέρων ἀπολογεῖται· ὑπὲρ μὲν τοῦ Κρέοντος, ὅτι ἐπ' ἀδήλοις ἐγκέκληται· ὑπὲρ δὲ τοῦ Οἰδίποδος, ὅτι εἰκότως ὠργίσθη, ἐπὶ τοιούτοις διαβληθείς.

Ibid. Schol.: τὸ μὴ 'νδικον· οἷον, τὸ μὴ ἐνδίκως θορυβούμενον, ὃ ἔστιν ἡ ψευδὴς διαβολή, κἂν τὸ συνειδὸς ἐξόφμενον ᾖ. Mordet, sc. Creontem, iniusta Oedipi criminatio. MUSGR.

V. 659. Schol.: ἀμφοῖν ἀπ' αὐτοῖν· οἷον, ἀμφότεροι τῆς διαφορᾶς αἴτιοι εἰσιν;

ΙΟΚΑΣΤΗ.

καὶ τίς ἦν λόγος;

ΧΟΡΟΣ.

660 ἅλις ἔμοιγ', ἅλις, γᾶς προπονουμένας, 685
φαίνεται, ἔνθ' ἔληξεν, αὐτοῦ μένειν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὁρᾷς ἵν' ἥκεις, ἀγαθὸς ὢν γνώμην ἀνήρ,
τοὐμὸν παριεὶς καὶ καταμβλύνων κέαρ;

ΧΟΡΟΣ.

(ἀντιστροφὴ β'.)

ὦναξ, εἶπον μὲν οὐχ ἅπαξ μόνον, ἴσθι δὲ 690
665 παραφρόνιμον, ἄπορον ἐπὶ φρόνιμα
πεφάνθαι μ' ἄν, εἴ σε νοσφίζομαι,
ὅς τ' ἐμὰν γᾶν φίλαν ἐν πόνοις 695

V. 670. Libri veteres: εἰ δύναιο γενοῦ, Triclin. εἰ δύναιο γίνου. Certum est intellectumque iam ab Hermanno spurium esse γενοῦ, deproptum ex v. 53. Neque tamen deleto isto vocabulo hunc locum persanatum credo; requiritur enim necessario verbum

V. 660 sqq. Schol.: ἅλις ἔμοιγ', ἅλις· αὔταρκές μοι φαίνεται στῆσαι τὸν λόγον ἔνθα ἔληξεν· ἀντὶ τοῦ ἱκανὰ λέλεκται, καὶ αὔταρκές ἐστιν ἀναπεπαῦσθαι τὰ τοῦ λόγου, ἔνθα ἔληξεν ἡ στάσις.

V. 662 sq. Schol.: ὁρᾷς ἵν' ἥκεις, ἀγαθός· τοῦτό φησιν ὁ Οἰδίπους ἀγανακτῶν. διὰ τί πρὸς ἕτερον ἀποφεύγεις, καίτοι ἀγαθὸς ὢν ἀνήρ, καὶ οὐχ ὁμολογεῖς τὰ λυπήσαντά με τῇ ἱστορίᾳ; διὰ τί οὖν σὺ συνοργίζῃ μοι, ἀλλὰ κραύνεις με ὑπὲρ τοῦ Κρέοντος;

V. 663 sq. τοὐμὸν παριεὶς καὶ — κέαρ] Iungo τοὐμὸν παριείς, id quod ex re mea fuerit omittens, non curans, negligens, καὶ τὸν νοῦν κέαρ κατ., animum, quo erga me affectus esse debeas, hebetans, languescere sinens. Talem interpretationem mihi proxima Chori verba videntur requirere. Si κέαρ ad Oedipum redit, iram regis intellexerim, quae ipso iudice in tali discrimine non leniri et retundi debebat, sed excitari potius ad superandas Creontis insidias. FR. IACOBS.

V. 664. οὐχ ἅπαξ μόνον] Non semel tantum, i. e. crebro, saepe.

V. 665. παραφρόνιμον] Insanum, amentem; ἄπορον ἐπὶ φρόνιμα, ad omne prudens consilium inhabilem. MUSGR.

V. 666. εἴ σε νοσφίζομαι] Si te deseream; i. e. si, quod tu suspicaris, cum Creonte contra te faciam.

V. 667. ἐν πόνοις] ἐν κακοῖς, quum a Sphinge premebantur Thebani.

V. 669. κατ' ὀρθὸν οἴρεσας] Vento secundo sive prospero cursu direxisti, i. e. servasti. Loquitur enim de civitate ut de navi, quam gubernavit Oedipus. Cf. Trachin. 827: καὶ τάδ' ὀρθῶς ἔμπεδα κατουρίζει. Eur. Androm. 611. et,

ἀλύουσαν κατ' ὀρθὸν οὔρισας,
670 ταυῦν τ' εὔπομπος, εἰ δύναιο.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

πρὸς θεῶν δίδαξον κἄμ', ἄναξ, ὅτου ποτὲ
μῆνιν τοσήνδε πράγματος στήσας ἔχεις.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἐρῶ (σὲ γὰρ τῶνδ' ἐς πλέον, γύναι, σέβω) 700
Κρέοντος οἷά μοι βεβουλευκὼς ἔχει.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

675 λέγ', εἰ σαφῶς τὸ νεῖκος ἐγκαλῶν ἐρεῖς.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

φονέα μέ φησι Λαΐου καθεστάναι.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

αὐτὸς ξυνειδώς, ἢ μαθὼν ἄλλου πάρα;

finitum, oppositum verbo οὔρισας. Id quale fuerit, nondum potui indagare. Ceterum pro ταυῦν τ' in multis libris exstat ταυῦν δ', quod ut potuisse dici bene scio, ita vulgatam scripturam multo accommodatiorem loci sensui simplicioremque esse intelligo.

quod alia de causa huc pertinet, huius fab. 88. κατ' ὀρθὸν ἐξελθόντα.

V. 667—670. ὅς τ' — ταυῦν τε] Idem hic dicit atque v. 52 sq. iam dictum a poeta est: ὄρνιθι γὰρ καὶ τὴν τότ' αἰσίῳ τύχην παρέσχες ἡμῖν, καὶ ταυῦν ἴσος γενοῦ. Illo autem in loco quo iure in membro etiam posteriore verbum finitum positum est, eodem id requiritur hoc loco, ita ut dubitari nequeat, quin librariorum incuria oblitteratum sit. De τὲ — τὲ particularum collocatione ad v. 35 sqq. diximus, de omisso πάλαι adverbio, cui oppositum ταυῦν est, ad v. 447. Denique nomen εὔπομπος recte explicat Schol. cod. Lips.: ἀγαθὸς ὁδηγός, κυβερνήτης. Retinuit enim metaphoram poeta, administrationem civitatis cum gubernatione navis comparans.

V. 671 sq. ὅτου — μῆνιν πράγματος] De genitivo a μῆνιν pendente vid. ad Philoct. 325. ed. meae. Tum μῆνιν, βοήν, κραυγήν, ἐλπίδα ἱστάναι ita dicunt poetae, ut nihil significent aliud nisi quod μηνίειν sive ὀργίζεσθαι, βοᾶν, ἐλπίζειν apud scriptores prosaicos significant. Cf. Philoct. 1235. Eurip. Or. 1522. Iphig. A. 789.

V. 673 sq. ἐρῶ — — Κρέοντος οἷα — ἔχει] I. e. ἐρῶ τὰ τοῦ Κρέοντος βουλεύματα, οἷά μοι βεβ. ἔχει. Vide de hac locutione Herm. in Mus. Stud. Antiq. p. 156 sq. et ad Vig. p. 880. et Matth. §. 342, 2.

Ibid. σὲ γὰρ — σέβω] Tibi enim me loqui et exponere rem iubenti obtemperare malo quam his, qui universam rem silentio premendam iudicant.

V. 675. εἰ σαφῶς — ἐρεῖς] Si vere contentionem, cuius causam in Creontem confers, exponere vis. De locutione νεῖκος ἐγκαλεῖν dictum ad Phil. 325.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

μάντιν μὲν οὖν κακοῦργον εἰςπέμψας, ἐπεὶ 705
τό γ' εἰς ἑαυτὸν πᾶν ἐλευθεροῖ στόμα.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

680 σύ νυν ἀφεὶς σεαυτὸν ὧν λέγεις πέρι,
ἐμοῦ 'πάκουσον, καὶ μάθ', οὕνεκ' ἐστί σοι
βρότειον οὐδὲν μαντικῆς ἔχον τέχνης·
φανῶ δέ σοι σημεῖα τῶνδε σύντομα. 710
χρησμὸς γὰρ ἦλθε Λαΐῳ ποτ', οὐκ ἐρῶ
685 Φοίβου γ' ἀπ' αὐτοῦ, τῶν δ' ὑπηρετῶν ἄπο,
ὡς αὐτὸν ἥξοι μοῖρα πρὸς παιδὸς θανεῖν,
ὅςτις γένοιτ' ἐμοῦ τε κἀκείνου πάρα.
καὶ τὸν μέν, ὥςπερ γ' ἡ φάτις, ξένοι ποτὲ 715
λῃσταὶ φονεύουσ' ἐν τριπλαῖς ἁμαξιτοῖς·
690 παιδὸς δὲ βλάστας οὐ διέσχον ἡμέραι
τρεῖς, καί νιν ἄρθρα κεῖνος ἐνζεύξας ποδοῖν

V. 680. σύ νυν ipse scripsi. Libri σὺ νῦν. Vide quae ad Ant. 699. adnotavimus.

V. 686. ἥξοι ex optimis codd. recepi. Vulgo ἥξει.

V. 678. μάντιν — εἰςπέμψας] Sc. φησί, id est, vates impius dicit, quem ad me misit, ἐπεὶ — στόμα, nam quod ad se ipsum attinet, i. e. nam ipse totum sermonem liberum servat, scil. ab eiusmodi dicto, me Laium interfecisse. Et ita fere Triclinius: ἐπεὶ ἐλευθεροῖ πᾶν τὸ στόμα τούτου τοῦ λόγου, τοῦ λέγειν, ὅτι ἐγὼ φονεύς εἰμι Λαΐου, τό γ' εἰς ἑαυτόν, ἤγουν ὅσον τὸ καθ' αὑτόν· αὐτὸς γὰρ περὶ τούτου καθάπαξ σιγᾷ.

V. 680. σύ νυν ἀφεὶς — πέρι] Proprie: absolve te ab iis rebus, de quibus dicis, i. e. abiice curam de iis rebus, de quibus dicis.

V. 682. μαντικῆς ἔχον τέχνης] Docui iam ad Aiac. 745. saepe Sophoclem verba simplicia pro compositis posuisse, iisque eundem casum adiunxisse, quem vulgo composita tantum adsciscere soleant. Ita hoc loco ἔχον eo sensu posuisse censendus est, quo scriptores prosaici μετέχον posuissent.

V. 683. σημεῖα τῶνδε σύντομα] Brevia huius rei indicia, s. argumenta. Cf. Ant. 446: σὺ δ' εἰπέ μοι μὴ μῆκος, ἀλλὰ σύντομα. Egregie autem poeta Iocastam, ut Oedipi animum sollicitudine, qua premebatur, liberaret, vatumque nullam esse auctoritatem probaret, ea ipsa proferentem inducit, quibus et Oedipi curam augeri necessario nec vatum genus despici debere luculenter appareret.

V. 686. ὡς αὐτὸν etc.] De sententia confer O. C. 969: εἴ τι θέσφατον πατρὶ χρησμοῖσιν ἱκνεῖθ', ὥςτε πρὸς παίδων θανεῖν; de locutione Phil. 331: ἐπεὶ γὰρ ἔσχε μοῖρ' Ἀχιλλέα θανεῖν, ex quo loco coniecerit quispiam hoc loco fortasse ἥξοι scriptum fuisse. Sed potuit utrumque dici.

ἔῤῥιψεν ἄλλων χερσὶν εἰς ἄβατον ὄρος.
κἀνταῦθ' Ἀπόλλων οὔτ' ἐκεῖνον ἤνυσεν 720
φονέα γενέσθαι πατρὸς, οὔτε Λάϊον
695 τὸ δεινὸν, οὐφοβεῖτο, πρὸς παιδὸς παθεῖν.
τοιαῦτα φῆμαι μαντικαὶ διώρισαν,
ὧν ἐντρέπου σὺ μηδέν. ὧν γὰρ ἂν θεὸς
χρείαν ἐρευνᾷ, ῥᾳδίως αὐτὸς φανεῖ. 725

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

οἷόν μ' ἀκούσαντ' ἀρτίως ἔχει, γύναι,
700 ψυχῆς πλάνημα κἀνακίνησις φρενῶν.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

ποίας μερίμνης τοῦθ' ὑποστραφεὶς λέγεις;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἔδοξ' ἀκοῦσαι σοῦ τόδ', ὡς ὁ Λάϊος
κατασφαγείη πρὸς τριπλαῖς ἁμαξιτοῖς. 730

V. 692. Ego non dubito, quin Sophocles ἄβατον εἰς ὄρος scripserit.

V. 695. Pro παθεῖν in plerisque codd. est θανεῖν, quod ab interprete profectum esse manifestum est.

V. 689. Schol.: ἐν τριπλαῖς ἁμαξιτοῖς· καλῶς τὸν τόπον προσέθηκεν, ἵνα εἰς ὑπόμνησιν ἀγάγοι τὸν Οἰδίποδα.

V. 690. παιδὸς δὲ βλάστας] Pro accusativo absoluto accipit Brunckius. Quidni a διέσχον illum pendere dicas? natales pueri non distinuerunt tres dies ab eo, quod postea factum est, i. e. tres dies inde a nato puero non elapsi sunt. MATTHIAE. Recte; vide eundem Gr. Gr. §. 427, 3.

V. 691. καί νιν ἄρθρα — ποδοῖν] De καί vide Matth. §. 620., de duplici accusativo eundem §. 421, 5. Verba ἄρθρα ποδοῖν ἐνζ. recte Schol. rec. explicat: τὰ σφυρὰ περόνῃ συνάψας.

V. 692. ὄρος] In Cithaeronem.

V. 693 sq. ἤνυσεν — γενέσθαι] Perfecit, ut esset. Sim. Aesch. Pers. 718: στρατὸς ἤνυσεν περᾶν.

V. 697. ὧν ἐντρέπου etc.] I. e. ἀλλὰ τούτων etc. Confer Matth. §. 477. b.

V. 697 sq. ὧν γὰρ ἂν θεὸς χρείαν etc.] Schol. rec.: ἤγουν ἃ γὰρ ὁ θεὸς ζητῇ, πρέποντα κρίνας ζητεῖσθαι, ῥᾳδίως, ἤγουν εὐκόλως, αὐτὸς δείξει.

V. 700. ψυχῆς πλάνημα] Vagatio, error, i. e. fluctuatio mentis; vide v. 67. φροντίδος πλάνοις, et O. C. 316: ἆρ' ἔστιν; ἆρ' οὐκ ἔστιν; ἢ γνώμη πλανᾷ; Contra ἀνακίνησις φρενῶν est perturbatio animi. Male haec a Schol. rec. explicata sunt.

V. 701. ποίας μερίμνης — λέγεις;] I. e. ποία ἐστὶν ἡ μέριμνα, ἧς ὑποστραφεὶς (i. e. φροντίζων) τοῦτο λέγεις; Apte confert Elmsleius Ai. 1117: τοῦ δὲ σοῦ ψόφου οὐκ ἂν στραφείην, ad quem locum (v. 1089 sq. ed. meae) vide quae nos adnotavimus.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

ηὐδᾶτο γὰρ ταῦτ', οὐδέ πω λήξαντ' ἔχει.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

705 καὶ ποῦ 'σθ' ὁ χῶρος οὗτος, οὗ τόδ' ἦν πάθος;

ΙΟΚΑΣΤΗ.

Φωκὶς μὲν ἡ γῆ κλῄζεται· σχιστὴ δ' ὁδὸς
ἐς ταὐτὸ Δελφῶν κἀπὸ Δαυλίας ἄγει.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

καὶ τίς χρόνος τοῖσδ' ἐστὶν οὐξεληλυθώς; 735

ΙΟΚΑΣΤΗ.

σχεδόν τι πρόσθεν ἢ σὺ τῆσδ' ἔχων χθονὸς
710 ἀρχὴν ἐφαίνου, τοῦτ' ἐκηρύχθη πόλει.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὦ Ζεῦ, τί μου δρᾶσαι βεβούλευσαι πέρι;

ΙΟΚΑΣΤΗ.

τί δ' ἔστι σοι τοῦτ', Οἰδίπους, ἐνθύμιον;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

μήπω μ' ἐρώτα. τὸν δὲ Λάϊον φύσιν 740
τίν' εἶχε φράζε, τίνα δ' ἀκμὴν ἥβης ἔχων.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

715 μέγας, χνοάζων ἄρτι λευκανθὲς κάρα,
μορφῆς δὲ τῆς σῆς οὐκ ἀπεστάτει πολύ.

V. 714. Pro ἔχων Brunck. ex coniectura τότε posuit. Nescio an recte. Certe vulgata scriptura defendi non potest, quin

V. 704. οὐδέ πω λήξαντ' ἔχει] Gl. οὔπω δὲ ἔληξαν. BR.

V. 707. Describitur locus, ubi viae Delphos a Thebis ducenti alia ad Dauliam ducens via se adiungebat. De Daulia Strabo p. 423. B: ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ μετὰ Δελφοὺς ὡς πρὸς τὴν ἕω Δαυλὶς πολίχνιον. Locum, ubi Oedipus patrem interfecit, σχιστὴν ὁδὸν proprio nomine vocatum esse testatur Pausan. in Phocic. p. 808. MUSGR. Δελφῶν κἀπὸ Δαυλίας, i. e. ἀπὸ Δελφῶν καὶ ἀπὸ Δαυλίας. Sic infra 761. ἀγρούς — κἀπὶ ποιμνίων νομάς. Cf. Matth. §. 595, 4.

V. 708. τοῖσδ'] Ex quo haec gesta sunt. Cf. Matth. §. 388. c.

V. 711. Schol.: ὦ Ζεῦ — πέρι· ἀναμιμνήσκεται ὁ Οἰδίπους καὶ τοῦ χρόνου καὶ τοῦ τόπου, καὶ πρὸς τὸν Δία φησί, τί μοι ποιήσεις;

V. 712. ἐνθύμιον] Terriculamentum. Adfatim hanc notionem illustravimus ad Eur. Herc. f. 724. MUSGR. Erfurdtius praeterea Wagnerum ad Alciphr. T. II. p. 44. conferri iubet.

V. 713. φύσιν] Gl. τὸν τοῦ σώματος ὄγκον.

V. 714. τίνα δ' ἀκμὴν

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

οἴμοι τάλας· ἔοικ' ἐμαυτὸν εἰς ἀρὰς
δεινὰς προβάλλων ἀρτίως οὐκ εἰδέναι. 745

ΙΟΚΑΣΤΗ.

πῶς φῄς; ὀκνῶ τοι πρός σ' ἀποσκοποῦσ', ἄναξ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

720 δεινῶς ἀθυμῶ, μὴ βλέπων ὁ μάντις ᾖ.
δείξεις δὲ μᾶλλον, ἢν ἓν ἐξείπῃς ἔτι.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

καὶ μὴν ὀκνῶ μέν, ἂν δ' ἔρῃ μαθοῦσ' ἐρῶ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

πότερον ἐχώρει βαιὸς ἢ πολλοὺς ἔχων 750
ἄνδρας λοχίτας, οἷ' ἀνὴρ ἀρχηγέτης;

ΙΟΚΑΣΤΗ.

725 πέντ' ἦσαν οἱ ξύμπαντες, ἐν δ' αὐτοῖσιν ἦν
κῆρυξ· ἀπήνη δ' ἦγε Λάϊον μία.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

αἰαῖ, τάδ' ἤδη διαφανῆ. τίς ἦν ποτε
ὁ τούσδε λέξας τοὺς λόγους ὑμῖν, γύναι; 755

ΙΟΚΑΣΤΗ.

οἰκεύς τις, ὅσπερ ἵκετ' ἐκσωθεὶς μόνος.

Sophoclem magnae cuiusdam negligentiae accusemus, quod crimen ego quidem intendere poetae diligentissimo non ausim.

ἥβης ἔχων] Vulgo ad ἔχων adsumendum ἦν putant, quod lateat in praegressis verbis φύσιν τίνα εἶχε. Quibus non assentior. Vide notam criticam.

V. 715. χνοάζων — κάρα] Insolentius dictum hoc sensu: caput habens prima canitie nitens. Λευκανθὲς pro λευκὸν dictum, ut 214. ἀγλαώψ pro ἀγλαὸς positum.

V. 717 sq. ἔοικ' — προβάλλων — οὐκ εἰδέναι] Id est ἔοικα προβαλεῖν ἐμαυτὸν οὐκ εἰδώς. Cf. Matth. §. 552. β.

V. 719. ὀκνῶ τοι] Timeo, tremo. Sic infra 922: ὡς νῦν ὀκνοῦμεν πάντες, et alibi saepissime.

V. 720. μὴ βλέπων ὁ μάντις ᾖ] Aptissime ita dixit Oedipus, respiciens fortasse ad ea, quae Tiresiae obiecerat 371: τυφλὸς τά τ' ὦτα τόν τε νοῦν τά τ' ὄμματ' εἶ.

V. 723. βαιὸς] Suidas: βαιαί· μικραί. καὶ βαιὸς ἰδίως ἀντὶ τοῦ εἷς. Σοφοκλῆς — ἓν Αἰχμαλωτίσι· ἕσπεισα βαιᾶς κύλικος ὥστε δεύτερα. Rectius Musgravius hic βαιὸς interpretatur: tenuis, i. e. cum exiguo comitatu.

V. 724. λοχίτας] Gl. ὑπασπιστάς. BR.

V. 726. κῆρυξ] Praecones apud veteres sacrosancti erant, unde reges atque imperatores iis

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

730 ἦ κἀν δόμοισι τυγχάνει τανῦν παρών;

ΙΟΚΑΣΤΗ.

οὐ δῆτ· ἀφ' οὗ γὰρ κεῖθεν ἦλθε, καὶ κράτη
σέ τ' εἶδ' ἔχοντα Λάϊόν τ' ὀλωλότα,
ἐξικέτευσε τῆς ἐμῆς χειρὸς θιγὼν 760
ἀγρούς σφε πέμψαι κἀπὶ ποιμνίων νομάς,
735 ὡς πλεῖστον εἴη τοῦδ' ἄποπτος ἄστεως.
κἄπεμψ' ἐγώ νιν. ἄξιος γὰρ, οἷ' ἀνὴρ
δοῦλος, φέρειν ἦν τῆςδε καὶ μείζω χάριν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

πῶς ἂν μόλοι δῆθ' ἡμὶν ἐν τάχει πάλιν; 765

ΙΟΚΑΣΤΗ.

πάρεστιν. ἀλλὰ πρὸς τί τοῦτ' ἐφίεσαι;

V. 736. Libri partim ὅγ' ἀνήρ, partim ὅδ' ἀνήρ, partim ὅδε γ' ἀνήρ. Ego quod posui, Hermannus scribendum putavit, ductus ille hac Scholiastae adnotatione: *οἷον, τὸ αἴτημα οὐχ ὑπερέβαλε δοῦλον.* Nec tamen locum ita persanatum puto. Ambigo autem nunc, utrum in *οἷα* vel, quod legitur in libris, *ὅδε*, an in verbis sequentibus *ἀνὴρ δοῦλος* vitium lateat. Haec postrema si sana

etiam comitibus securitatis causa utebantur. Vide Eustath. ad Hom. Il. α, 334.

V. 732 sqq. Egregie poeta Iocastam ea hic loquentem introducit, quibus ipsis insciens faciat, ut Oedipum interfectorem Lai esse magis magisque iam appareat.

V. 735. *τοῦδ' ἄποπτος ἄστεως*] De significatu adiectivi *ἄποπτος* vide quae ad El. 1463. et in Censura Aiac. ab Lobeck. edit. p. 7 sqq. exposuimus.

V. 738. *πῶς ἂν μόλοι*] Utinam veniat! Vide quae ad Philoct. 777. adnotavi.

V. 739. *πάρεστιν*] Gl. *δυνατόν ἐστι τοῦτο.* Vide Lexicon. — *ἐφίεσαι*: gl. *ἐντέλλῃ.* BR. Cf. Matth. §. 350. not.

V. 741. *εἰςιδεῖν*] Gl. *ἰδεῖν*, ut *εἰςορᾶν* centies pro *ὁρᾶν.* Vide indicem nostrum in Comicum v. Praepositiones. BR.

V. 743. *δυςφόρως ἔχοντ'*] Gl. *βαρέως διακείμενα.* Paullo infra *δυςφόρως ἤγον, βαρέως, χαλεπῶς.* BR. *ἐν σοὶ* videtur esse: te iudice, ut saepe. HERM.

V. 744. *στερηθῆς*] Sc. *τοῦ μαθεῖν.* — *ἐς τοσ. ἐλπ. ἐμοῦ βεβῶτος*, quum eo usque spei progressus sim, sc. fore, ut patefiat, quod vereor ne appareat, Lai me interfectorem esse.

V. 745 sq. *τῷ γὰρ ἂν καὶ μείζονι* etc.] Id est: *τίς γὰρ ἂν καὶ μᾶλλον ἄξιος εἴη μαθεῖν ταῦτα παρ' ἐμοῦ ἢ σύ* etc. Dixerat enim Iocasta modo: *ἀξία δέ που* etc. Est igitur *μείζων* praestantior, quo sensu a prossi-

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

740 δέδοικ' ἐμαυτόν, ὦ γύναι, μὴ πόλλ' ἄγαν
εἰρημέν' ᾖ μοι, δι' ἃ νιν εἰςιδεῖν θέλω.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

ἀλλ' ἵξεται μέν· ἀξία δέ που μαθεῖν
κἀγὼ τά γ' ἐν σοὶ δυςφόρως ἔχοντ', ἄναξ. 770

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

κοὐ μὴ στερηθῇς γ', ἐς τοσοῦτον ἐλπίδων
745 ἐμοῦ βεβῶτος. τῷ γὰρ ἂν καὶ μείζονι
λέξαιμ' ἂν ἢ σοὶ διὰ τύχης τοιᾶςδ' ἰών;
ἐμοὶ πατὴρ μὲν Πόλυβος ἦν Κορίνθιος,
μήτηρ δὲ Μερόπη Δωρίς. ἡγόμην δ' ἀνὴρ 775
ἀστῶν μέγιστος τῶν ἐκεῖ, πρίν μοι τύχη
750 τοιάδ' ἐπέστη, θαυμάσαι μὲν ἀξία,
σπουδῆς γε μέντοι τῆς ἐμῆς οὐκ ἀξία.
ἀνὴρ γὰρ ἐν δείπνοις μ' ὑπερπλησθεὶς μέθης
καλεῖ παρ' οἴνῳ πλαστὸς ὡς εἴην πατρί. 780

sciremus esse, pro οἷα exspectarem καίπερ. Contra si οἷα certum esset a poeta scriptum esse, significans idem quod ὁποῖα v. 886., pro δοῦλος exspectarem πιστός vel simile quid.

V. 745. μείζονα in edit. secunda ex coniectura scripseram. Non recte.

cis etiam scriptoribus dici solet. Cf. Demosth. c. Leptin. p. 461, 15. coll. 462, 2. et eiusdem F. L. 419, 12.

V. 746. διὰ τύχης τοιᾶςδ' ἰών] Quum hanc fortunam expertus sim, seu potius, quum in tali discrimine verser. BR. Confer Matth. §. 580. c.

V. 748. Schol.: Φερεκύδης φησὶ Μέδουσαν εἶναι τὴν Πολύβου γυναῖκα, θυγατέρα δὲ Ὀρσιλόχου τοῦ ἀδελφιδοῦ. οἱ δὲ Ἀντιοχίδα τὴν Χάλκωνος. — Δωρίς· Πελοποννησιακή. Cf. Argumentum p. 10 sq.

Ibid. Schol.: ἡγόμην· ἐτρεφόμην, ἐτύγχανον. Immo significat existimabar. Sic Antig. 34. τὸ πρᾶγμα ἄγειν ὡς παρ' οὐδέν, quod recte interpretatur Scholiasta, ἡγεῖσθαι. Similia sunt ἐν τιμῇ ἄγειν, δυςφόρως ἄγειν. Vide ad v. 756 sq.

V. 749 sq. πρίν — ἐπέστη] Vide Matth. §. 522, 2.

V. 750. θαυμάσαι μὲν ἀξία] Vide Matth. §. 535. not. b.

V. 751. σπουδῆς — τῆς ἐμῆς οὐκ ἀξία] Studio meo non digna, i. e. non digna, ob quam ea studiose facerem, quae feci.

V. 752. ἀνὴρ γὰρ] De γὰρ particulae usu vide Matth. §. 615.

V. 753. παρ' οἴνῳ] Inter pocula. Cf. Apollon. Rhod. I, 458. et Valck. ad Callim. p. 15. 262. ERF. Verba καλεῖ με ὡς πλαστὸς εἴην dicta hoc sensu sunt: καλεῖ με πλαστὸν εἶναι. Cf. Matth. §. 420 not. 1. a. Ceterum haerere me fateor

κἀγὼ βαρυνθεὶς τὴν μὲν οὖσαν ἡμέραν
755 μόλις κατέσχον· θἀτέρᾳ δ' ἰὼν πέλας
μητρὸς πατρός τ' ἤλεγχον· οἱ δὲ δυςφόρως
τοὔνειδος ἦγον τῷ μεθέντι τὸν λόγον.
κἀγὼ τὰ μὲν κείνοιν ἐτερπόμην, ὅμως δ' 785
ἔκνιζέ μ' ἀεὶ τοῦθ'· ὑφεῖρπε γὰρ πολύ.
760 λάθρᾳ δὲ μητρὸς καὶ πατρὸς πορεύομαι
Πυθώδε. καί μ' ὁ Φοῖβος ὧν μὲν ἱκόμην

V. 763. Vulgo προὐφάνη λέγων, quod scribi a Sophocle non potuisse concedat necesse est, qui usum significationemque verbi προφαίνεσθαι norit, quod nunquam reperiri, sed, constantissime significat in lucem prodire, apparere; verum ita tenendum est significare apparere, ut sit in conspectum venire, venire. In lucem prodire, i. e. nasci, oriri, significat O. C. 246: ὥς τις ἀφ' αἵματος ὑμετέρου πρόφανεῖσα. Phil. 202: προὐφάνη κτύπος. In conspectum venire, sive simpliciter venire El. 1285: προὐφάνης δὲ φιλτάταν ἔχων πρόσοψιν. O. C. 1505: ἄναξ, ποθοῦντι προὐφάνης. huius fab. 163:

in coniunctis verbis ἐν δείπνοις et παρ' οἴνῳ, quorum alterutrum posuisse satis erat. Ac nescio, an ab interprete additum sit παρ' οἴνῳ, expulso verbo genuino.

V. 754. βαρυνθεὶς] Gl. χολωθείς. Rusticus in Aristoph. Nub. 1363: κἀγὼ μόλις μέν, ἀλλ' ὅμως ἠνεσχόμην τὸ πρῶτον· ἔπειτα δ' etc. BR.

V. 754 sq. τὴν μὲν οὖσαν ἡμέραν — κατέσχον] Apte adscripsit Neuius Philoct. 690: πῶς ἄρα πανδάκρυτον οὕτω βιοτὰν κατέσχεν;

V. 756 sq. δυςφόρως τοὔνειδος ἦγον] Id est ἐδυςφόρουν. Comparavit Neuius Platon. de Rep. VII. p. 528. C: εἰ πόλις ὅλη ξυνεπιστατοῖ ἐντίμως ἄγουσα αὐτά. Adde quae ad v. 748. modo monuimus.

V. 758. τὰ μὲν κείνοιν ἐτερπόμην] Latine dixeris: parentibus gaudebam, contentus eram. Cf. El. 261. De accusativo ex verbo τέρπεσθαι apto vide Matth. §. 414.

V. 759. ὑφεῖρπε] Animum subierat. Libanius Vol. II p. 784. A: πολὺς τοιοῦτος ὑφεῖρπε λόγος. MUSGR. Cf. Sallust. Iug. c. 11: quod verbum in pectus Iugurthae altius quam quisquam ratus descendit.

V. 761 sq. ὧν μὲν ἱκόμην ἄτιμον ἐξέπεμψεν] I. e. ἐκείνων, ἃ ἱκόμην, ἄτιμον ἐξ. cf. Matth. §. 473. b. Ut autem supra 306. πέμπειν dictus est is, qui oraculum consultum mittit aliquem, ita hic ἱκνεῖσθαι significat consultum venire oraculum. Itaque ἄτιμον ἐξ. ἐκείνων, ἃ ἱκόμην, significabit: non respondit ad ea, de quibus consultum eum veneram. Similiter ἀτιμάζειν usurpatum O. C. 49: πρός νυν θεῶν, ὦ ξεῖνε, μή μ' ἀτιμάσῃς, τοιόνδ' ἀλήτην, ὥν σε προςτρέπω φράσαι. Confer Matth. §. 339, 2.

V. 763. προὔφηνεν] Effatus est, edidit. Cf. Trachin. 324: ἥτις οὐδαμὰ προὔφηνεν οὔτε μείζον' οὔτ' ἐλάσσονα. Plutarch. Demosth. c. 19: ἐν οἷς ἥ τε Πυθία δεινὰ προὔφαινε μαντεύματα καὶ χρησμὸς ἤδετο. Idem Camill. c. 4: λόγια προὔφαινεν ἀπόρρητα. Hinc πρόφαντον dicitur

ἄτιμον ἐξέπεμψεν, ἄλλα δ' ἄθλια
καὶ δεινὰ καὶ δύστηνα προὔφηνεν, λέγων, 790
ὡς μητρὶ μὲν χρείη με μιχθῆναι, γένος δ'
765 ἄτλητον ἀνθρώποισι δηλώσοιμ' ὁρᾶν,
φονεὺς δ' ἐσοίμην τοῦ φυτεύσαντος πατρός.
κἀγὼ 'πακούσας ταῦτα, τὴν Κορινθίαν
ἄστροις τὸ λοιπὸν ἐκμετρούμενος χθόνα 795
ἔφευγον, ἔνθα μήποτ' ὀψοίμην κακῶν

τρισσοὶ ἀλεξίμορροι προφάνητέ μοι, ubi poeta ipse voc. προφάνητε statim post v. 166. explicat ἔλθετε. Antig. 1150: παῖ, Ζηνὸς γένεθλον, προφάνηθι. Neque diligens interpres contra me afferet huius fab. v. 395., ibi προύφάνης significare repertus es statuens. Nexum enim illius loci qui consideraverit et quae sequuntur legerit ceterosque locos omnes exploraverit, ubi προφαίνεσθαι a poetis Graecis usurpatum, non dubitabit ibi interpretari: in lucem prodisti. — Hinc ego correxi προὔφηνεν, quod aptissimum huic loco esse ex nota exeg. intelliges.

quod editum ab oraculo est, Trachin. 1159: ἐμοὶ γὰρ ἦν πρόφαντον ἐκ πατρὸς πάλαι. ibid. 1163: ὡς τὸ θεῖον ἦν πρόφαντον, et πρόφανσις effatum Trachin. 662. ἐπὶ προφάνσει θηρός. Adde Buttmannum in indice Demosth. Mid. p. 184.

V. 764. Schol.: χρείη· δέοι.

V. 765. Schol.: ἄτλητον· τὸ μὴ δυνάμενον ὑπὸ ἀνθρώπων ὁρᾶσθαι. Rectius videtur Matth. §. 535. c. not. 1. verba δηλώσοιμ' ὁρᾶν iungere. Vide ad El. 1433 sq.

V. 766. τοῦ φυτεύσαντος πατρός] Vide quae ad El. 334 sq. adnotavimus.

V. 767 sq. τὴν Κορ. ἄστροις ἐκμετρούμενος χθόνα] Suidas in Ἀστρονομία — Ἄστροις τεκμαίρεσθαι· ἐπὶ τῶν μακρὰν καὶ ἔρημον ὁδὸν πορευομένων καὶ ἄστροις σημειουμένων τὰς θέσεις τῶν πατρίδων. Scholiasta sec.: κἀγὼ ἀκούσας ταῦτα τὴν Κορινθίαν γῆν κατὰ τὸ ἐπίλοιπον δι' ἄστρων μετρούμενος, ἤγουν μακρόθεν βλέπων, καὶ δι' ἄστρων συμβάλλων αὐτήν, ἀπεδήμουν. Musgravius, „Proverbium," inquit, „de iis dictum, qui regionem aliquam praesentem oculis non contemplantur, sed situm eius ex astrorum inspectione colligere satis habent. Omnium optime illustrat Toupius ad Suidam v. χρῆν. Quod sensum attinet, simile est τηλόθεν τὸ Ἴλιον — εἰςορῶν Philoct. 454. Medea apud Valer. Flacc. VII, 478: quando hinc aberis, dic, quaeso, profundi quod coeli spectabo latus?" — Vide etiam Wesseling. ad Diod. Sic. II, 54. Iacobs. ad Ael. Nat. anim. II, 8. p. 56.

V. 769. ἔφευγον, ἔνθα etc.] Intelligendum ad ἔφευγον ἐκεῖσε. De optativo ὀψοίμην vide Matth. §. 529, 4. Verba κακῶν χρησμῶν ὀνείδη τῶν ἐμῶν hoc sensu dicta: mala dedecora, i. e. turpia facinora, quae mihi ab oraculo praedicta erant, i. e. quae me perpetraturum esse Phoebus effatus erat. Pro κακῶν exspectaveris κακά, quod ipsum fortasse a poeta scriptum fuit; sed potuit etiam κακῶν dici. Vide ad Philoct. 159 sq. et 1101 sq. ed. meae. De locutione de-

770 χρησμῶν ὀνείδη τῶν ἐμῶν τελούμενα.
στείχων δ' ἱκνοῦμαι τούςδε τοὺς χώρους, ἐν οἷς
σὺ τὸν τύραννον τοῦτον ὄλλυσθαι λέγεις.
καί σοι, γύναι, τἀληθὲς ἐξερῶ. τριπλῆς 800
ὅτ' ἦν κελεύθου τῆςδ' ὁδοιπορῶν πέλας,
775 ἐνταῦθά μοι κῆρυξ τε κἀπὶ πωλικῆς
ἀνὴρ ἀπήνης ἐμβεβὼς, οἷον σὺ φῂς,
ξυνηντίαζον· κἀξ ὁδοῦ μ' ὅ θ' ἡγεμὼν
αὐτός θ' ὁ πρέσβυς πρὸς βίαν ἠλαυνέτην. 805
κἀγὼ τὸν ἐκτρέποντα, τὸν τροχηλάτην,
780 παίω δι' ὀργῆς· καί μ' ὁ πρέσβυς ὡς ὁρᾷ,
ὄχου παραστείχοντα τηρήσας μέσον
κάρα διπλοῖς κέντροισί μου καθίκετο.
οὐ μὴν ἴσην γ' ἔτισεν, ἀλλὰ συντόμως 810
σκήπτρῳ τυπεὶς ἐκ τῆςδε χειρὸς ὕπτιος

V. 781. Totus hic versus adeo inutilis est, ut nesciam, an ab interprete additus sit. Doederlino ὄχους legendum videtur, coll. El. 727., ubi de uno curru dictum Βαρκαίοις ὄχοις, quod molestus sit ὄχου genitivus tam longe a καθίκετο divulsus.

V. 787. Λαΐου ex Bothii coniectura scripsi. Libri Λαΐῳ.

V. 788. Spurium esse hunc versum primus vidit Dindorfius.

nique χρησμοὶ οἱ ἐμοί, oracula mihi edita, vide Matth. §. 466, 2.

V. 777. ὅ θ' ἡγεμὼν] Et auriga, qui post ὁ τροχηλάτης. Sic dici aurigam nemo mirabitur, qui meminerit τὸν τῆς ὁδοῦ ἡγεμόνα. Nolim enim comparare Aeschyleum κώπης ἄναξ. SCHAEF.

V. 778. πρὸς βίαν] I. e. βιαίως. Cf. Matth. §. 591. ε.

V. 779. τὸν τροχηλάτην] Gl. τὸν ἡνίοχον. BR. Haec verba per ἐπεξήγησιν addita sunt, ne dubitaretur, quisnam esset ὁ ἐκτρέπων. Sic 837. τὸν ἄνδρα, τὸν βοτῆρα, et in fragm. Aristoph. ap. Athen. p. 161. F: τοὺς πάλαι ποτέ, τοὺς Πυθαγοριστὰς γενομένους. ERF. Elmsleius comparat Eur. Phoen. 39.

V. 780. δι' ὀργῆς] Ira commotus. Cf. Matth. §. 580.

V. 780 sqq. καί μ' ὁ πρέσβυς — καθίκετο] Et senex, simulac me (sc. aurigam verberare) vidit, e curru, observans illud ipsum temporis momentum, quo praeteribam, feriit me. HERM. De genitivo ὄχου vide Matth. §. 454. ζ., de καθίκετο cum accusativo iuncto eundem §. 330. not.

V. 782. Schol.: κέντροῖσι· πληγαῖς. δὶς ἔπαισέ με τοῖς κέντροις, οἷς ἐκέντριζε τοὺς ἵππους. οὐκ ἐπίσης δὲ καὶ παρ' ἐμοῦ ἔλαβεν. Neuius, Immo fustis, inquit, intelligendus est, duplici stimulo praefixus. Verum potest etiam διπλῇ μάστιξ intelligi. Vide ad Ai. 236 sq. ed. meae.

V. 783. ἴσην] Gl. ἴσην δίκην ἀπέδωκεν, ἀντέτισεν. BR.

785 μέσης ἀπήνης εὐθὺς ἐκκυλίνδεται·
κτείνω δὲ τοὺς ξύμπαντας. εἰ δὲ τῷ ξένῳ
τούτῳ προσήκει Λαΐου τι συγγενές,
[τίς τοῦδέ γ' ἀνδρός ἐστιν ἀθλιώτερος;] 815
τίς ἐχθροδαίμων μᾶλλον ἂν γένοιτ' ἀνήρ;
790 ὃν μὴ ξένων ἔξεστι μηδ' ἀστῶν τινα
δόμοις δέχεσθαι, μηδὲ προσφωνεῖν τινα,
ὠθεῖν δ' ἀπ' οἴκων. καὶ τάδ' οὔτις ἄλλος ἦν
ἢ 'γὼ 'π' ἐμαυτῷ τάσδ' ἀρὰς ὁ προστιθείς. 820
λέχη δὲ τοῦ θανόντος ἐν χεροῖν ἐμαῖν
795 χραίνω, δι' ὧνπερ ὤλετ'. ἆρ' ἔφυν κακός;
ἆρ' οὐχὶ πᾶς ἄναγνος; εἴ με χρὴ φυγεῖν,
καί μοι φυγόντι μήτε τοὺς ἐμοὺς ἰδεῖν,
μήτ' ἐμβατεύειν πατρίδος, ἢ γάμοις με δεῖ 825
μητρὸς ζυγῆναι, καὶ πατέρα κατακτανεῖν.

V. 790. Permirum est recentissimos editores revocare potuisse vitiosissimam scripturam, a consuetudine loquendi Graecorum alienissimam ᾧ μὴ etc., quum rectissime iam Erfurdtius olim, quod solum scribi a poeta potuit, ὃν μὴ etc. restituisset.

V. 797 sq. Minime probo, quod recentissimi quidam editores ex aliquot codd. μή 'στι τοὺς ἐμοὺς ἰδεῖν, μή μ' ἐμβατεύειν restituerunt.

Vel τιμωρίαν. Vide L. Bos. p. 474. ed. Schaef. ERF.

V. 784. ὕπτιος] Gl. ἐπὶ τὰ μετάφρενα.

V. 786 sq. εἰ δὲ τῷ ξένῳ — συγγενές] Schol.: τοῦ ὑπ' ἐμοῦ φονευθέντος εἰ ἦν τις πρὸς Λάϊον συγγένεια. ἢ οὕτως· εἰ δὲ οὗτος ὁ ξένος, ὃν ἀπέκτεινα, Λάϊός ἐστιν. οὔπω γὰρ οἶδεν, εἰ αὐτός ἐστιν.

V. 792 sq. καὶ τάδ' — προστιθείς] Recte Triclinius: τὸ τάδε καὶ τάσδ' ἀρὰς ταὐτόν ἐστιν. αἱ γὰρ ἀραί, ἃς ἠράσατο τῷ Λαΐου φονεῖ, οὐκ ἄλλο τι ἦσαν, ἢ μὴ προσδέχεσθαι αὐτὸν τοὺς πολίτας, μηδὲ προσφωνεῖν. Itaque simillime a Sophocle hic pronomen τάδε substantivo τάσδ' ἀρὰς explicatur accuratius, atque Homerus Il. ι, 244. dixit: ταῦτ' αἰνῶς δείδοικα κατὰ φρένα, μή οἱ ἀπειλὰς ἐκτελέσωσι θεοί, ubi ταῦτα nihil est aliud nisi τάσδε τὰς ἀπειλάς. Vide ad Ai. 1035 sq. ed. meae.

V. 794. λέχη] Gl. ἤγουν τὴν γυναῖκα. BR. Vide ad Philoct, 669. τὸν πελάταν λέκτρων τῶν Διός. De locutione ἐν χεροῖν χραίνω vide quae ac Philoct. 60. monui.

V. 795. ἆρα] I. e. ἆρ' οὐκ. Vide quae ad Ai. 269. adnotavimus.

V. 796. πᾶς] De usu huius pronominis ad Aut. 770. diximus.

V. 797. μήτε — ἰδεῖν] Intelligendum quod antea positum est χρή.

V. 798. ἐμβατεύειν πατρίδος] Vide Matth. §. 379. not. 2.

800 [Πόλυβον, ὃς ἐξέφυσε κἀξέθρεψέ με.]
ἆρ' οὐκ ἀπ' ὠμοῦ ταῦτα δαίμονός τις ἂν
κρίνων ἐπ' ἀνδρὶ τῷδ' ἂν ὀρθοίη λόγον;
μὴ δῆτα, μὴ δῆτ', ὦ θεῶν ἁγνὸν σέβας, 830
ἴδοιμι ταύτην ἡμέραν, ἀλλ' ἐκ βροτῶν
805 βαίην ἄφαντος πρόσθεν ἢ τοιάνδ' ἰδεῖν
κηλῖδ' ἐμαυτῷ συμφορᾶς ἀφιγμένην.

ΧΟΡΟΣ.

ἡμῖν μέν, ὦναξ, ταῦτ' ὀκνήρ'· ἕως δ' ἂν οὖν
πρὸς τοῦ παρόντος ἐκμάθῃς, ἔχ' ἐλπίδα. 835

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

καὶ μὴν τοσοῦτόν γ' ἔστι μοι τῆς ἐλπίδος,
810 τὸν ἄνδρα, τὸν βοτῆρα προσμεῖναι μόνον.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

πεφασμένου δέ, τίς ποθ' ἡ προθυμία;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἐγὼ διδάξω σ'· ἢν γὰρ εὑρεθῇ λέγων
σοὶ ταῦτ', ἔγωγ' ἂν ἐκπεφευγοίην πάθος. 840

V. 800. Ego primus uncis inclusi hunc versum. Neque enim nomen patris proferri hic a poeta convenit, ut cetera incommoda huius versus omittam explicare.

V. 802. ἂν ὀρθοίη. Sic primus Schaefer. Melett. critt. p. 89. scribendum vidit. Libri ἀνορθοίη.

V. 818. Pro τοῖς πολλοῖς Brunckius ex coniectura τις

V. 801 sq. ἆρ' οὐκ — ἂν ὀρθοίη λόγον;] Nonne haec ab immiti numine mihi destinata esse qui iudicet, vere dicat? Ὀρθοῦν λόγον, i. e. ὀρθῶς λέγειν, vere dicere. Similis locutio est Herodoteae VII, 103: ὀρθοῦται ὁ λόγος, verum est quod dicitur. De duplici ἂν vide ad v. 334.

V. 806. κηλῖδα συμφορᾶς] Comparasse iuvat Virgil. Aen. II, 97. mali labes, quod est malum labosum sive maculosum.

V. 808. πρὸς τοῦ παρόντος] A servo illo, de quo v. 756 sq. dictum.

V. 811. Schol.: φανερροῦ γενομένου καὶ ἐλθόντος τοῦ ποιμένος; τίνα ἕξεις γνώμην; Brunckius verbi προθυμίας hanc gl. adfert: πρόθεσις· θάρσος.

V. 814. περισσὸν] Praeceteris animadversione dignum. MUSGR. Confer Eurip. Hippol. 437: οὐ γὰρ περισσὸν οὐδὲν οὐδ' ἔξω λόγου πέπονθας.

V. 815 sq. λῃστὰς — ἐννέπειν ὥς νιν κατ.] Dictum pro ἐννέπειν, ὡς λῃσταί νιν κατακτείνειαν. Similiter supra 779 sq. (752 sq.): καλεῖ με ὡς πλαστὸς εἴην πατρί.

V. 818. τοῖς πολλοῖς] Multis *illis*, a quibus tu interfectum esse Laium dixisti. Cf. Herm. ad Vig. p. 723.

V. 819. Schol.: οἰόζωνον· μονόζωνον, μόνον. Simillime

ΙΟΚΑΣΤΗ.

ποῖον δέ μου περισσὸν ἤκουσας λόγον;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

λῃστὰς ἔφασκες αὐτὸν ἄνδρας ἐννέπειν
ὥς νιν κατακτείνειαν. εἰ μὲν οὖν ἔτι
λέξει τὸν αὐτὸν ἀριθμόν, οὐκ ἐγὼ κτανον.
οὐ γὰρ γένοιτ' ἂν εἷς γε τοῖς πολλοῖς ἴσος. 845
εἰ δ' ἄνδρ' ἕν' οἰόζωνον αὐδήσει, σαφῶς
τοῦτ' ἐστὶν ἤδη τοὔργον εἰς ἐμὲ ῥέπον.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

ἀλλ' ὡς φανέν γε τοὔπος ὧδ' ἐπίστασο,
κοὐκ ἔστιν αὐτῷ τοῦτό γ' ἐκβαλεῖν πάλιν.
πόλις γὰρ ἤκουσ', οὐκ ἐγὼ μόνη, τάδε. 850
εἰ δ' οὖν τι κἀκτρέποιτο τοῦ πρόσθεν λόγου,
οὔτοι ποτ', ὦναξ, σόν γε Λαΐου φόνον
φανεῖ δικαίως ὀρθόν, ὅν γε Λοξίας
διεῖπε χρῆναι παιδὸς ἐξ ἐμοῦ θανεῖν.
καίτοι νιν οὐ κεῖνός γ' ὁ δύστηνός ποτε 855

πολλοῖς scripsit, cui assensus est Reisigius Coni. in Arist. p. 34.

V. 825. Ineptissime vulgo scribitur τόν γε, quod unus Bothius in σόν γε mutandum esse vidit. Nam vulgatae scripturae non potest alius sensus esse quam hic: nondum tamen Laium vere interfectum esse probabit. Quae sententia inepta est et ab hoc loco aliena. Accedit, quod hoc sensu absurda foret γὲ particula.

Hesychius: οἰόζωνον· μονόστολον.

V. 820. εἷς ἐμὲ ῥέπον] Gl. εἷς ἐμὲ ἀφορῶν. Aristoph. Pl. 51: οὐκ ἔσθ' ὅπως ὁ χρησμὸς εἷς τοῦτο ῥέπει. BR.

V. 821. ὡς φανέν γε τοὔπος ὧδ' ἐπίστασο] De locutione ἐπίστασο ὡς φανὲν τοὔπος vide Matth. §. 569, 5. De usu verbi φαίνεσθαι monitum ad Trach. 1. ed. meae.

V. 822. Schol.: ἐκβαλεῖν· ἀποκρύπτεσθαι ἢ ἀποστρέψαι. τουτέστιν, οὐ δύναται ἀρνεῖσθαι ὁ βουκόλος.

V. 825 sq. σόν γε Λαΐου φόνον φανεῖ δικαίως ὀρθόν] Caedem Lai a te perpetratam iusto modo patefaciet, i. e. eo quo par est modo ostendet caedem Lai, a te perpetratam esse. Ὀρθὸν φαίνειν simili abundantia dictum, qua supra ἐς φῶς φαίνειν dici vidimus. Totius autem loci sententia haec est: Etiamsi servus ille a priore sermone aliquid deflectat et ab uno homine dicat Laium occisum esse, nondum tamen a te Laium interfectum esse omnino probabit, siquidem Apollo Laium a filio meo perire debere dixit. Quanquam ne filius quidem eum occidit, quippe qui ante Laium perierit. Quam ob causam nihil ego curo oracula. De genitivo Λαΐου vide Matth. §. 375., de usu adverbii δικαίως quae ad Ai. 539. adnotavimus.

κατέκταν', ἀλλ' αὐτὸς πάροιθεν ὤλετο.
830 ὥςτ' οὐχὶ μαντείας γ' ἂν οὔτε τῇδ' ἐγὼ
βλέψαιμ' ἂν οὕνεκ', οὔτε τῇδ' ἂν ὕστερον.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

καλῶς νομίζεις. ἀλλ' ὅμως τὸν ἐργάτην
πέμψον τινὰ στελοῦντα, μηδὲ τοῦτ' ἀφῇς. 860

ΙΟΚΑΣΤΗ.

πέμψω ταχύνασ'· ἀλλ' ἴωμεν ἐς δόμους.
835 οὐδὲν γὰρ ἂν πράξαιμ' ἂν ὧν οὔ σοι φίλον.

V. 835. Scripsi οὔ σοι, ut constanter et recte ab editt. in Philoct. 1227. scribitur.

V. 830. Schol.: ὥςτ' οὐχὶ μαντείας· ὅθεν ἐγὼ χάριν τῆς μαντείας οὔτε ἐπ' ἐκεῖνα τὰ ῥήματα οὔτε ταῦτα βλέψαιμι, οὔτε ἑκατέροις πιστεύσαιμι, ἀλλ' ἀπορῶ.

Ibid. οὔτε τῇδ' ἐγὼ etc.] I. e. adeo flocci haec pendo, ut ne oculos quidem huc vel illuc vaticiniorum causa converterim. Sic Teucer, quum Menelai contemptum ostendere vellet: τοῦ δὲ σοῦ ψόφου οὐκ ἂν στραφείην, Ai. 1117. Ne manum quidem versare alicuius rei causa Cic. de Fin. V, 31, 93. MUSGR. De locutione μαντείας ἕνεκα ad El. 380. monuimus.

V. 833. στελοῦντα] Gl. μετάκαλεσόμενον, κομιούμενον, μεταστελοῦντα. BR.

V. 835. ὧν οὔ σοι φίλον] I. e. τούτων, ἅ με πρᾶξαι οὔ σοι φίλον ἐστίν. Cf. Matth. §. 473. b. De duplici ἂν vide ad v. 334.

V. 836—881. Chorus contemni ab Iocasta oracula indignatus, nec tamen insolentiam eius libere castigare ausus, primum pietatem sanctamque morum integritatem celebrat, tum quae ex impietate rerumque divinarum violatione mala oriantur exponit, denique Iovem, deum potentissimum, precatur, ut oracula illa, quae Iocasta spreverat, ab Apolline Laio olim data, vera esse ostendat, ne huius dei auctoritas et fides, quae imminui coeperit, penitus tollatur, deorumque immortalium cultus negligatur. — Posuit igitur Sophocles ea, quae in initio huius carminis videantur commemoranda fuisse, in fine eius; quod idem fecit quum alibi, tum in primo Chori cantu, qui in Antigona legitur. Qua in re qua arte poeta usus sit, bene Scholiasta ad Antig. 155. exposuit.

V. 836. εἴ] I. e. εἴθε, utinam. Cf. Matth. §. 617, 4. p. 1252. — εἴ μοι ξυνείη μοῖρα, utinam mecum sit fatum, ut, i. e. utinam fato mihi destinatum sit, ut. Pro participio, quod sequitur, φέροντι, i. e. ἔχοντι, sive, ut Schol. interpretatur, διασώζοντι, infinitivum exspectaveris. Verum vide Heindorf. ad Plat. Phaedon. p. 250.

V. 837. τὰν εὔσεπτον ἁγνείαν λόγων etc.] Ἡ εὔσεπτος ἁγνεία est veneranda sive sancta integritas; ad cuius substantivi explicationem adiectus est genitivus λόγων ἔργων τε πάντων, significans id,

ΧΟΡΟΣ.

(στροφὴ α'.)

Εἴ μοι ξυνείη φέροντι
μοῖρα τὰν εὔσεπτον ἁγνείαν λόγων ἔργων τε πάντων,
ὧν νόμοι πρόκεινται 865
ὑψίποδες, οὐρανίαν
840 δι' αἰθέρα τεκνωθέντες, ὧν Ὄλυμπος
πατὴρ μόνος, οὐδέ νιν
θνατὰ φύσις ἀνέρων
ἔτικτεν, οὐδὲ μήν ποτε λάθα κατακοιμάσει· 870
845 μέγας ἐν τούτοις θεός, οὐδὲ γηράσκει.

V. 844. Aliquot codices κατακοιμάσῃ. Quod recepit Elmsleius, μήν ποτε in μήποτε mutato.

in quo cerni debeat integritas illa. Similiter Latine integer alicuius rei dicitur, ut ab Horat. Od. I, 22, 1: integer vitae scelerisque purus.

V. 838. ὧν νόμοι πρόκειν-ται] Νόμος τινὸς et lex est, quam dedit aliquis, et lex, quae data de aliqua re est; quo sensu hic ὧν νόμοι dictum. Cf. Matth. §. 342. Item Romani et legem de ambitu et legem ambitus dicunt. Leges autem Sophocles eas hic dicit, quae, antequam scriptae a mortalibus leges essent, innatae animis hominum fuerint, quarum hanc potissimum eamque gravissimam hic significat: εὐσεβεῖν τὰ πρὸς θεούς. Cf. de his, quae a dis latae putabantur, legibus Xenoph. Mem. S. IV, 4, 19. Soph. Ant. 450 sqq. Platon. Legg. VII. p. 793. A. B. C. Aristot. Eth. V, 15. Polit. III, 18. Itaque totius locí sententia haec est: utinam ego sancta morum integritate sim et innocentia, ita ut et dicam et faciam quae leges divinae iubent, et ab omnibus dictis factisque abstineam, quae eaedem prohibent. De verbo πρόκειν-ται cf. Eur. Iph. T. 1189: τὸν νόμον ἀνάγκη τὸν προκείμενον σέβειν. Antig. 481.

V. 839. ὑψίποδες] Videntur leges ὑψίποδες, i. e. ὑψίβατοι dictae propter ortum suum, quod non creatae in terra humi serpant, sed in coelo genitae quasi evectae super humana circumferantur.

V. 839 sq. Schol.: οὐρανίαν δι' αἰθέρα· ἀντὶ τοῦ ἐν οὐρανῷ τεχθέντες. Cf. Matth. §. 580, 2.

V. 840 sq. ὧν Ὄλ. πατὴρ μόνος] Olympum, sedem et domicilium deorum, posuit pro dis ipsis, qui πατέρες νόμων dicuntur, quod leges illas procrearunt, i. e. tulerunt, hominibusque dederunt.

V. 841. νιν] I. e. νόμους. Cf. Matth. §. 146.

V. 842. θνατὰ φύσις ἀνέρων] Mortalis natura hominum, i. e. mortales homines. Cf. Matth. §. 430.

V. 844. οὐδὲ μήν] Confer Matth. §. 605. — λάθα κατακοιμάσει, oblivio consopiet, sive sepeliet, i. e. delebit. Cf. Eur. Hipp. 1387: εἴθε με κοιμάσειε τὸν δυςδαίμονα Ἅιδου μέλαινα νύκτερός τ' ἀνάγκα.

V. 845. Schol.: ἐν τοῖς νόμοις μέγας ἐστὶν ὁ θεός. τουτέστι,

(ἀντιστροφὴ α'.)

ὕβρις φυτεύει τύραννον·
ὕβρις, εἰ πολλῶν ὑπερπλησθῇ μάταν, ἃ μὴ 'πίκαιρα
μηδὲ συμφέροντα, 875
ἀκρότατον εἰς αναβᾶσ'

V. 849. ἀκρότατον primus Erfurdtius restituit. Libri ἀκροτάταν, ortum ab iis, qui perinepte coniungendum id adiectivum cum substantivo ἀνάγκαν putarunt.

V. 850. Mancum hunc versum esse et ex metro versus strophici et e sensu intelligimus. Certum est enim excidisse substantivum, ad quod referantur adiectiva ἀκρότατον et ἀπότομον, nisi quis alterutrum adiectivum ab interprete profectum existimabit, quo recepto genuinum vocabulum expulsum sit. Inepte autem quidam editores ἀπότομον cum ἀνάγκαν iungendum putarunt.

θεία δύναμις καὶ μεγάλη τοῖς νόμοις ἔνεστιν.

V. 846. ὕβρις φυτεύει τύραννον] Verbum ὕβρις opponitur τῇ εὐσέπτῳ ἁγνείᾳ λόγων ἔργων τε πάντων, ὧν etc., ita ut impietatem potissimum significet. Ea quum dicitur φυτεύειν τύραννον, i. e. μήτηρ τυραννίδος εἶναι (cf. Ai. 174.), hoc significatur: impietas mater est eorum hominum, qui regnum adfectant, i. e. qui leges divinas violant, solent eo insolentiae progredi, ut regnum adfectent, ideoque rei publicae statum convellant et libertatem civium evertant. Quae cum antecedentibus et sequentibus ita cohaerent: Nihil mihi maiori curae sit, quam ut in omni vita sanctissime colam leges divinas. Eas enim qui violat et civium suorum salutem perdit (ὕβρις φυτ. τύραννον) rei publicae statu convulso, et sibimet ipsi (ὕβρις, εἰ πολλῶν ὑπερπλ. — ποδὶ χρησίμῳ χρῆται), ubi ad summum insolentiae fastigium adscenderit, calamitatem parat, ex qua nullus patet exitus. Sponte autem apparet non posse haec Chori verba, ὕβρις φυτεύει — χρησίμῳ χρῆται, ita dicta esse, ut voce ὕβρις Iocastae temeritas, quod oracula sprevisset, aut Oedipi levitas, quod assensus ei esset, notata existimetur. In neutrum enim quadrat regni adfectatio. Ex quibus verbis manifesto intelligitur Sophoclem, relicto aliquantisper Oedipo, de sua iam re publica et sui temporis hominibus loqui. Vide quae ad Ai. 158—161. adnotavimus. Atque hoc egregie a poeta institutum est, quod a Choro, i. e. a populo ipso, cuius partes agebat Chorus, dici hoc et moneri populum Atheniensem facit, sine pietate sanctaque legum divinarum reverentia rei publicae salutem constare non posse. Neque dubitari potest, quin recte Musgravius censuerit Alcibiadem potissimum poetam hic ut hominem civibus formidolosum designari voluisse, haec monens: „Quis enim in historia Attica adeo hospes est, ut nesciat neminem unquam tot contumeliosi ingenii specimina edidisse quam Alcibiadem? Ob quod etiam optimatibus in tyrannidis adfectandae suspicionem venit. Plutarch.: οἱ μὲν ἔνδοξοι μετὰ τοῦ βδελύττεσθαι καὶ δυσχεραίνειν ἐφοβοῦντο τὴν ὀλιγωρίαν αὐτοῦ καὶ παρανομίαν, ὡς τυραννικὰ καὶ ἀλλόκοτα, in Alcibiade, c. 16. Vol. I. p. 188. F. Hoc si paucissimis verbis significare volueris, nulla aptiora in-

850 ἀπότομον ὤρουσεν εἰς ἀνάγκαν,
ἔνθ' οὐ ποδὶ χρησίμῳ
χρῆται. τὸ καλῶς δ' ἔχον
πόλει πάλαισμα μήποτε λῦσαι θεὸν αἰτοῦμαι, 880
855 τὸν ἐγὼ οὐ λήξω ποτὲ προστάταν ἴσχων.

V. 854 sq. In codicibus editionibusque omnibus ita haec scribuntur: θεὸν αἰτοῦμαι. θεὸν οὐ λήξω etc. Quam scripturam vitiosissimam esse, qui loci sensum diligentius considerarit, statim intelliget. Neque dubium, quin id posuerit Sophocles, quod ego restitui. Addo hoc unum, ἐγὼ pronomen facillime excidere potuisse sequente οὐ particula, quum in optimis codicibus, quando ω et ου coalescunt, ω littera plerumque omissa reperiatur. Sic Ant. 458. pro ἐγὼ οὐκ La ἐγ' οὐκ, Oed. Col. 998. pro ἐγὼ οὐδέ plures codices ἐγ' οὐδέ, hac ipsa in fabula pro ἐγὼ οὔτε omnes codices aut ἐγώ τ' aut ἐγ' οὔτε habent.

venies quam ὕβρις φυτεύει τύραννον." Vide etiam ad v. 856.

V. 847 sq. ὕβρις, εἰ πολλῶν — συμφέροντα] I. e. qui leges divinas violat, ubi se nimis multis (πολλῶν ὑπερπλ.) facinoribus importunis ac perniciosis dementer expleverit, i. e. ubi nimis multa facinora etc. perpetraverit. Cf. Hom. Il. o, 132. ἀναπλήσας κακὰ πολλά. — Μάταν sive μάτην, i. e. ματαίως, eodem sensu hic positum quo infra ματάζων, dementer significans.

V. 849 sq. ἀκρότατον — ἀνάγκαν] Iam in nota critica monui excidisse substantivum, quocum iungenda sint adiectiva ἀκρότατον et ἀπότομον. Falsissimum autem illud est, quod sunt qui statuant, ἀπότομον referendum ad substantivum ἀνάγκαν esse. Certum est enim sensum hunc esse: impietas sive insolentia, ubi altissimum adscenderit fastigium, irruere in eam calamitatem solet, ubi. Substantivum ἀνάγκη eodem sensu positum hic est, quo saepe ἀναγκαία τύχη usurpari ad Ai. 477. docuimus. De aoristi significatu Matth. §. 502, 3. egit.

V. 851 sq. ἔνθ' οὐ — χρῆται] Ubi non utitur pede utili, i. e. ex qua pernicie (ἀνάγκα) expedire se nequit.

V. 852 sq. τὸ καλῶς δ' — αἰτοῦμαι] Ambiguo sensu haec verba dicta ita cum antecedentibus cohaerent. Dixerat modo Chorus eos, qui leges divinas violarent, amentia abreptos rem publicam evertere et regnum occupare contendere. Cuiusmodi contentionem pravam iam dicit esse ac tollendam, quum contra dei auxilium implorandum sit, ut honestum certamen, quod pro legibus divinis ineatur a bonis cum improbis, nunquam finiri patiatur. Quibus verbis illud utique Chorus adsignificat, Apollinem se orare, ut investigationem interfectoris Lai, suo ipsius iussu susceptam, confici velit. Atque ita sequentia etiam εἰ δέ τις ὑπέρ. etc. apte cum antecedentibus cohaerent, quod non ita esset, si haec, de quibus ago, verba de sola illa investigatione caedis dicta acciperentur.

V. 854 sq. θεὸν αἰτοῦμαι, τὸν — ἴσχων] Apollinem. De τὸν articulo pro pronomine relativo posito cf. Matth. §. 292., de significatu voc. προστάταν ad El. 624. ed. meae.

(Στροφὴ β'.)

εἰ δέ τις ὑπέροπτα χερσὶν ἢ λόγῳ πορεύεται,
δίκας ἀφόβητος, οὐδὲ δαιμόνων ἕδη σέβων, 885
860 κακά νιν ἕλοιτο μοῖρα δυςπότμου χάριν χλιδᾶς,
εἰ μὴ τὸ κέρδος κερδανεῖ δικαίως
καὶ τῶν ἀσέπτων ἕρξεται, 890
ἢ τῶν ἀθίκτων ἕξεται ματάζων.
865 τίς ἔτι ποτ' ἐν τοῖςδ' ἀνὴρ

V. 862. Elmsleius edidit εἵρξεται pro ἕρξεται. At in melicis tragici de industria antiquas epicorum formas adsciverunt, quae non debent a criticis expelli. HERM. Cf. Matth. §. 234.

V. 866. Librorum scripturam intactam reliqui, quamvis vitiosissimam. Sed nondum emendatio quam reciperem in mentem venit. Illud tamen non dubitavi, eiicere verbum ἕρξεται inter βέλη et ψυχᾶς positum, quod ab interprete additum esse recte vi-

V. 856—860. εἰ δέ τις — χλιδᾶς] In his versibus quot voces, totidem fere lineamenta Alcibiadis agnoscas. Quis illo superbior χερσὶ καὶ λόγῳ, qui, verborum contumeliis non contentus, nonnullos etiam ex potentioribus viris pugnis cecidit? Quis magis contemptor iuris, δίκας ἀφόβητος? Quis luxuriae (χλιδᾷ) magis deditus? Denique erga deorum simulacra parum reverentem fuisse (οὐδὲ δαιμόνων ἕδη σέβων), vere an falso, Atheniensibus certe persuasissimum erat, siquidem Hermarum mutilatorum reus ad causam dicendam ex expeditione Sicula revocatus est. MUSGR.

V. 856. ὑπέροπτα πορεύεται] Proprie insolenter incedit, i. e. insolenter se gerit. Elmsleius comparat Ai. 197: ἀτάρβητα ὁρμᾶται, et Eur. Ion. 717: λαιψηρὰ πηδᾷ.

V. 857. Schol.: δίκας ἀφόβητος· τὴν δίκην μὴ δεδοικώς. Cf. Matth. §. 344. Vocabulum ἕδη recte Musgravius interpretatus est statuas, simulacra. Vide quae ad El. 1356 sq. adnotavimus.

V. 860. Schol.: δυςπότμου χάριν χλιδᾶς· ἕνεκα, φησί, τῆς ἀνοσίου τρυφῆς καὶ ὑπερηφανίας. Significat enim δύςποτμος hic scelestum, quo sensu non raro a tragicis δύστηνος dici consuevit. Vide ad Philoct. 1016.

V. 861. εἰ μὴ τὸ κέρδος — δικαίως] Articuli haec vis est: nisi lucrum, quod quaerit, honeste faciet. Vide Rost. Gr. Gr. §. 98. B. c. Fuit autem communis prope populi opinio, οὐδὲν ῥῆμα aut πρᾶγμα σὺν κέρδει κακὸν εἶναι. Vide El. 61. Philoct. 108 sq.

V. 862. καὶ τῶν ἀσέπτων ἕρξεται] Sponte apparet repetendam esse quae modo posita est μὴ particulam, ita ut sensus sit: et (sc. nisi) impie factis abstinebit. Hesychius: ἄσεπτον· ἀσεβές. Σοφοκλῆς Αἰχμαλωτίσιν.

V. 864. ἢ — ματάζων] Pessime editores quosdam ἕξεται interpretari abstinebit, intelligentes, quae ad hoc membrum referri nequit, μὴ particulam, vel ex addito participio ματάζων apparet. Immo significat hic inhaerebit, tanget. Tum τὰ ἄθικτα sunt inviolabilia, sancta, ματάζων impie faciens, sive plenus impietatis.

V. 865 sq. τίς ἔτι — ἀμύνειν;] Valde corrupta haec esse

θυμῷ βέλη ψυχᾶς ἀμύνειν;
εἰ γὰρ αἱ τοιαίδε πράξεις τίμιαι, 895
τί δεῖ με χορεύειν;

(ἀντιστροφὴ β'.)

870 οὐκ ἔτι τὸν ἄθικτον εἶμι γᾶς ἐπ' ὀμφαλὸν σέβων,
οὐδ' ἐς τὸν Ἀβαῖσι ναόν, οὐδὲ τὰν Ὀλυμπίων, 900
εἰ μὴ τάδε χειρόδεικτα πᾶσιν ἁρμόσει βροτοῖς.

dit Hermannus. Idem ita nuper scribendum putavit: τίς ἔτι ποτ' ἐν τοῖσδ' ἀνήρ, θεῶν βέλη ψυχᾶς ἀμύνειν; hac addita interpretatione: quis amplius huiusmodi cum factis satis vir est, ut deorum tela a vita sua arceat?

V. 871. Brunckius Ἄβαισι. Libri Ἀβαῖσι, et hoc accentu in aliquot Sophoclis codd. scriptum fuisse hoc nomen Eustathius p. 279, 1. (211, 15.) testatur. HERM.

iam in nota critica monui. Nihilominus qui sensus fuerit eorum, quae poeta scripserit, divinare licet. Videtur autem hoc dicere poeta voluisse, quod pro secunda interpretatione in scholiis positum est: τίς ἂν ἀπελάσειεν αὐτοῦ τὴν τιμωρίαν, τοιαῦτα πράττων;

V. 867. αἱ τοιαίδε πράξεις] Quales descripsit v. 856 sq.

V. 868. τί δεῖ με χορεύειν;] Accipienda haec de saltatione sacra, quae in festis deorum fieri solebat (cf. Spanhem. ad Callim. h. in Del. 312.), ideoque de reverentia et cultu deorum.

V. 870. τὸν ἄθικτον] Ad Eur. Ion. 231. coniecturam de hoc voce proposui, lapidem illum album, qui Delphis, teste Pausania in Phocic. c. 16., umbilicus terrae audiebat, septo aliquo inclusum fuisse, multitudinis arcendae causa. MUSGR. qui et ipse de more Choros ad longinqua templa mittendi exposuit ad Eur. Ion. 475. Praestat cum Bothio γᾶς ὀμφαλὸν de templo et oraculo Delphico intelligere, ut ἄθικτον sit sanctum, inviolabile, quo significatu paullo superius dictum est. ERF. Vide supra 480 sq.

V. 871. τὸν Ἀβαῖσι ναόν] De oraculo Apollinis, quod Abis, urbe Phocica, fuit, complura habet Pausanias in Phocic. c. 35. MUSGR. De dativo vide Matth. §. 406. b. Rost. §. 106. e. — τὰν Ὀλυμπίαν, Iovis cultu celeberrimam. Conf. Mela II, 3.

V. 874. Schol.: εἰ μὴ ταῦτα τῶν χρησμῶν, ἢ τὰ λεχθέντα ὑπὸ Ἰοκάστης, φανερὰ καὶ κατάδηλα γένηται. Non puto fieri posse, ut τάδε pronomine aliud significetur quam id, de quo in iis, quae proxime sequuntur, Chorus loquitur, i. e. oracula Laio olim data. Neque illud dubito, quin sensus huius versus hic sit: nisi oracula illa verissima esse omnes intelligent. Verum haereo etiamnunc in verbo ἁρμόσει, non quod intransitive positum sit, id quod nonnumquam fieri allatis exemplis ad Ant. 1296. docuimus, sed quod ipsa illa intransitiva significatio, aptum, accommodatum esse, congruere, non satis huic loco convenit. Ne illud quidem liquet, utrum ex ἁρμόσει an ex χειρόδεικτα aptus sit dativus πᾶσιν βροτοῖς. Itaque hanc difficultatem aliis expediendam relinquo. Vulgo, ut hoc addam, in-

ASHMOLEAN MUSEUM OXFORD

875 ἀλλ' ὦ κρατύνων, εἴπερ ὀρθ' ἀκούεις,
Ζεῦ, πάντ' ἀνάσσων, μὴ λάθοι
σὲ τάν τε σὰν ἀθάνατον αἰὲν ἀρχάν. 905
φθίνοντα γὰρ Λαΐου
θέσφατ' ἐξαιροῦσιν ἤδη,
880 κοὐδαμοῦ τιμᾶς Ἀπόλλων ἐμφανής·
ἔῤῥει δὲ τὰ θεῖα. 910

ΙΟΚΑΣΤΗ.

Χώρας ἄνακτες, δόξα μοι παρεστάθη

V. 876. λάθοι. Ita ex plurimorum codd. et Scholiastae auctoritate scripsi. Vulgo λάθῃ.

V. 878. Vulgo παλαιὰ Λαΐου aut Λαΐου παλαιά. Quod omisi adiectivum optimi codices omittunt.

V. 888. εἰ — λέγοι ex optimis codicibus restitui. Vulgo ἢν φόβους λέγῃ.

V. 891. In editionibus omnibus ex codd. auctoritate scribitur: τοῖςδε σὺν κατεύγμασιν. Quod sic tantum scribi potuit, si κατεύγματα suffimenta significarent. Nam perinepte quidam viri docti preces interpretati sunt, a qua interpretatione iam addito pronomine τοῖςδε deterreri debebant. At nunquam κατεύγματα eo quo accipi debere sensu hic dico aut positum alibi legi terpretati sunt ἁρμόσει aut patebunt aut probabuntur.

V. 875 sq. εἴπερ ὀρθ' ἀκούεις — πάντ' ἀνάσσων] Siquidem recte vocaris omnium rector. Cf. Matth. §. 307. De verbis μὴ λάθοι etc. comparat Elmsleius Eur. Med. 332: Ζεῦ, μὴ λάθοι σε τῶνδ' ὃς αἴτιος κακῶν. De locutione πάντα ἀνάσσειν vide quae dixi in Censura Aiac. ab Lobeck. edit. p. 86. §. 4.

V. 878. Schol.: φθίνοντα γάρ· ἀντὶ τοῦ παλαιά, παρεληλυθότα.

V. 879. Schol.: ἐξαιροῦσιν· ἀντὶ τοῦ ἀφανίζουσιν. τὰ γὰρ ἐπὶ Λαΐῳ θεσπισθέντα ἐκφανλίζεται ὑπὸ Ἰοκάστης καὶ παραγράφεται καὶ ψευδῆ νομίζεται. De locutione Λαΐου θέσφατα, oracula Laio data, cf. Matth. §. 342.

V. 881. ἔῤῥει δὲ τὰ θεῖα] Perit cultus deorum. Simillime Eur. Troad. 27: ἐρημία γὰρ πόλιν ὅταν λάβῃ κακή, νοσεῖ τὰ τῶν θεῶν οὐδὲ τιμᾶσθαι θέλει.

V. 882. χώρας ἄνακτες] Eustathius p. 1425, 48. (Od. 67, 37.): παρὰ Σοφοκλεῖ γοῦν ἡ Ἰοκάστη τοὺς ἐν Θήβαις εὐγενεῖς χώρας ἄνακτας λέγει. Explicatio ipsa huius appellationis exstat 1223. (1199.). Cf. v. 85. O. C. 831: ὦ γῆς ἄνακτες. Ant. 940. Θήβης οἱ κοιρανίδαι. 988. Θήβης ἄνακτες.

Ibid. δόξα μοι παρεστάθη] I. e. ἔδοξέ μοι, placuit mihi. Cf. Herodot. VII, 187: οὐδέν μοι θωῦμα παρίσταται. Plutarch. Nic. c. 9: δόξα τε παρέστη τοῖς πλείστοις ἀπαλλαγὴν κακῶν σαφῆ γεγονέναι. Alio sensu dictum in Rheso 780: καί μοι καθ' ὕπνον δόξα τις παρίσταται. [Locutionem παρίσταταί μοι multi illustrarunt, quos vide ap. Heindorf. ad Plat. Phaed. p. 9. F. I.]

V. 883. ναοὺς — δαιμόνων] Non aedes sacrae intelligendae sunt, sed, uti ex seqq. v. 890 sqq. apparet, templa, i. e. loca, in quibus deorum statuae positae erant.

V. 883 sq. ἐν χεροῖν — λα-

ναοὺς ἱκέσθαι δαιμόνων, τάδ' ἐν χεροῖν
στέφη λαβούσῃ κἀπιθυμιάματα.
885 ὑψοῦ γὰρ αἴρει θυμὸν Οἰδίπους ἄγαν
λύπαισι παντοίαισιν· οὐδ', ὁποῖ' ἀνὴρ 915
ἔννους, τὰ καινὰ τοῖς πάλαι τεκμαίρεται,
ἀλλ', ἔστι τοῦ λέγοντος, εἰ φόβους λέγοι.
ὅτ' οὖν παραινοῦσ' οὐδὲν ἐς πλέον ποιῶ,
890 πρὸς σ', ὦ Λύκειε Ἄπολλον, ἄγχιστος γὰρ εἶ,
ἱκέτις ἀφῖγμαι τοῖςδε σὺν κατάργμασιν, 920

aut poni omnino potuisse indico. Itaque emendavi τοῖςδε σὺν κατάργμασιν, i. e. τοῖςδε σὺν ἐπιθυμιάμασιν. Cf. El. 634 sq.: ἔπαιρε δὴ σὺ θύμαθ' ἡ παροῦσά μοι πάγκαρπα. Ad quem locum Scholiasta: πάγκαρπα· ἐπίπαν ὁσπρία ἔθνον τοῖς θεοῖς. Hesychius: θύματα· σφάγια, ἀπαρχαί, ἱερεῖα, θύματα. Est autem κατάργματα idem quod ἀπαρχαί, quo vocabulo Hesychius ad explicandum nomen θύματα utitur. Sic Eurip. Iph. T. 244: χέρνιβας δὲ καὶ κατάργματα οὐκ ἂν φθάνοις ἂν εὐτρεπῆ ποιουμένη. Plutarch. Thes. c. 22: τὴν δὲ εἰρεσιώνην ἐκφέρουσι, κλάδον ἐλαίας ἐρίῳ μὲν ἀνεστεμμένον, ὥςπερ τότε τὴν ἱκετηρίαν, παντοδαπῶν δὲ ἀνάπλεων καταργμάτων.

βούσῃ] Sic Hom. Il. XV, 229: ἀλλὰ σύγ' ἐν χείρεσσι λάβ' αἰγίδα θυσσανόεσσαν. Dictum autem ἐν χεροῖν λαβεῖν eadem ratione qua dicitur πεσεῖν ἐν κόνιαις, κεῖσθαι εἰς ἀνάγκην, et alia similia.

Scholiasta ad v. 46 sqq.: ἴθ' ὦ βροτῶν ἄριστε· διεξελθὼν τὰ τῆς πόλεως κακά, καὶ ὅτι ἱκανός ἐστιν ἐπινοῆσαι ἀπαλλαγήν, ἐπάγει, ὅτι καὶ χρήσιμον σῶσαι τὴν πόλιν, μᾶλλον δὲ κινδυνῶδες τὸ ἀμελῆσαι. ἴθι οὖν καὶ εὐλαβήθητι, μὴ τὴν προϋπάρχουσαν δόξαν ἐπὶ τῇ εὐποιίᾳ ἀπολέσῃς. πάνυ δὲ αἰδημόνως οὐκ εἶπεν, ὅτι οὐκέτι τιμήσει σε ἡ πόλις, ἀλλὰ σὺν τῇ εὐχῇ τὸ ὅλον κατέθηκεν. Melius hic quam plerique recentiorum interpretum sensum huius loci perspexit. Nihilominus ut singula ab omnibus recte intelligantur, haec praeterea monenda sunt. Ac primum quidem tenendum est verba ἴθι, ἀνόρθωσον πόλιν, ἴθι, εὐλαβήθητι hoc sensu dicta esse: serva urbem, cave tibi, id est serva urbem, ut tibimet ipsi prospicias. Deinde explicaturus sacerdos, cur Oedipo sua ipsius causa succurrendum civitati labanti putet, magna cum arte orationem ita composuit, ut, quid mali Oedipus ex neglecta salute civitatis sibi paraturus esset, ex conformatione membri prioris, ὡς σὲ νῦν μὲν ἥδε γῆ σωτῆρα κλῄζει τῆς πάρος προμηθίας, divinandum potius Oedipo relinquere, quam disertis verbis pronuntiare mallet. Nam verbis illis, ὡς σὲ νῦν μὲν ἥδε γῆ σωτῆρα κλῄζει τῆς πάρος προμηθίας, sperandum erat fore, ut istiusmodi membrum opponeretur: ὥστε-

ρον δὲ ὀλετῆρά σε καλέσει ἡ πόλις διὰ τὴν ἀμέλειαν, ἐὰν αὖθις ἐπὶ σοῦ ἄρχοντος καταφθαρῇ. Pro eo autem membro perapte leniore et faustiore oratione utendum ratus, haec posuit:

ἀρχῆς δὲ τῆς σῆς μηδαμῶς μεμνώμεθα,
στάντες τ' ἐς ὀρθὸν καὶ πεσόντες ὕστερον.

Quorum sensus hic est: imperii autem tui cave ne ita meminerimus, nos te regnante et servatos et rursus perditos esse. De usu coniunctivi μεμνώμεθα, pro quo a recentioribus editoribus inaudita forma optativi μεμνῴμεθα posita est, vim coniunctivi non assecutis, confer Soph. Trach. 802:

ἀλλ' ἄρον ἔξω, καὶ μάλιστα μὲν μέθες
ἐνταῦθ', ὅπου με μήτις ὄψεται βροτῶν·
εἰ δ' οἶκτον ἴσχεις, ἀλλά μ' ἔκ γε τῆσδε γῆς
πόρθμευσον ὡς τάχιστα, μηδ' αὐτοῦ θάνω.

Quod significat: et cave, ne hic moriar, sive noli committere, ut hic moriar. Eodem modo dictum est O. C. 174:

ὦ ξεῖνοι, μὴ δῆτ' ἀδικηθῶ . . . . . .
σοὶ πιστεύσας μεταναστάς.

Quorum verborum sensus est: o hospites, cavete, ne iniuria afficiar etc. Addo Euripid. Troad. 172:

μή νύν μοι τὰν βακχεύουσαν
Κασάνδραν πέμψασθ' ἔξω,
αἰσχύναν Ἀργείοισιν,
μαινάδ', ἐπ' ἄλγεσι δ' ἀλγυνθῶ.

Cuius loci verba extrema hoc sensu dicta esse apparet: et cavete, ne ad dolores dolor accedat. Denique eiusdem poetae Herc. F. 1399:

ἀλλ' αἷμα μὴ σοῖς ἐξομόρξωμαι πέπλοις.

Quod significat: at cave, ne sanguinem tuis abstergam vestibus.

Illud vix opus esset, ut monerem in O. R. v. 50. participia στάντες et πεσόντες ita apta esse ex verbo μεμνώμεθα, ut pro Latinorum infinitivis sint (coll. Matth. §. 549, 6.), nisi egregie falsos ea in re viros quosdam doctissimos esse viderem. Postremo nihil in eo offensionis est, quod μέμνημαι et cum substantivo ἀρχῆς et cum participio coniunctum est. Sic Electr. 1372 sqq.:

οὐκ ἂν μακρῶν ξθ' ἡμὶν οὐδὲν ἂν λόγων,
Πυλάδη, τόδ' εἴη τοὔργον, ἀλλ' ὅσον τάχος
χωρεῖν ἔσω.

Verba τόδ' εἴη ἂν τοὔργον et cum genitivo λόγων et cum infinitivo χωρεῖν coniuncta esse patet. Similia etiam apud Latinos poetas reperiuntur, ut apud Virg. Aen. IX, 55: Teucrum mirantur inertia corda, non aequo dare se campo.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.
ΑΝΤΙΓΟΝΗ.
ΞΕΝΟΣ*).
ΧΟΡΟΣ ΑΤΤΙΚΩΝ ΓΕΡΟΝΤΩΝ.
ΙΣΜΗΝΗ.
ΘΗΣΕΥΣ.
ΚΡΕΩΝ.
ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.
ΑΓΓΕΛΟΣ.

*) Elmsleius et hic et in fabula ipsa invitis codicibus pro ξένος scripsit Ἀθηναῖός τις, monens ad v. 36: „Quae hic inducitur persona nimis absurde ξένος vulgo appellatur, vel etiam absurdius ξένος ἀλήτης, quomodo ipse Oedipus v. 1096. nominatur. Natus error e v. 33., ubi ὦ ξεῖνε eum appellat Oedipus. Eodem argumento χορὸς ξένων dici potuisset, qui vulgo est χορὸς Ἀττικῶν γερόντων." At non meminit Elmsleius primum neminem librariorum nomen Ἀθηναῖος, si antiquitus positum fuisset, in nomen ξένος mutaturum fuisse; deinde Oedipo, id quod maxime urgendum erat, hospitem fuisse hominem illum; denique ne spectatores quidem, quum prodisset, utrum Atheniensis an Coloniates esset, certo intelligere potuisse. Contra Chorum ex senibus Atticis iisque Coloniatis constare diserte v. 77—80. monitum fuit. Videtur tamen Atheniensem hominem illum fuisse ex v. 47. et 78 sqq. cum Hermanno ad v. 42. colligi posse, etsi alii in iisque interpres vernaculus, Thudichum, p. 283. et p. 291., Coloniatam eum fuisse contendit. Non fuisse peregrinum recte mihi Hermannus ad v. 42. contra Reisigium demonstrasse videtur.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ*).

Ο ΕΠΙ ΚΟΛΩΝΩι ΟΙΔΙΠΟΥΣ συνημμένος πώς ἐστι τῷ ΤΥΡΑΝΝΩι. τῆς γὰρ πατρίδος ἐκπεσὼν ὁ Οἰδίπους**) ἤδη γεραιὸς***) ὢν ἀφικνεῖται εἰς Ἀθήνας, ὑπὸ τῆς θυγατρὸς†) Ἀντιγόνης χειραγωγούμενος. ἦσαν γὰρ τῶν ἀρσένων περὶ τὸν πατέρα φιλοστοργότεραι. ἀφικνεῖται δὲ εἰς Ἀθήνας κατὰ πυθόχρηστον††), ὡς αὐτός φησι, χρησθὲν αὐτῷ, παρὰ ταῖς σεμναῖς καλουμέναις θεαῖς μεταλλάξαι τὸν βίον. τὸ μὲν οὖν πρῶτον γέροντες ἐγχώριοι, ἐξ ὧν ὁ Χορὸς συνέστηκε, πυθόμενοι συνέρχονται καὶ διαλέγονται πρὸς αὐτόν. ἔπειτα δὲ Ἰσμήνη παραγενομένη τὰ κατὰ τὴν στάσιν ἀπαγγέλλει τῶν παίδων καὶ τὴν γε-

*) ΤΠΟΘΕΣΙΣ] La Ὑπόθεσις οἰδίποδος τοῦ ἐπὶ κολωνῶι. Impressi: Ὑπόθεσις τοῦ ἐπὶ Κολωνῷ Οἰδίποδος. Huius argumenti tres habemus editiones valde inter se diversas, unam ab Aldo, quam revocavit Stephanus, alteram a Turnebo, tertiam a Brunckio profectam. E codicibus MSS. solos La et Par. B. cum Aldi editione contuli. ELMSLEI.

**) ὁ Οἰδίπους] Sic La; vulgo omissus est articulus.

***) γεραιὸς] Sic La; vulgo γηραιός.

†) ὑπὸ τῆς θυγατρὸς] Brunckius ὑπὸ μιᾶς τῶν θυγατέρων.

††) κατὰ πυθόχρηστον] Sic La; vulgo κατὰ τὸ Πυθόχρηστον.

νησομένην*) ἄφιξιν τοῦ Κρέοντος πρὸς αὐτόν· ὃς καὶ παραγενόμενος ἐπὶ τῷ ἀγαγεῖν**) αὐτὸν εἰς τοὐπίσω ἄπρακτος ἀπαλλάττεται. ὁ δὲ πρὸς τὸν Θησέα διελθὼν τὸν χρησμόν, οὕτω τὸν βίον καταστρέφει παρὰ ταῖς θεαῖς.

Τὸ δὲ δρᾶμα τῶν θαυμαστῶν· ὃ καὶ ἤδη γεγηρακὼς ὁ Σοφοκλῆς ἐποίησε[1]), χαριζόμενος οὐ μόνον τῇ

*) τὴν γεγησομένην] Sic cum Elmsleio scripsi. Codices γενομένην.
**) ἀγαγεῖν] Brunckius ἀπαγαγεῖν.

1) ὃ καὶ ἤδη γεγηρακὼς ὁ Σοφοκλῆς ἐποίησε] Notandum est scriptam dici hanc fabulam ab Sophocle sene, non editam, ne quis pugnare haec cum iis, quae ab auctore argumenti tertii tradita sunt, temere existimet. Idem memoriae prodiderunt hi scriptores: M. Tullius Cat. mai. c. 7: Sophocles ad summam senectutem tragoedias fecit; quod propter studium quum rem familiarem negligere videretur, a filiis in iudicium vocatus est, ut, quemadmodum nostro more male rem gerentibus patribus bonis interdici solet, sic illum quasi desipientem a re familiari removerent iudices. Tum senex dicitur eam fabulam, quam in manibus habebat et proxime scripserat, Oedipum Coloneum, recitasse iudicibus quaesisseque, num illud carmen desipientis videretur. Quo recitato, sententiis iudicum est liberatus. Appuleius in Apologia p. 298: Sophocles poeta, Euripidi aemulus et superstes, vixit enim ad extremam senectam; quum igitur accusaretur a filio suomet dementiae, quasi iam per aetatem desiperet, protulisse dicitur Coloneum suam peregregiam tragoediarum, quam forte tum in eo tempore conscribebat, eamque iudicibus legisse, nec quidquam amplius pro defensione sua addidisse, nisi ut audacter dementiae condemnarent, si carmina senis displicerent. Ibi ego comperior omnes iudices tanto poetae assurrexisse, miris laudibus eum extulisse ob argumenti sollertiam et cothurnum facundiae, nec ita multum omnes afuisse, quin accusatorem potius dementiae condemnarent. Valerius Maximus VIII, 7, 12: Sophocles quoque gloriosum cum rerum natura certamen habuit, tam benigne mirifica illa opera sua exhibendo, quam illa operibus eius tempora liberaliter subministrando. Prope enim centesimum annum attigit, sub ipsum transitum ad mortem Oedipode Coloneo scripto, qua sola fabula omnium eiusdem studii poetarum praeripere gloriam potuit; idque ignotum esse posteris filius eius Iophon noluit, sepulcro patris quae

πατρίδι [2]), ἀλλὰ καὶ τῷ ἑαυτοῦ δήμῳ· ἦν γὰρ Κολωνήθεν*) ὥστε τὸν μὲν δῆμον ἐπίσημον ἀποδεῖξαι, χαρίσασθαι δὲ καὶ τὰ μέγιστα τοῖς Ἀθηναίοις, δι' ὧν ἀπορθήτους ἔσεσθαι καὶ τῶν ἐχθρῶν αὐτοὺς κρατήσειν ὑποτίθεται ὁ Οἰδίπους προαναφωνῶν, καὶ ὅτι διαστασιάσουσι πρὸς Θηβαίους ποτέ, καὶ τούτων κρατήσουσιν ἐκ χρησμῶν διὰ τὸν τάφον αὐτοῦ**) [3]).

---

*) Κολωνήθεν] Tres sunt huius adverbii formae, Κολωνόθεν, Κολώνηθεν, Κολωνήθεν. Primam exhibet Aldus, secundam La et Turnebus, tertiam Par. B. et Brunckius. Analogiae contraria videntur Κολώνηθεν et Κολωνήθεν. Sed contra analogiam invaluit usus. Eustathius p. 351, 10: ὁ δὲ ἐκεῖθεν δημότης, ὁποῖος καὶ αὐτός, κολώνηθεν ἐλέγετο φῦναι, οὐ κολωνόθεν, ὡς ὅμοιον ὂν κολωνὸν καὶ κολώνην εἰπεῖν, καὶ ἐκ κολωνοῦ καὶ κολώνηθεν. Inscriptio Attica apud Chandlerum p. 70: ΖΩΠΥΡΑ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΦΥΛΑΣΙΟΥ ΘΥΓΑΤΗΡ ΜΗΝΟΔΩΡΟΥ ΚΟΛΩΝΗΘΕΝ ΓΥΝΗ. Philostratum τὸν Κολωνήθεν memorat Demosthenes in Midiam p. 535, 9. iterumque orationis in Neaeram scriptor p. 1352, 8. ELMSL.

**) διὰ τὸν τάφον αὐτοῦ] Brunckius διὰ τὸν αὐτοῦ τάφον.

retuli insculpendo. Plutarchus in libro de re publica ab sene gerenda p. 785. A: Σοφοκλῆς δὲ λέγεται μὲν ὑπὸ τῶν υἱῶν παρανοίας δίκην φεύγων ἀναγνῶναι τὴν ἐν Οἰδίποδι τῷ ἐπὶ Κολωνοῦ πάροδον, ἣ ἐστιν ἀρχή, εὐίππου, ξένε, τᾶς δὲ — βάσσαις. Lucianus in Macrobiis c. 24. T. III. p. 226: Σοφοκλῆς ὁ τραγῳδοποιὸς ᾠᾷγα σταφυλῆς καταπιὼν ἀπεπνίγη πέντε καὶ ἐνενήκοντα ζήσας ἔτη. οὗτος ὑπὸ Ἰοφῶντος τοῦ υἱέος ἐπὶ τέλει τοῦ βίου παρανοίας κρινόμενος ἀνέγνω τοῖς δικαστᾶς Οἰδίπουν τὸν ἐπὶ Κολωνῷ, ἐπιδεικνύμενος διὰ τοῦ δράματος, ὅπως ὑγιαίνει· ὡς τοὺς δικαστὰς τὸν μὲν ὑπερθαυμάσαι, καταψηφίσασθαι δὲ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ μανίαν. Commemoratum etiam de iudicio illo in vita Sophoclis est: φαίνεται δὲ καὶ παρὰ πολλοῖς ἡ πρὸς τὸν υἱὸν Ἰοφῶντα γενομένη αὐτῷ δίκη ποτέ. — καὶ τότε τὸν Οἰδίποδα παραναγνῶναι. Ad quem locum quid viri docti de traditione illa iudicarint et quid mihi iudicandum videatur exponam. Nunc id tantum agebam, ut afferendis his veterum scriptorum testimoniis comprobarem vere dictum ab auctore huius argumenti esse Sophoclem hanc fabulam in extrema senectute scripsisse. Quem aetatis annum agens scripserit, ignoramus, quanquam nostris temporibus certatim viri docti, quorum opiniones ad Argum. tertium commemoravi, coniecturis divinare studuerunt.

2) χαριζόμενος οὐ μόνον τῇ πατρίδι etc.] Scholiasta ad 457: πολλαχοῦ δὲ οἱ τραγικοὶ χαρίζονται ταῖς πατρίσιν ἔνια. Cf. etiam Schol. ad Ai. 202. El. 707. 731.

3) διὰ τὸν τάφον αὐτοῦ] Scholiasta ad v. 91. testante Lysimachus Alexandrinus in libro XIII. Thebaicorum Arizelum secutus memoriae pro-

Ἡ σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν τῇ Ἀττικῇ ἐν τῷ ἱππείῳ, πρὸς τῷ ναῷ τῶν Σεμνῶν. ὁ δὲ Χορὸς συνέστηκεν ἐξ Ἀθηναίων ἀνδρῶν[4]). *προλογίζει Οἰδίπους.*

didit Oedipum non in Colono, sed in Cereris sacro Eteoni in Boeotia sepultum esse. Scholiastae verba haec sunt: *Εἰσί γε οἳ φασι τὸ μνῆμα τοῦ Οἰδίποδος ἐν ἱερῷ Δήμητρος εἶναι ἐν Ἐτεωνῷ, μεταγαγόντων αὐτὸν ἐκ Κεοῦ τινος ἀσήμου χωρίου, καθάπερ ἱστορεῖν φησιν Ἀρίζηλον Δυσίμαχος ὁ Ἀλεξανδρεὺς ἐν ιγ τῶν Θηβαϊκῶν, γράφων οὕτως· Οἰδίπου δὲ τελευτήσαντος, καὶ τῶν φίλων ἐν Θήβαις θάπτειν αὐτὸν διανοουμένων, ἐκώλυον οἱ Θηβαῖοι διὰ τὰς προγεγενημένας συμφορὰς, ὡς ὄντος ἀσεβοῦς. Οἱ δὲ κομίσαντες αὐτὸν εἴς τινα τόπον τῆς Βοιωτίας καλούμενον Κεὸν ἔθαψαν αὐτόν. Γινομένων δὲ τοῖς ἐν τῇ κώμῃ κατοικοῦσιν ἀτυχημάτων τινῶν, οἰηθέντες αἰτίαν εἶναι τὴν Οἰδίπου ταφὴν, ἐκέλευον τοὺς φίλους ἀναιρεῖν αὐτὸν ἐκ τῆς χώρας. Οἱ δὲ ἀπορούμενοι τοῖς συμβαίνουσιν, ἀνελόντες ἐκόμισαν εἰς Ἐτεωνόν. Βουλόμενοι δὲ λάθρα τὴν ταφὴν ποιήσασθαι καταθάπτουσι νυκτὸς ἐν ἱερῷ Δήμητρος, ἀγνοήσαντες τὸν τόπον. Καταφανοῦς δὲ γενομένου, πέμψαντες οἱ τὸν Ἐτεωνὸν κατοικοῦντες τὸν θεὸν ἐπηρώτων, τί ποιῶσιν. Ὁ δὲ θεὸς εἶπεν μὴ κινεῖν τὸν ἱκέτην τῆς θεοῦ. Διόπερ αὐτοῦ τέθαπται. Τὸ δὲ ἱερὸν Οἰδιπόδειον κληθῆναι.* Homerus Il. ψ, 679. Oedipum Thebis sepultum narrat his verbis: *ὅς ποτε Θήβας δ' ἦλθε δεδουπότος Οἰδιπόδαο ἐς τάφον· ἔνθα δὲ πάντας ἐνίκα Καδμείωνας.* Pausanias I. c. 28. §. 7: *ἔστι δὲ καὶ ἐντὸς τοῦ περιβόλου* (intra septum Areopagi) *μνῆμα Οἰδίποδος. πολυπραγμονῶν δὲ εὕρισκον* (Siebelis *οὐχ εὕρισκον* coniecit) *τὰ ὀστᾶ ἐκ Θηβῶν κομισθέντα· τὰ γὰρ ἐς τὸν θάνατον Σοφοκλεῖ πεποιημένα τὸν Οἰδίποδος Ὅμηρος οὐκ εἴα με δόξαι πιστά, ὃς ἔφη Μηκιστέα, τελευτήσαντος Οἰδίποδος, ἐπιτάφιον ἐλθόντα ἐς Θήβας ἀγωνίσασθαι.* Sophocles vero conatos saltem facit Thebanos Oedipi corpus arcessere, hoc consilio, ut dicit 399 sq., *ὥς σ' ἄγχι γῆς στήσωσι Καδμείας, ὅπως κρατῶσι μέν σου, γῆς δὲ μὴ 'μβαίνῃς ὅρων*, idque commonitos oraculo fuisse. In Colono equestri ut moreretur, Euripides etiam Oedipo destinatum fato fuisse tradit Phoen. 1697—1701.

4) *ἐξ Ἀθηναίων ἀνδρῶν*] Ex Coloniatis Chorum constare disertis verbis poeta ipse 77—80. dicit.

ΣΑΛΟΥΣΤΙΟΥ ΠΥΘΑΓΟΡΕΙΟΥ*).

Τὰ πραχθέντα περὶ τὸν Οἰδίποδα ἴσμεν ἅπαντα τὰ ἐν τῷ ἑτέρῳ ΟΙΔΙΠΟΔΙ. πεπήρωται γάρ, καὶ ἀφῖκται εἰς τὴν Ἀττικὴν ὁδηγούμενος ἐκ μιᾶς τῶν θυγατέρων, Ἀντιγόνης. καὶ ἔστιν ἐν τῷ **) τεμένει τῶν Σεμνῶν***), ὃ ἔστιν ἐν τῷ καλουμένῳ Ἱππίῳ Κολωνῷ, οὕτω κληθέντι, ἐπεὶ καὶ Ποσειδῶνός ἐστιν ἱερὸν Ἱππίου καὶ Προμηθέως, καὶ αὐτοῦ οἱ ὀρεωκόμοι ἵστανται· ἔστι γὰρ αὐτῷ πυθόχρηστον ἐνταῦθα δεῖν αὐτὸν ταφῆς τυχεῖν· οὗ μή ἐστιν ἑτέρῳ βεβήλῳ τόπος, αὐτόθι κάθηται· καὶ κατὰ μικρὸν αὐτῷ τὰ τῆς ὑποθέσεως προέρχεται. ὁρᾷ γάρ τις αὐτὸν τῶν ἐντεῦθεν, καὶ πορεύεται ἀγγελῶν, ὅτι τις ἄρα τῷ χωρίῳ τούτῳ †) προσκάθηται. καὶ ἔρχονται οἱ ἐν τῷ τόπῳ ἐν Χοροῦ σχήματι μαθησόμενοι τὰ πάντα ††). πρῶτος οὖν ἐστι καταλύων τὴν ὁδοιπορίαν καὶ τῇ θυγατρὶ διαλεγόμενος. ἄφατος δέ ἐστι καθόλου ἡ οἰκονομία ἐν τῷ δράματι, ὡς οὐδενὶ ἄλλῳ †††) σχεδόν.

---

*) ΣΑΛ. ΠΥΘ.] La Σαλουστίου. Par. B. Ἄλλως: σαλουστίου πυθαγορείου. Brunckius Ἄλλη ὑπόθεσις. Bothius: „Intelligi videtur is, qui Empedoclea scripsit, de quo vide Ciceronis interpretes Epist. ad Q. fr. II, 11.; neque enim cogitandum est de Sallustio, philosopho Platonico, qui vixit circa annum a Chr. nato 363."

**) καὶ ἔστιν ἐν τῷ] Hermannus ἔστιν omisit.

***) τῶν Σεμνῶν] Delevi, quod post haec verba adiectum in codd. reperitur, Ἐρινύων.

†) τούτῳ] Brunckius omisit.

††) τὰ πάντα] Brunckius cum Par. B. τὰ δέοντα.

†††) ὡς οὐδενὶ ἄλλῳ] Brunckius cum Par. B. ὡς οὐδὲν ἄλλο.

ΑΛΛΑ ΩΣ*).

Τὸν ἐπὶ Κολωνῷ Οἰδίποδα ἐπὶ τετελευτηκότι τῷ πάππῳ Σοφοκλῆς[1]) ὁ υἱδοῦς ἐδίδαξεν, υἱὸς ὢν Ἀριστωνος, ἐπὶ ἄρχοντος Μίκωνος**), ὃς τέταρτος ἀπὸ Καλλίου[2]), ἐφ' οὗ φασιν οἱ πλείους τὸν Σοφοκλέα τελευτῆσαι. σαφὲς δὲ τοῦτ' ἐστὶν ἐξ ὧν ὁ μὲν Ἀριστοφάνης ἐν τοῖς Βατράχοις ἐπὶ Καλλίου[3]) ἀνάγει τοὺς τραγικοὺς***) ὑπὲρ γῆς[4]), ὁ δὲ Φρύνιχος ἐν Μούσαις, ἃς συγκαθῆκε τοῖς Βατράχοις, φησὶν οὕτως·

*) ΑΛΛΑΩΣ] Quae sequuntur primus publici iuris fecit Frid. Thierschius in Actis Philologg. Monacc. T. I. p. 322—326. Usus est Thierschius apographo Victorii manu facto, Victorius autem, ni fallor, membranis Laurentianis, e quibus hoc argumentum iterum descripsi. ELMSL.

**) Μίκωνος] MS. μήκωνος. Μικίων appellatur a Diodoro XIV, 17. ad Olymp. XCIV, 3. Sed Chronicon Arundelianum recte ΜΙΚΩΝΟΣ. Aristophanes Lys. 679: τὰς δ' Ἀμαζόνας σκόπει, ἃς Μίκων ἔγραψ' ἐφ' ἵππων μαχομένας τοῖς ἀνδράσιν. Onatam Miconis f. Aeginetam saepius memorat Pausanias, Virgilius pastorem Miconem appellavit Ecl. III, 10. VII, 30. ELMSL.

***) τοὺς τραγικοὺς] Ipse ex coni. posui. Codex τοὺς στρατηγοὺς.

1) Σοφοκλῆς ὁ υἱδοῦς — ἐπὶ ἄρχοντος Μίκωνος] i. e. Olymp. XCIV, 3. sive a. 402. a. Chr. n. Fateor ingenue me non intelligere, quibus causis viri docti, qui de aetate huius fabulae exposuerunt, excepto Thierschio in Actis Philoll. Monacc. T. I. Fasc. III. p. 328., Elmsleio ad huius fab. 668. ed. Br. et Carolo Frid. Hermanno in Disput. de aetate et causis Oedipi Colonei, quae inserta est eius Quaest. Oedipod. Cap. tribus. Marburg. 1837. p. 37 sqq., ceteri omnes commoti sint, ut testimonio huius scriptoris, quod mihi gravissimum videtur esse, fidem tribuendam non putarent. Neque opus esse puto, ut quisquam de refutandis hominum illorum opinionibus cogitet, priusquam illi, cur huius scriptoris testimonium pro vero haberi nequeat, explicare coeperint. Ac Boeckhius quidem quam olim in libro de Graecae tragoediae principibus C. XV. p. 187. sententiam tulit, actam hanc fabulam continuo post Olymp. LXXXIX, 4. esse, eam tenendam etiam putavit in dissertatione Germanice de Antigona scripta p. 6. Ei assensus est Süvernius duabus in commentationibus Germanice scriptis, quarum in altera de locis quibusdam tragicorum ad reipublicae tempora spectantibus, in altera de consilio et aetate huius fabulae exposuit, in qua posteriore quum alia plurima tum ea omnia verissime dicta puto, quae contra Lachmannum, Reisigium Hermannumque disputata sunt.

2) ὃς τέταρτος ἀπὸ Καλλίου] Callias, Alexias, Pytho-

μάκαρ Σοφοκλέης, ὃς πολὺν χρόνον βιοὺς
ἀπέθανεν, εὐδαίμων ἀνὴρ καὶ δεξιός,
πολλὰς ποιήσας καὶ καλὰς τραγῳδίας,
καλῶς ἐτελεύτησ' *), οὐδὲν ὑπομείνας κακόν.

ἐπὶ δὲ τῷ λεγομένῳ ἱππίῳ Κολωνῷ τὸ δρᾶμα κεῖται. ἔστι γὰρ καὶ ἕτερος Κολωνὸς ἀγοραῖος[5]) πρὸς τῷ Εὐρυσακείῳ[6]), πρὸς ᾧ οἱ μισθαρνοῦντες προεστήκεισαν, ὥςτε **) καὶ τὴν παροιμίαν ἐπὶ τοῖς καθυστερίζουσι τῶν καιρῶν διαδοθῆναι·

ὄψ' ἦλθες, ἀλλ' ἐς τὸν Κολωνὸν ἶεσο.

---

*) καλῶς ἐτελ.] Thierschius καλῶς τ' ἐτελ., Hermannus καλῶς δ' ἐτελεύτησ'.
**) ὥςτε] Ex Thierschii coni. addidi.

dorus, Euclides, Micon. Quintus igitur a Callia Micon, si quintus a Gyge Croesus apud Herodotum I, 13. Sed alteram numerandi rationem non solum recentiores, verum etiam nonnusquam sequuntur veteres. ELMSL.

3) ἐν τοῖς Βατράχοις ἐπὶ Καλλίου] Consentit Ranarum argumenti scriptor: ἐδιδάχθη ἐπὶ Καλλίου τοῦ μετ' Ἀντιγένη διὰ Φιλωνίδου εἰς Λήναια. Consentit etiam de Phrynichi Musis. ELMSL. Olymp. XCIII, 3.

4) ἀνάγει τοὺς τραγικοὺς ὑπὲρ γῆς] Aeschylum potissimum intellige. Sed mortui tum etiam Euripides et Sophocles iam fuerunt. Cf. Arist. Ran. 67—78. Vult autem hoc dicere argumenti scriptor: Sophoclem archonte Callia mortuum esse ex eo apparet, quod in Ranis Aristophanis, quae archonte illo editae sunt, cum Aeschylo et Euripide inter mortuos refertur. Hinc manifestum est non potuisse a scriptore argumenti τοὺς στρατηγούς, quae codicis scriptura est, proficisci, sed τοὺς τραγικούς, quod restitui. Elmsl. ad vulgatam scripturam τοὺς στρατηγοὺς adnotavit haec: „Non Aristophanes Ranis, sed Eupolis Δήμοις ἀνάγει τοὺς στρατηγοὺς ὑπὲρ γῆς, nempe Miltiadem, Aristidem, Cimonem, Periclem. Vide ad Med. 389 sqq. p. 146. In Ranis ἀνάγεται Aeschylus." Sed haec aliena ab hoc loco.

5) ἔστι γὰρ καὶ ἕτερος Κολωνὸς ἀγοραῖος] Duos Colonos, forensem, τὸν ἀγοραῖον, et equestrem, τὸν τῶν Ἱππέων, commemorant etiam Harpocratio in v. Κολωνίτας p. 219. [p. 107. ed. Lips.], Pollux VII, 132. et Suidas [Schol. ad Eur. Phoen. 1701.]. Pausan. I, 30, 4. Colonum equestrem ponit Academiae, Platonis sepulcro et Timonis turri finitimum: κατὰ τοῦτο τῆς χώρας φαίνεται πύργος Τίμωνος —. δείκνυται δὲ καὶ χῶρος καλούμενος Κολωνὸς ἵππιος, ἔνθα τῆς Ἀττικῆς πρῶτον ἐλθεῖν λέγουσιν Οἰδίποδα, cum quibus congruit Tullius de Fin. V, 1. REIS.

6) πρὸς τῷ Εὐρυσακείῳ] Prope sacellum Eurysacis, qui fuit Aiacis Telamonii filius. Pausan. I, 35, 2: διαμένουσι δὲ καὶ ἐς τόδε τῷ Αἴαντι παρὰ Ἀθηναίοις τιμαὶ αὐτῷ τε καὶ τῷ Εὐρυσάκει· καὶ γὰρ Εὐρυσάκους βωμός ἐστιν ἐν Ἀθήναις. BOTH.

μνημονεύει τῶν δυεῖν Κολωνῶν Φερεκράτης[7]) ἐν Πετάλῃ διὰ τούτων·

οὗτος, πόθεν ἥκεις; *) — ἐς Κολωνὸν ἱέμην,
οὐ τὸν ἀγοραῖον, ἀλλὰ τὸν τῶν ἱππέων.

*) Ex Harpocratione s. v. *Κολωνίτας* scripsi *ἥκεις* et *ἱέμην*, quanquam pro posteriore vocabulo apud Harpocrationem *ἢ μήν* scribitur, pro vulgata lectione *ἦλθες* et *φχόμην*.

7) *Φερεκράτης*] Platonius in libello *περὶ κωμῳδίας* veteris comoediae poetas recensens: *τούτων δέ εἰσιν ἀξιολογώτατοι Ἐπίχαρμος, Μάγνης, Κρατῖνος, Κράτης, Φερεκράτης, Φρύνιχος, Εὔπολις, Ἀριστοφάνης.* Vide Aristoph. Beck. Vol. IV. praef. p. 28 sqq. et Elmsl. ad Acharn. 10. IDEM.

Post haec argumenta placet separatim de duabus rebus disserere, quas neque in enarratione ipsius fabulae tractare commode potui, neque transire silentio licet, siquidem earum cognitio ad intelligendos aliquot huius fabulae locos paene necessaria est, de vita dico Oedipi Thebis post effossos oculos usque ad exsilium transacta, et de scena fabulae.

DE VITA OEDIPI THEBIS POST EFFOSSOS OCULOS USQUE AD EXSILIUM TRANSACTA.

Quum in Oedipo Rege tota Oedipi vita ab initio usque ad amissum oculorum visum a Sophocle explicata sit, non est mirandum exstitisse qui in hac fabula, quae illi arctissime connexa esset, reliquam vitam viri illius eadem perspicuitate describendam fuisse existimarent. Quod quum non factum viri quidam docti, sed silentio quaedam Oedipi fata, quae commemorata explicatius ab aliis scriptoribus essent, a Sophocle praetermissa animadvertere sibi visi essent, aut maluisse eum hanc eius vitae partem obscuriorem relinquere, quam ea tradere, quae nec verisimilitudini fabulae nec dignitati congrua putasset[1]), aut propria aliqua fabula, quae media inter utrumque Oedipum fuisset, ea, quae Thebis vel incluso vel eiecto Oedipo accidissent, com-

1) Est haec Iacobi sententia, quem vide in Quaestion. Sophocl. Vol. I. p. 343.

plexum esse [2]) suspicati sunt. Quod postremum quam improbabile sit, sponte apparebit ex iis, quae deinceps expositurus sum. Neque vero illud concedo, Sophoclem consulto quidquam, quod alicuius momenti in vita Oedipi fuisset, obscurum reliquisse, quia non aptum tragoediae dignitati existimaret, sed alia silentio eum praeterisse puto, quae commemorare nihil necesse fuit, alia secus tradidisse, ut, qui fuit admirabilis eius venustatis sensus, tragoediae maiestati accommodata essent.

Ac primum quidem silentio negant viri docti recte praetermissum esse, quid responsi ab Apolline datum Creonti esset, qui quum ab Oedipo (extr. O. R. 1432—1444. 1517—1521.) post oculos effossos enixe rogatus esset, ut ex patria terra se eiiceret, prius se hoc, quam Apollinis voluntatem explorasset, facturum negaverat. At mea sententia quod Creon illa in fabula iactaverat, Apollinem ea de re consulturum se esse, istiusmodi fuit, ad quod respici in hac fabula non opus esset, in qua suffecit profecto dici id, quod dictum est 431—441. 591. 765—771., Oedipum non eiectum eo tempore, quo voluisset, sed invitum domi retentum esse. Qua traditione id simul consecutus poeta est, ut, sive fuit ea de re oraculum editum sive non fuit, a Creonte inique Oedipum tractatum esse appareret, ut qui, si iusserat Apollo, statim, si non iusserat, nunquam debuerit ex urbe expelli. Non minus inutile fuit commemorari de oraculo a poeta, si fuit eiusmodi editum, ex quo, utrum retinendus an expellendus Oedipus esset, non posset certo intelligi. Verum enimvero apparet ex tota fabula Sophoclem nullum putasse oraculum editum, quo Creon impulsus esset, ut Oedipum Thebis eiiceret. Primum enim ubi Oedipus exsilii sui mentionem facit, ita de eo loquitur, ut se iniuria et vi expulsum ex patria conqueratur (cf. 427—441.); deinde filios suos, si voluissent, facile perficere potuisse dicit, ut non eiiceretur, sed Thebis remaneret (cf. 441—444.). Neutrum autem dici potuit, si ab Apolline mandatum Thebanis fuisset, ut Oedipum exterminarent. Denique nullo modo probabile est Sophoclem in ea esse sententia potuisse, ut duo secum pugnantia oracula ab eodem Apolline edita esse arbitraretur. Pugnaret autem eiusmodi oraculum, quo iussi Thebani essent Oedipum expellere, cum eo, quod editum expulso Oedipo ab Apolline Sophocles refert, fore, ut Oedipum vivum mortuumque Thebani salutis suae causa expeterent (389 sq.). Quo ora-

2) Coniecit hoc Doederlinus ad O. C. 361. suae ed. p. 316.

cuto commotos Thebanos apud Sophoclem legimus, ut Oedipum arcessendum rursus et, ut in potestate sua esset, in confiniis terrae suae collocandum putarent, quum, quod parricida esset, in ipsam civitatem recipere nollent (cf. 407. 600 sq.).

Itaque manifestum hoc est, Sophoclem, ut Oedipus eo quo eiectus Thebis est tempore eiiceretur, arbitrio et iniuria Creontis, penes quem imperium fuit, factum putari voluisse [3]). Ac facile quidem apparet egregie id divinum poetam sumpsisse. Ita enim Oedipus et purgatus omnino apparet, quod noluit, quum revocaretur, ad suos redire (590—601.), et multo maiore dignus misericordia, quam si ex Apollinis mandato eiectus Thebis dictus esset.

Neque tamen illud negligendum est, quod Oedipus Sophocleus nunquam id unum Creonti exprobrat, quod se Thebis emiserit, sed hoc tantum reprehendit, quod, quum post detecta scelera sua invitus retentus domi esset, postmodo, ubi versari domi iucundum fuerit, invitus ex patria expulsus sit (431—441. 591. 765—771.). Nam hoc sine dubio ipse sensit Oedipus, iure quodam suo Thebanos potuisse se, qui et patrem occidisset et matrem uxorem duxisset, ex patria sua expulsum velle, quanquam scelera illa, quae invitus perpetrasset, oculis effossis satis iam expiata arbitratus videtur; verum illud merito indignari potuit, quod, si propter facinora illa abesse e patria debuit, non statim, ut voluerat, eiectus erat; neque propterea reprehendendus erat, quod Thebanos emolumento, quod ex praesentia ipsius in eos redundabat, frui noluit, quum incommodo, quod ex eadem oriri putabatur, laborare illi nollent.

---

3) Aliter tamen, quod obiter adiicio, de Creonte iudicavit Euripides Phoenissis, qui eum, simulatque occisis Eteocle et Polynice imperium acceperat, in exsilium mittere Oedipum facit, quod remanente eo unquam urbem salvam fore Tiresias negaverit, v. 1579 sqq.: *τῶνδε δ', Οἰδίπου, λόγων ἄκουσον· ἀρχὰς τῆςδε γῆς ἔδωκέ μοι Ἐτεοκλέης παῖς σός, γάμων φερνὰς διδοὺς Αἵμονι κόρης τε λέκτρον Ἀντιγόνης σέθεν. οὔκουν σ' ἐάσω τήνδε γῆν οἰκεῖν ἔτι· σαφῶς γὰρ εἶπε Τειρεσίας οὐ μή ποτε, σοῦ τήνδε γῆν οἰκοῦντος, εὖ πράξειν πόλιν. ἀλλ' ἐκκομίζου. καὶ τάδ' οὐχ ὕβρει λέγω, οὐδ' ἐχθρὸς ὢν σοί, διὰ δὲ τοὺς ἀλάστορας τοὺς σούς, δεδοικὼς μή τι γῆ πάθῃ κακόν.* Ceterum constat a Sophocle tradi Creontem statim post detecta Oedipi flagitia imperium Thebarum accepisse et tenuisse etiam tum, quum Oedipus patria expelleretur. Expulso demum Oedipo filii eius sibi arrogandum imperium putarunt secundum Sophoclem O. C. 367 sqq. Erravit Iacobus Quaest. Soph. p. 342., sub Polynicis regno Thebanos iussisse Oedipum ex patria expelli dicens.

Neque vero, quod quispiam obiecerit, Oedipus iis, quae filiis suis obiecit, omnino iniuriâ se in exsilium esse missum ostendere voluit. Iis enim si potestas erat facta Oedipi, qui sine oraculo eiiceretur, honeste in urbe retinendi, maximo iure crimini verti potuit, quod quam poterant et pietatis causa debebant patri suo misero opem ferre recusassent. Atque id ipsum est, quod iis ab Oedipo exprobratur, dicenti (441—444.): *οἱ δ' ἐπωφελεῖν οἱ τοῦ πατρὸς τῷ πατρὶ δυνάμενοι τὸ δρᾶν οὐκ ἠθέλησαν, ἀλλ' ἔκους' σμικροῦ χάριν φυγάς σφιν ἔξω πτωχὸς ἠλώμην ἐγώ.*

Iam sponte eo deducti sumus, ut quae causa dirarum illarum fuerit, quibus Oedipus prius quam Athenas pervenisset filios devovisse dicitur [4]), paucis explicemus. Ac ne hanc quidem obscuram voluit Sophocles esse. Quum enim Oedipus nihil filiis suis exprobraverit, nisi quod non prohibuissent, quod prohibere potuissent, ne patria expelleretur (427—430. 441—444. 1356—1364.), neque exsulantis ullam curam gessissent, sed sorores, quod ipsos facere convenisset, miserum patrem sublevare in exsilio passi essent (337—352. 1354—1369.), quumque, si praeterea commisissent aliquid, quod iure in iis reprehendi posset, minimé veri simile sit id Oedipum in tanto contra eos odio omissurum fuisse: quis tandem dubitabit, quin hanc solam ob causam, quod expelli se sivissent nec exsulantem comitati essent tum, quum eiiceretur Thebis, filiis mala imprecatus sit? Quin adeo certo id intelligitur ex huius fabulae v. 1370 sqq.: *τοιγάρ σ' ὁ δαίμων εἰς ὀρᾷ μὲν οὔ τί πω ὡς αὐτίκ', εἴπερ οἵδε κινοῦνται λόχοι πρὸς ἄστυ Θήβης. οὐ γὰρ ἔσθ' ὅπως πόλιν κείνην ἐρείψεις, ἀλλὰ πρόσθεν αἵματι πεσεῖ μιανθεὶς χὠ ξύναιμος ἐξ ἴσου. τοιάσδ' ἀρὰς σφῷν πρόσθε τ' ἐξανῆκ' ἐγὼ νῦν τ' ἀνακαλοῦμαι ξυμμάχους ἐλθεῖν ἐμοί, ἵν' ἀξιῶτον τοὺς φυτεύσαντας σέβειν, καὶ μὴ 'ξατιμάζητον, εἰ τυφλοῦ πατρὸς τοιώδ' ἔφυτον*, quae ipsa verba Oedipus Polynici dixit, postquam modo exposuerat, quam impios se filios adversus patrem, quum expelleretur et in exsilio esset, praestitissent.

Discessit igitur Sophocles ab ea fama, quam secutus Euripides Phoenissis est [5]), qui filios, quod Oedipum post scelera eius

4) Duobus in locis Sophocles dirarum illarum mentionem iniecit, 1299: *ὧν ἐγὼ τὴν σὴν Ἐρινὺν αἰτίαν εἶναι λέγω.* 1375: *τοιάσδ' ἀρὰς σφῷν πρόσθε τ' ἐξανῆκ' ἐγὼ νῦν τ' ἀνακαλοῦμαι ξυμμάχους ἐλθεῖν ἐμοί.* De diris illis ab aliis scriptoribus memoratis vide Valck. ad Eur. Phoen. 68.

5) Inclusum Oedipum a filiis esse Diodorus etiam IV, 65. narrat, de diris tamen tacens.

detecta domo incestament iniuriaque affecissent, diris illis, ut sanguine domum partirentur, ab eo devotos scripsit [6]). Quasquam idem ille Euripides eadem in fabula Tiresiam fecit improbare factum illud filiorum his verbis (872 sqq.): *Ἐτεοκλέους μὲν οὕνεκ' ἂν κλήσας στόμα χρησμοὺς ἐπέσχον, σοὶ δ', ἐπεὶ χρῄζεις μανθεῖν, λέξω· νοεῖ γὰρ ἤδη γῆ πάλαι, Κρέον, ἐξ οὗ 'νεκάθη Λαΐου βίᾳ θεῶν, πόδιν τ' ἔφυσε μητρὶ μέλεον Οἰδίπουν. σὺ δ' αἱματωποὶ δεγμάτων διαφθοραὶ θεῶν σόφισμα κἀπίδειξις Ἑλλάδι. ἃ συγκαλύψαι παῖδες Οἰδίπου χρόνῳ χρῄζοντες, ὡς δὴ θεοὺς ὑπεκδραμούμενοι, ἥμαρτον ἀμαθῶς· οὔτε γὰρ γέρα πατρὶ οὔτ' ἔξοδον διδόντες ἄνδρα δυςτυχῆ ἐξηγρίωσαν· ἐκ δ' ἔπυνθ' αὐτοῖς ἀρὰς δεινὰς νοσῶν τε καὶ κρὸς ἠτιμασμένος. κἀγὼ τίν' οὐ δρᾶν, παῖα δ' ρὺ λέγων ἔπη εἰς ἔχθος ἦλθον παισὶ τοῖσιν Οἰδίπου.*

Itaque longissime Sophocles ab eorum sententia afuisse intelligitur, qui Oedipum, ut filiis suis mala imprecaretur, istiusmodi causis adductum narrarunt, quales sunt quae apud Athenaeum XI. p. 465. E. F. (p. 1032 sq. ed. Dind.) et apud Scholiastam ad O. C. 1375. commemoratae leguntur.

Apud Athenaeum haec scripta exstant: *ὁ δὲ Οἰδίπους δι' ἐκπώματα τοῖς υἱοῖς κατηράσατο, ὡς ὁ τὴν κυκλικὴν Θηβαΐδα πεποιηκώς φησιν, ὅτι αὐτῷ παρέθηκαν ἔκπωμα, ὃ ἀπηγορεύκει, λέγων οὕτως·*

Αὐτὰρ ὁ διογενὴς ἥρως ξανθὸς Πολυνείκης
πρῶτα μὲν Οἰδιπόδῃ καλὴν παρέθηκε τράπεζαν
ἀργυρέην Κάδμοιο θεόφρονος· αὐτὰρ ἔπειτα
χρύσεον ἔμπλησεν καλὸν δέπας ἡδέος οἴνου.
αὐτὰρ ὅγ' ὡς φράσθη παρακείμενα πατρὸς ἑοῖο
τιμήεντα γέρα, μέγα οἱ κακὸν ἔμπεσε θυμῷ,
αἶψα δὲ παισὶν ἑοῖσι μετ' ἀμφοτέροισι ἐπαρὰς
ἀργαλέας ἠρᾶτο· θεὸν δ' οὐ λάνθαν' Ἐρινύν·
ὡς οὔ οἱ πατρῴῃ ἐνηείῃ φιλότητος
δάσσαιντ', ἀμφοτέροισι δ' ἔοι πόλεμοί τε μάχαι τε.

6) Phoen. 58 sqq.: *μαθὼν* (sc. *Οἰδίπους*) *δὲ τἀμὰ λέκτρα μητρῴων γάμων εἰς ὄμμαθ' αὐτοῦ δεινὸν ἐμβάλλει φόνον χρυσηλάτοις πόρπαισιν αἱμάξας κόρας. ἐπεὶ δὲ τέκνων γένος ἐμῶν σκιάζεται, κλείθροις ἔκρυψαν πατέρ', ἵν' ἀμνήμων τύχῃ γένοιτο, πολλῶν δεομένῃ σοφισμάτων. ζῶν δ' ἔστ' ἐν οἴκοις, πρὸς δὲ τῆς τύχης νοσῶν ἀρὰς ἀρᾶται παισὶν ἀνοσιωτάτας, θηκτῷ σιδήρῳ δῶμα διαλαχεῖν τόδε.* Paullo aliter ipse Oedipus de diris illis loquens introducitur ab eodem 1602 sqq.: *κτανὼν δ' ἐμαυτοῦ πατέρ' ὁ δυςδαίμων ἐγὼ εἰς μητρὸς ἦλθον τῆς ταλαιπώρου λέχος, παῖδάς τ' ἀδελφοὺς ἔτεκον, οὓς ἀπώλεσα ἀρὰς παραλαβὼν Λαΐου καὶ παισὶ δούς.*

Similia sunt quae apud Scholiastam ad O. C. 1375. legimus: τοῦτο ἀπαξάπαντες οἱ πρὸ ἡμῶν παραλελοίπασιν· ἔχει δὲ τὸ ἀπὸ τῆς ἱστορίας οὕτως· οἱ περὶ Ἐτεοκλέα καὶ Πολυνείκην δι' ἔθους ἔχοντες τῷ πατρὶ Οἰδίποδι πέμπειν ἐξ ἑκάστου ἱερείου μοῖραν τὸν ὦμον, ἐκλαθόμενοί ποτε, εἴτε κατὰ ῥᾳστώνην εἴτε ἐξ ὅτου οὖν, ἰσχίον αὐτῷ ἔπεμψαν· ὁ δὲ μικροψύχως καὶ τελείως ἀγεννῶς, ὠμῶς γοῦν ἀρὰς ἔθετο κατ' αὐτῶν δόξας κατοιγωρεῖσθαι. Ταῦτα ὁ τὴν κυκλικὴν Θηβαΐδα ποιήσας ἱστορεῖ οὕτως:

Ἰσχίον οἷς ἐνόησε, χαμαὶ βάλεν, εἶπέ τε μῦθον·
ὦμοί ἐγώ, παῖδές μοι ὀνείδειον τόδ' ἔπεμψαν.
εὔχθω Διὶ βασιλῆϊ καὶ ἄλλοις ἀθανάτοισι
χεῖρε ὑπ' ἀλλήλων καταβήμεναι Ἄϊδος εἴσω.

Τὰ δὲ παραπλήσια τῷ ἐποποιῷ καὶ Αἰσχύλος ἐν τοῖς Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις, καὶ ἔοικε τὸ τῆς ἱστορίας ἥκειν ἐπὶ πολλούς, ὡς καὶ παρά τινι ἐκτεθῆναι αὐτὰ πρὸς τὸ γελοιότερον δοκεῖ νοῦτωνι[7]):

Ἀεὶ δ' ὀρῶντί γ' ὀξύ, καὶ τυφλὸς ἦν.
θυσίας γὰρ ἀπαρχὰς γέρας ἐπέμπομεν πατρί,
περισσὸν ὦμον, ἔκκριτον γέρας· τὸ δή
γε συγκύψαντες, οὐ μεμνημένοι,
λήσειν δοκοῦντες, ἀντὶ τοῦ κεκομμένου
ἐπέμψαμεν βάειον· ὁ δὲ λαβὼν χερὶ
ἔγνω 'παφήσας, εἶπέ τ' ἐκ θυμοῦ τάδε·
τίς μοι τόδ' ἀντόμοιον μισητὸν κρέας
πέμπων; γέλω δή με πσιοῦνται κόροι,
θύοντες ὕβρει· τυφλὸς οὔ τοι γνώσεται,
οὕτω λέγοντες· Ὦ θεοί, μαρτύρομαι
ἐγὼ τάδ' ὑμᾶς, καὶ κανεύχομαι κακὰ
αὐτοῖσιν, αὐτοὺς τῶνδε δὶς τόσα σχέθειν.
χαλκῷ δὲ μαρμαίροντες ἀλλήλων χρόα
σφάζοιεν ἀμφὶ κτήμασιν βασιλικοῖς.

Καὶ Μένανδρος ἐν Ναυκλήρῳ·

Ὅ τε Πολυνείκης πῶς ἀπώλετ' οὐχ ὁρᾷς;

De hac Scholiastae adnotatione adeo vere mihi G. Dindorfius Praefat. Annot. ad Soph. Tragg. Oxon. 1836. edit. p. X sqq. iudicasse videtur, ut non possim, quin ipsa eius verba adscribam:

Praeterea in his locis Phoen. dirarum illarum mentio fit: 336. 477 sq. 627. 1059 sqq. 1364. 1435. 1550 sqq.

7) In his qui sequuntur versibus diligentissime servandas codicis scripturas putavi, etiam manifesto vitiosas.

„Nihil in his est," inquit, „quod ex antiquioribus grammaticis petitum esse possit praeter ea, quae ex Thebaide et Aeschyli Menandrique fabulis afferuntur. Cetera quinti ad summum sextive, vel inferioris adeo saeculi hominem produnt; quod quum non animadvertissent critici, ignoti istos poetae senarios de Oedipo alii ex tragici alicuius dramate satyrico esse excerptos iudicarunt, quae Elmaleii fuit sententia ad Euripidis Medeam p. 91., alii ad Eubulum aliosve comicos rettulerunt. Quibus opinionibus mille circiter annorum spatio a vero aberrasse mihi videntur sua magis quam scholiastae culpa. Hunc enim ab omni fraudis suspicione sua ipsius verba liberant: *καὶ ἔοικε τὸ τῆς ἱστορίας ἥκειν ἐπὶ πολλούς*, quibus non antiquam Atticorum, sed vulgarem suorum temporum poesin indigitavit, quam omnis dicendi narrandique ratio in his versibus tam manifeste prodit, ut neminem in hoc poetarum genere versatum fallere possit. Itaque versus illi sic scribendi videntur, admissa aliquot in locis ancipiti vocalium *α* et *ι* mensura:

Ἀεὶ δ' ὁρῶν τί γ' ὀξὺ ἦν, κεἰ τυφλὸς ἦν.
θυσίας ἀπαρχὰς γὰρ κρέας ἐπέμπομεν
πατρί, περισσὸν ὦμον, ἔκκριτον γέρας.
τὸ δή γε συγκόψαντες, οὐ μεμνημένοι,
λήσειν δοκοῦντες, ἀντὶ τοῦ κεκομμένον
ἐπέμψαμεν βόειον· ὁ δὲ λαβὼν χερὶ
ἔγνω 'παφήσας, εἶπέ τ' ἐκ θυμοῦ τάδε·
τίς μοι τόδ' ἀντ' ὤμοιο [8]) *μισητὸν κρέας*
πέμπων; γέλωτα δή με ποιοῦνται κόροι
θύοντες ὕβρει· τυφλός, οὔ τοι γνώσεται,
οὕτω λέγοντες. ὦ θεοί, μαρτύρομαι
ἐγὼ τάδ' ὑμᾶς, καὶ κατεύχομαι κακὰ
αὐτοῖσιν, αὐτοὺς τῶνδε δὶς τόσα σχέθειν [9]).
χαλκῷ δὲ μαρμαίροντες ἀλλήλων χρόα
σφάζοιεν ἀμφὶ κτήμασιν βασιλικοῖς.

---

8) *ἀντ' ὤμοιο*] Scripturae leviter corruptae *ἀντόμοιον* emendationem facillimam mireris ab nemine esse factam ex Scholiastae verbis, *πέμπειν ἐξ ἑκάστου ἱερείου μοῖραν τὸν ὦμον*. Tricliniii interpolationem *ἀνθόμοια*, vocabulum ab nemine unquam usurpatum, bona fide propagarunt lexicographi nostri. DINDORF.

9) *Σχέθειν*, quod apud scriptores veteres *σχεθεῖν* scribi oportet, relinquendum huic poetae. DINDORF.

DE SCENA FABULAE.

Scena est in Colono equestri, *Κολωνῷ ἱππίῳ* (§. 1.), pago Attico tribus Antiochidis, qui multorum deorum religione sacer fuit (§. 2.), ab Athenis, quarum turres e scena conspici fingitur (v. 14 sq. 24.), decem stadia remoto (§. 3.). In propinquo (v. 16.) lucus Furiarum est, in pago illo situs (§. 4.), a mortalibus non calcatus, nedum habitatus (v. 39 sq.), lauru, olea vitibusque consitus, et lusciniarum cantu personans (v. 16—18.); ante eum rudium saxorum strues, et ipsa sacra Furiis (v. 37—40. coll. cum v. 19 sqq. 84 sq. 96—101.), vulgo *χαλκοῦς* sive *χαλκόπους ὁδὸς* dicta (§. 5.), *ἔρεισμα Ἀθηνῶν* (§. 6.).

Oedipus in scenam ingressus versatur primum extra lucum, tum (v. 21—23.) sedem capit in rudium saxorum strue illa, quam relinquit in nemus se abscondens (v. 113 sq.), accedente choro, a quo evocatus rursus in conspectum venit (v. 174 sq.), et e locis inaccessis recedere iussus in rudi saxo considet (v. 196 sq.).

§. 1.

Fuit regio edita et saxis aspera; unde ab Hermesianacte in elegia ex Leontii libro III. reliqua *πολυπρήων κολώνη* vocatur. Cf. Reisigius in Enarr. O. C. p. IV. — Celebratur amoenitas eius et religio per chorum v. 668—719. — Agri eius finguntur iuxta scenam siti (v. 58 sqq.); incolae Coloniatae dicebantur (v. 58—65. ibique Scholiasta).

§. 2.

Conditor pagi (*ἀρχηγός*), a quo nomen acceperit, deus Colonus secundum Sophoclem (v. 58—65.) fuit. Ei deo statuam, ab iis qui in scena erant conspiciendam, positam fuisse ostendit Sophocles v. 58 sqq. his usus verbis:

οἱ δὲ πλησίοι γύαι
τόνδ' ἱππότην Κολωνὸν εὔχονται σφίσιν
ἀρχηγὸν εἶναι, καὶ φέρουσι τοὔνομα
τὸ τοῦδε κοινὸν πάντες ὠνομασμένοι.

Statuam enim dei illius (v. 65.) ab hospite, qui haec dicit, digito monstrari manifesto ex *τόνδε* pronomine apparet; viderunque hoc iam Doederlinus et Reisigius, qui recte

Brunckium temeritatis et inscitiae coarguerunt, quod τόνδ' invitis codicibus in τὸν mutasset. De Colono enim quum nihildum inaudivisset Oedipus, non potuit ullo pacto τὸν ἱππότην Κολωνὸν dici. Quod qui pluribus ad versum illum docuit Hermannus, etsi recte τόνδ' servavit, tamen in explicando pronomine falsus est, locum monstrari ratus, quem tenere vel tenuisse olim Colonus iste credatur. Nam qui tandem, ut cetera omittam, Coloniatae illi locum praedicare conditorem (ἀρχηγὸν) pagi sui poterant? Neque propterea, quod statuae illius a nullo scriptore vetere mentio fit, interpretatio nostra, quam verba Graeca unice tuentur, ullo modo in dubium vocanda est, praesertim quum hoc quoque unus Sophocles tradiderit, ad deum Colonum Coloniatas originem suam referre. Inepti autem profecto illi sunt, qui, quod caecus Oedipus sit, negant credi posse ab hospite statuam dei illius monstrari. Non enim postulat hospes ab Oedipo, ut oculos convertat in statuam, sed de Colono deo exponens simul statuam eius ibi, ubi Oedipus commoretur, positam exstare admonet, incolarum religionem ea re significaturus. Ceterum constat in more veterum Graecorum positum fuisse, ut locorum conditores post mortem etiam colerentur. Cf. Herodot. VI, 38: καὶ οἱ τελευτήσαντι (Miltiadi, Cypseli filio) Χερσονησῖται θύουσι, ὡς νόμος οἰκιστῇ, καὶ ἀγῶνα ἱππικόν τε καὶ γυμνικὸν ἐπιστᾶσι, ἐν τῷ Λαμψακηνῶν οὐδενὶ ἐγγίνεται ἀγωνίζεσθαι. Similiter statua Pandionis in tribu cognomine posita erat; cf. Aristoph. Pac. v. 1182.

Praeses Coloni (ἐπιστάτης τοῦ Κολωνοῦ) fuit Neptunus (v. 54 sq. 888 sq.), cui ara in eo posita fuit, extra scenam sita (v. 887—889). Hinc ad eam confugit Polynices, ne supplex ab Oedipo patre aliquid petiturus reiiceretur (v. 1156—1159.). Commemorant de ea praeter Sophoclem Euripides Phoen. 1707. ed. Matth. ἱερὸς Κολωνὸς δῶμά θ' ἱππίου θεοῦ, ubi cf. Scholiasta, Thucydides VIII, 67., quem locum §. 3. attuli, et Pausanias I, 30, 4: δείκνυται δὲ καὶ (sc. οὐ πόῤῥω τῆς Ἀκαδημίας) χῶρος καλούμενος Κολωνὸς ἵππειος, ἔνθα τῆς Ἀττικῆς πρῶτον ἐλθεῖν λέγουσιν Οἰδίποδα· διάφορα μὲν καὶ ταῦτα τῇ Ὁμήρου ποιήσει, λέγουσι δ' οὖν· καὶ βωμὸς Ποσειδῶνος ἱππείου καὶ Ἀθηνᾶς ἱππείας. Minervae ara non memorata est a Sophocle in hac fabula, nisi cui indicata videtur v. 898. πρὸς τούσδε βωμούς: nam metri causa numerum singularem poeta ponere potuit, quo usus paullo ante erat v. 888. de Neptuni ara

loquens. Minervam equestrem certe memoravit 1070 sqq.: οἳ τὰν ἵππιαν τιμῶσιν Ἀθάναν καὶ τὸν πόντιον γαιάοχον Ῥέας φίλον υἱόν. Cognomen hoc unde acceperit, narrat Pausanias VIII, 47, 1.

Secundum Neptunum maximo cultu Coloniatae Prometheum prosecuti videntur (v. 55 sq.), de quo Scholiasta ad v. 56: Τινὰ ν Προμηθεύς· περὶ τοῦ τὸν Προμηθέα περὶ τὴν Ἀκαδήμειαν καὶ τὸν Κολωνὸν ἱδρῦσθαι Ἀπολλόδωρος γράφει οὕτω τῇ π (apud Heyn. p. 400)· Συντιμᾶται δὲ καὶ ἐν Ἀκαδημίᾳ τῇ Ἀθηνᾷ, καθάπερ ὁ Ἥφαιστος. Καὶ ἔστιν αὐτοῦ παλαιὸν ἵδρυμα καὶ βωμὸς ἐν τῷ τεμένει τῆς θεοῦ. Δείκνυται δὲ καὶ βάσις ἀρχαία κατὰ τὴν εἴσοδον, ἐν ᾗ τοῦ τε Προμηθέως ἐστὶ τύπος καὶ τοῦ Ἡφαίστου. Πεποίηται δὲ (ὡς καὶ Λυσιμαχίδης φησὶν) ὁ μὲν Προμηθεὺς πρῶτος καὶ πρεσβύτερος, ἐν δεξιᾷ σκῆπτρον ἔχων, ὁ δὲ Ἥφαιστος νέος καὶ δεύτερος. Καὶ βωμὸς ἀμφοῖν κοινός ἐστιν ἐν τῇ βάσει ἀποτετυπωμένος.

Pausan. I, 30, 2. de Promethei ara haec scribit: ἐν Ἀκαδημίᾳ δέ ἐστι Προμηθέως βωμός· καὶ θέουσιν ἀπ' αὐτοῦ πρὸς τὴν πόλιν ἔχοντες καιομένας λαμπάδας· τὸ δὲ ἀγώνισμα ὁμοῦ τῷ δρόμῳ φυλάξαι τὴν δᾷδα ἔτι καιομένην ἐστίν· ἀποσβεσθείσης δέ, οὐδὲν ἔτι τῆς νίκης τῷ πρώτῳ, δευτέρῳ δὲ ἀντ' αὐτοῦ μέτεστιν· εἰ δὲ μηδὲ τούτῳ καίοιτο, ὁ τρίτος ἐστὶν ὁ κρατῶν· εἰ δὲ καὶ πᾶσιν ἀποσβεσθείη, οὐδείς ἐστιν, ὅτῳ καταλείπεται ἡ νίκη.

Dicitur autem πυρφόρος Prometheus a Sophocle v. 55., quod antiquissimis temporibus δραδοῦχος, ut monuit iam Reisigius Enarr. p. XXXVII., non hominum fabricator fingebatur. Et dextra quidem ferebat facem; quo respicit Eurip. Phoen. 1121. ed. Matth.: δεξιᾷ δὲ λαμπάδα Τιτὰν Προμηθεὺς ἔφερεν ὡς πρήσων πόλιν. Facem ergo pro sceptro putasse videntur Lysimachides et Apollodorus apud Scholiastam, cuius verba modo attulimus.

Ceterum imprimis conferenda sunt quae Carolus Fridericus Hermannus, vir eruditissimus ac sagacissimus, de Sacris Coloni et Religionibus cum Oedipi fabula coniunctis disputavit egregie in Quaest. Oedipod. Cap. tr., quae Marburgi a. 1837. prodierunt, p. 63 sqq.

§. 3.

Thucyd. VIII, 67: ξυνέλεξαν τὴν ἐκκλησίαν ἐς τὸν Κολωνόν· ἔστι δὲ ἱερὸν Ποσειδῶνος ἔξω τῆς πόλεως, ἀπέχον σταδίους μάλιστα δέκα. Cf. Reisig. Enarr. p. XXVIII.

§. 4.

Apollod. III, 5. extr.: παραγενόμενος δὲ (sc. ὁ Οἰδίπους) σὺν Ἀντιγόνῃ τῆς Ἀττικῆς εἰς Κολωνόν, ἔνθα τὸ τῶν Εὐμενίδων ἐστὶ τέμενος, καθίζει ἱκέτης, προσδεχθεὶς ὑπὸ Θησέως· καὶ μετ' οὐ πολὺν χρόνον ἀπέθανεν.

§. 5.

Ipsam illam saxorum struem, in qua Oedipus, quum primum in scenam ingressus esset, sedem cepit, dictam esse χαλκόπουν sive χαλκοῦν ὁδὸν perspicue intelligitur ex v. 56 sqq.: ὃν δ' ἐπιστείβεις τόπον, χθονὸς καλεῖται τῆσδε χαλκόπους ὁδός. Ad quem locum Scholiasta haec adnotavit: χαλκόπους ὁδός· ὡς οὕτω τινὸς καλουμένου τόπου ἐν τῷ ἱερῷ. Φησὶ δὲ Ἀπολλόδωρος (apud Heyn. p. 401.) δι' αὐτοῦ κατάβασιν εἶναι εἰς Ἅιδου. Καὶ Ἴστρος δὲ μνημονεύει τοῦ χαλκοῦ ὁδοῦ, καὶ Ἀστυδάμας. Καί τις τῶν χρησμοποιῶν φησι·

Βοιωτοὶ δ' ἵπποιο ποτιστείχουσι Κολωνόν,
ἔνθα λίθος τρικάρανος ἔχει καὶ χάλκεος οὐδός.

Verum non ea tantum saxa, quae in scena adumbrata apparebant, sed alia etiam extra scenam sita, quae coniuncta cum illis fuisse censenda sunt, illo nomine insignita fuisse certo concludi potest ex iis, quae 1590 sq. scripta sunt:

ἐπεὶ δ' ἀφῖκτο τὸν καταῤῥάκτην ὁδόν,
χαλκοῖς βάθροισι γῆθεν ἐῤῥιζωμένον.

Quorum verborum sensus hic est: quum vero venisset ad limen viae in imam tellurem ducentis (ἐς τὰ κάτω ῥηκτόν), quae aeneis gradibus ex ima terra stabilita erat. Errat enim aliquantisper Scholiasta, qui ad locum illum haec adnotavit: ὃν ἐν ἀρχῇ εἶπε χαλκόπουν ὁδόν, τοῦτον νῦν ὑποτίθεται ἐκτὸς τῆς σκηνῆς, καὶ οὐκ ἔτι ἐν ὄψει τοῦ θεάτρου· καὶ νῦν καταῤῥάκτην προσηγόρευσε διὰ τὸ νομίζειν ἐκεῖνον τὸν τόπον κατάβασιν ἔχειν εἰς Ἅιδου· καὶ εἰσὶν οἳ δι' αὐτῆς τὴν ἁρπαγὴν φασι τῆς Κόρης γενέσθαι. Tantum enim abest, ut quicquam scriptum in hac tragoedia sit, ex quo scenam fabulae mutatam esse coniicere possimus, ut omnia eodem in loco geri manifestum sit. Sed illud tenendum est, quod recte iam monitum ab Hermanno ad v. 1586. suae edit., v. 1590 sq. eum liminis aerei locum sive partem significari, ubi hiatus fuerit, quo descendi ad inferos putabatur.

Ceterum Tartari introitum iam antiquissimis temporibus ferreis portis munitum et aereo limine existimatum esse notum est ex Hom. Il. VIII, 15:

ἔνθα σιδήρειαί τε πύλαι καὶ χάλκεος οὐδός,

et Hesiodi Theogon. 811 sqq.:

ἐνθάδε μαρμάρειαί τε πύλαι καὶ χάλκεος οὐδὸς
ἀστεμφής, ῥίζῃσι διηνεκέεσσιν ἀρηρώς,
αὐτοφυής.

§. 6.

Appellantur eadem illa saxa, quae modo limen aereum dicta vidimus, v. 58. ἔρεισμα Ἀθηνῶν. Reisig. Enarr. p. XXXVIII. hoc sic interpretatur: ipsum fundamentum (aerei liminis) imum erat aere stabilitum, ut urbs super late exstructa eo fulciri videretur; quare ἔρεισμα Ἀθηνῶν. At equidem fateor me non intelligere, quomodo Athenae, quae satis remotae ab his saxis erant, super iis exstructae dici potuerint. Hinc in eam incidi opinionem, ut putem per anachronismum quendam locum illum propter Oedipi sepulturam ita appellatum esse. Ea enim factum dicitur, ut locus ille maximo praesidio Atheniensibus contra vicinos hostes, contra Thebanos esset. Cf. 1524 sq.: ὥς σοι πρὸ πολλῶν ἀσπίδων ἀλκὴν ὅδε (ὁ τόπος, οὗ με χρὴ θανεῖν) δορός τ' ἐπακτοῦ γειτόνων ἀεὶ τιθῇ. Adde 1533 sq. 389—411. 457—460. 616—623. Certe si propter eam rem vulgo locus ille ἔρεισμα Ἀθηνῶν dicebatur, facile hic anachronismus Sophocli condonari potuit. Qui quum hospitem introduceret Oedipo de pago Coloneo exponentem, nemini profecto Atheniensium mirum videri poterat id nomen ab hospite usurpari, quo vulgo saxa illa appellari solebant, etsi iis inde ab Oedipi demum sepultura tributum fuit.

De admirabili huius fabulae venustate quum alii disputarunt tum Aug. Guil. Schlegel. de arte dram. T. I. p. 177—185., F. Henr. Iacobi Opp. Vol. I. p. 260 sqq., Aug. Lud. Guil. Iacob. Soph. Quaest. T. I. p. 337—350., Car. Reisigius in Enarr. huius fab. p. XIII—XXV., ubi id egit, ut artificium poetae in fabulae partibus praecipuis contexendis explicaret, Thudichum, interpres vernaculus, p. 362—367., O. F. Gruppius in Ariadne p. 245 sqq. — De consilio, quod poeta in facienda hac fabula secutus sit, optime exposuit I. G. Süvernius in dissertatione de consilio et aetate huius fabulae Germanice scripta et lecta in Academ. litt. Berol. d.

14. Febr. 1828. — Fr. Iacobsius in Additam. ad Sulzer. Theor. etc. T. IV. p. 146., cui assensus est Boeckhius de Gr. Tr. Principibus p. 137., summae senectutis vestigia in hac fabula inesse monuit; nam affectum animi, quo legentes eam commoveamur, similiorem ei esse, qui elegia, quam illi, qui tragoedia excitetur; distrahi enim studia nostra perturbatione, ex senis timidi sermonibus, ex Polynicis dolore, ex Antigonae et Ismenae, filiarum patris amantissimarum, querelis orta. Ei respondere conatus est Iacobus l. l. p. 345–348. Contra Thierschius in Actis Philol. Monacc. T. I. Fasc. III. p. 328 sq. iuvenilis necdum corroborati ingenii signa inesse indicavit, Sophoclis scilicet nepotis, a quo absolutam hanc fabulam putavit, quum Sophocles avus in scribenda ea naturae fato occupatus fuisset. Cui recte obiecit Reisigius in Enarr. VIII. nihil istiusmodi dictis profici, nullis in medium prolatis argumentis. Hermannus in Praef. ad hanc fab. hoc de ea fecit iudicium p. XII: „Ego quidem sic censeo, si quis hanc fabulam non opinione aliqua praepeditus accurate legat reputetque et argumenti naturam et personarum quae in ea introducuntur aetatem atque conditionem, nihil esse inventurum, quod non aeque a iuvenilis roboris exsuperantia quam a verbosa lenitate senectutis absit. Adeo mira est ubique sententiarum, dictionis, numerorum vis et gravitas, pro loci cuiusque natura personarumque moribus nunc ad summam alacritatem concitata, nunc temperata ad eximiam mollitiem."

ΟΙΔΙΠΟΥΣ ΕΠΙ ΚΟΛΩΝΩι.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Τέκνον τυφλοῦ γέροντος Ἀντιγόνη, τίνας
χώρους ἀφίγμεθ', ἢ τίνων ἀνδρῶν πόλιν;
τίς τὸν πλανήτην Οἰδίπουν καθ' ἡμέραν
τὴν νῦν σπανιστοῖς δέξεται δωρήμασι;
5 σμικρὸν μὲν ἐξαιτοῦντα, τοῦ σμικροῦ δ' ἔτι
μεῖον φέροντα· καὶ τόδ' ἐξαρκοῦν ἐμοί.

V. 1 sqq. Egregie Sophocles Oedipum, quo magis ei auditorum animos in ipso fabulae exordio conciliaret, talem introduxit, ut non solum summis miseriis coopertus, sed etiam singulari animi generositate excellens appareret. Nam quo quis generosiore animo summa quibus premi eum apparet mala fert, eo magis nostram et misericordiam excitare et benevolentiam parare sibi solet.

V. 3 sq. καθ' ἡμέραν τὴν νῦν] Primo mane aut certe sobrius in lucum Eumenidum Oedipus delatus videtur fingi. Cf. v. 98—100.

V. 4. Schol.: σπανιστοῖς· εὐτελέσι. Id est vilibus et modicis, qualia mendicis dari solent. Locutionem δέχεσθαί τινα δωρήμασιν illustravit Abresch. ad Aesch. I. p. 603. Addo Xen. Anab. V, 5, 24: καὶ ξενίοις, ἢν μὲν ἔλθητε πρὸς τὴν Σινωπέων πόλιν, ἐκεῖ δεξόμεθα.

V. 6. Schol.: μεῖον φέροντα· βραχύτερον ἀποφερόμενον τοῦ αἰτηθέντος. οὐ γὰρ ὅσα αἰτεῖ τις λαμβάνει. De φέρειν, pro quo quispiam φέρεσθαι exspectaverit, vide Reisigium p. XXVII. Deinde advertendum ἐμοί est, quod Oedipus statim ante de se ut de alio loquitur. Verum simillima exempla attulit Lobeck. ad Ai. p. 263. not. ed. sec.

στέργειν γὰρ αἱ πάθαι με χὠ χρόνος ξυνὼν
μακρὸς διδάσκει καὶ τὸ γενναῖον τρίτον.
ἀλλ', ὦ τέκνον, θάκησιν εἴ τινα βλέπεις
10 ἢ πρὸς βεβήλοις, ἢ πρὸς ἄλσεσιν θεῶν,
στῆσόν με κἀξίδρυσον, ὡς πυθώμεθα,
ὅπου ποτ' ἐσμέν. μανθάνειν γὰρ ἥκομεν
ξένοι πρὸς ἀστῶν, χἂν ἀκούσωμεν τελεῖν.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

πάτερ ταλαίπωρ' Οἰδίπους, πύργοι μέν, οἳ

V. 9. Libri θάκοισιν. Quod dedi ex emendatione Seidleri est.

V. 11. πυθώμεθα ex Brunckii coni. cum Elmsleio scripsi. Libri πυθοίμεθα, quod frustra tuetur Matth. Gr. §. 518, 1. 4. p. 1183. explicans: πυθώμεθα. εἴθε δὲ πυθοίμεθα.

V. 7 sq. χὠ χρόνος ξυνὼν μακρὸς] I. e. καὶ ὁ χρόνος, ὃς ξύνεστί μοι, μακρὸς ὤν, nobis: und das Alter, in dem ich stehe, ein hohes. Cf. Matth. §. 277. b. Dicitur autem χρόνος saepe de aetate (cf. ad Philoct. 304.), et χρόνος μακρός, ut hoc loco, de senectute (cf. O. R. 963.). Itaque hoc dicit Oedipus: καὶ τὸ γῆρας, ᾧ ξύνειμι. De locutione ξύνεστί μοι γῆρας ad Ai. 330. diximus.

V. 8. καὶ τὸ γενναῖον τρίτον] De addito τρίτον confert Neuius 331. Ai. 1174. O. R. 581.

V. 10. Schol.: ἢ πρὸς βεβήλοις· βέβηλος τόπος ἐστὶν ὁ ἀκάθαρτος καὶ βατὸς πᾶσιν. Genere neutro dictum βεβήλοις esse sponte apparet; Grammat. in Bekk. Anecd. Gr. I. p. 323: ἀβέβηλος — βέβηλα δὲ ἐλέγετο τὰ μὴ ὅσια, μηδὲ ἱερά· οὕτω Σοφοκλῆς.

V. 11. στῆσόν με κἀξίδρυσον] Priore verbo finem eundi fieri, posteriore collocari se velle Oedipus significat. Monuit Iacobsius.

Ibid. ὡς πυθώμεθα] Nam nisi consedisset Oedipus, non poterat Antigona ab eo discedere, in quem locum venissent, exploratura.

V. 12. Schol.: μανθάνειν γὰρ ἥκομεν· εἰς γὰρ τοῦτο, φησίν, ἐληλύθαμεν, ἅτε δὴ ξένοι ὄντες, παρὰ τῶν ἀστῶν μανθάνειν, τί ἐστι πρακτέον ἡμῖν. Videtur Oedipus ex Atheniensibus, ad quorum urbem se versari sciebat (cf. v. 25.), de situ loci illius, in quo malorum finem consecuturus erat, cognoscere voluisse. Ignorabat enim, ut apparet e v. 38. 41 sq. 89 sqq., ad eum ipsum locum se iam pervenisse. De locutione ἥκομεν μανθάνειν cf. Matth. §. 532.

V. 13. χἂν] Id est καὶ ἂν. Eandem crasin Dindorfius admonet Marklandum Aristophani restituisse Thesmoph. 90: ἐκκλησιάσοντ' ἐν ταῖς γυναιξί, χἂν δέῃ λέξονθ' ὑπὲρ ἐμοῦ, similiterque Euripidem Heracl. 173. καὶ ὁ ἐν in χοὐν contraxisse.

V. 14—20. Nexus sententiarum hic est. Dixerat Oedipus: siste me hic aliquo in loco, ut discedere possis ab Atheniensibus exploratura, ubi situs sit locus ille, in quo excedere vita mihi fatale est. Cui respondet Antigona: Quum longius remota urbs Athenarum sit, quam ut

πόλιν στέφουσιν, ὡς ἀπ' ὀμμάτων, πρόσω·
χῶρος δ' ὅδ' ἱρός, ὡς σάφ' εἰκάσαι, βρύων
δάφνης, ἐλαίας, ἀμπέλου· πυκνόπτεροι δ'
εἴσω κατ' αὐτὸν εὐστομοῦσ' ἀηδόνες·
οὗ κῶλα κάμψον τοῦδ' ἐπ' ἀξέστου πέτρου·
μακρὰν γὰρ ὡς γέροντι προὐστάλης ὁδόν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

κάθιζέ νύν με καὶ φύλασσε τὸν τυφλόν.

V. 15. Recepi quod Wakefield. ad Virg. Ge. I, 71. et Doederl. in Spec. ed. Soph. p. 42. coniecerunt στέφουσιν pro vulgato στέγουσιν, quod mihi quidem satis ineptum videtur.

adiri nunc a te possit, qui maius iam, quam senem par est, iter confeceris, in hoc potius, in quo sumus, loco sedem nunc cape, ad considendum et aptissimo et iucundissimo. — Neque enim Antigona relicto Oedipo sola Athenas pergere potuit.

V. 14 sq. πύργοι μέν, οἳ πόλιν στέφουσιν] Id est, turres, quae urbem cingunt. Sic Ant. 122: ἔβα, πρίν ποθ' ἁμετέρων αἱμάτων γένυσιν πλησθῆναί τε καὶ στεφάνωμα πύργων πευκάενθ' Ἥφαιστον ἑλεῖν. Neque enim assentiar Fr. Iacobsio, qui, Πύργοι significant, inquit, ἀκρόπολιν in extrema parte urbis positam, satis longo intervallo ab eo loco, in quo Oedipus nunc commoratur. A porta Hippade, quae proxima est ad Colonum, usque ad arcem novem fere sunt stadia.

V. 15. ὡς ἀπ' ὀμμάτων] Quantum oculis coniicere licet. De locutione ἀπ' ὀμμάτων vide Matth. §. 396. not. 2. et §. 572. et nos ad Philoct. 60. De ὡς cum infinitivo coniuncto, intelligendum enim εἰκάσαι vel simile verbum est, cf. idem §. 545. et Rost. §. 122, 9. animadv. 3.

V. 16 sq. βρύων δάφνης] Cum genitivo iunctum βρύειν, quod plenum esse significat.

V. 17. πυκνόπτεροι δ'] I. e. πυκναὶ ἀηδόνες πτεροῦσαι, ut recte iam explicavit Elmsleius ad v. 718 sq., adferens Eur. Hippol. 68. εὐπατέρειαν αὐλάν, i. e. καλὴν πατρῴαν αὐλήν, et Iph. T. 1038. πατροκτόνου χερός, i. e. πατρῴας παιδοκτόνου χερός. Eodem modo fortasse explicandum est quod 1087. ed. meae positum, πυκνοστίκτων — ἐλάφων. Vide quae in Censura Ai. ab Lobeck. edit. p. 90 sq. exposui. De lusciniis cf. huius fab. v. 670 sq.

V. 19. κῶλα κάμψον] κάμπτειν κῶλα, γόνυ, significat sedere, quiescere. Vide Aesch. Prom. 32. [ihique Blomf. in gloss.] 396. Apollon. Rhod. I, 1174. BR. ἐπὶ πέτρου recte explicat Schol. ἐπὶ λιθίνου βάθρου. Cf. 101. βάθρον ἀσκέπαρνον.

V. 20. Schol.: προὐστάλης ὁδόν· προῆλθες μακροτέραν ὁδὸν ἢ ὡς ἥρμοζε γέροντι. De accusativo vide Rost. §. 104, 3. a., de dativo Matth. §. 388. a. Rost. §. 105, 2. adnot. 2.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

χρόνου μὲν οὕνεκ' οὐ μαθεῖν με δεῖ τόδε.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἔχεις διδάξαι ᾗ μ', ὅποι καθέσταμεν;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

τὰς γοῦν Ἀθήνας οἶδα, τὸν δὲ χῶρον οὔ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

πᾶς γάρ τις ἡὔδα τοῦτό γ' ἡμὶν ἐμπόρων.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ἀλλ' ὅστις ὁ τόπος, ᾗ μάθω μολοῦσά ποι;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ναί, τέκνον, εἴπερ ἐστί γ' ἐξοικήσιμος.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ἀλλ' ἔστι μὴν οἰκητός. οἶομαι δὲ δεῖν
οὐδέν· πέλας γὰρ ἄνδρα τόνδε νῷν ὁρῶ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἦ δεῦρο προστείχοντα κἀξορμώμενον;

V. 35. ὧν ex Elmsleii coniectura scripsi. Libri τῶν. At quamvis saepissime Sophocles articulo pro pronomine relativo usus

V. 22. Schol.: χρόνου μὲν οὕνεκ': τοῦ μὲν χρόνου οὐ σύνειμί σοι χάριν οὐ χρεία μαθεῖν, ὅτι τυφλὸς εἶ καὶ ὅτι δεῖ σε προμηθείας τυχεῖν. Vide ad El. 380.

V. 23. ὅποι καθέσταμεν] Latet in verbo motus significatio. Sic Eur. Or. 1330: ἀνάγκης δ' εἰς ζυγὸν καθέσταμεν, et Phoen. 1288: αἰχμὴν εἰς μίαν καθέσταμεν.

V. 24. Schol.: τὰς γοῦν Ἀθήνας οἶδα· ὅτι ἐν τῇ Ἀττικῇ ἐσμεν, οἶδα· τίς δέ ἐστιν οὗτος ὁ δῆμος, ἀγνοῶ.

V. 25. Schol.: ἡὔδα· ὅτι αὗται εἰσιν αἱ Ἀθῆναι. Ἐμπόρων δὲ ἀντὶ τοῦ ὁδοιπόρων. Vide ad Philoct. 534.

V. 28. Schol.: οἶομαι δὲ δεῖν οὐδέν· οὐ δεῖν τοῦ προσελθοῦσαν ἐρωτῆσαί με. ἰδοὺ γὰρ ἀνὴρ πάρεστι, παρ' οὗ εἰσόμεθα. καλῶς δὲ τὰ τῆς οἰκονομίας, ἵνα μὴ μόνος Οἰδίπους ἀπολειφθῇ. Cf. 500 sqq. De οὐδέν vide Matth. §. 414. not.

V. 31 sq. καὶ δὴ μὲν οὖν] De καὶ δή particulis ad El. 310. exposui, de μὲν οὖν cf. Matth. §. 625. — De ἀνὴρ ὅδε, ecce cum virum, vide eundem §. 264, 5.

V. 33. ἀκούων] Exspectaveris ἀκούσας, i. e. ἐπεὶ ἤκουσα. Sed vide ad Philoct. 257. Verbum finitum, ad quod participium referendum, omissum est, quia interrupta ab hospite Oedipi oratio est. De ὑπὲρ τ' ἐμοῦ pro ὑπὲρ ἐμοῦ τε cf. Ai. 53. O. R. 541. Philoct. 1294. et vide Matth. ad Eur. Hec. 459.

V. 34 sq. Schol.: σύνεχ' ἡμὶν αἴσιος· ὅτι αἴσιος ἡμῖν σκοπὸς ἀφίξαι, ὥστε φράσαι περὶ ὧν ἀγνοοῦμεν. Reisigius: σκοπός vocatur, non quo publice hoc munus speculandi ei

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

καὶ δὴ μὲν οὖν παρόντα· χῶ τι σοι λέγειν
εὔκαιρόν ἐστιν, ἔμφαφ', ὡς ἀνὴρ ὅδε.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὦ ξεῖν', ἀκούων τῆςδε τῆς ὑπέρ τ' ἐμοῦ
αὐτῆς θ' ὁρώσης, οὕνεχ' ἡμὶν αἴσιος
35 σκοπὸς προςήκεις ὧν ἀδηλοῦμεν φράσαι,

ΞΕΝΟΣ.

πρὶν νῦν τὰ πλείον' ἱστορεῖν, ἐκ τῆςδ' ἕδρας
ἔξελθ', ἔχεις γὰρ χῶρον οὐχ ἁγνὸν πατεῖν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

τίς δ' ἔσθ' ὁ χῶρος; τοῦ θεῶν νομίζεται;

ΞΕΝΟΣ.

ἄθικτος, οὐδ' οἰκητός. αἱ γὰρ ἔμφοβοι
40 θεαί σφ' ἔχουσι, Γῆς τε καὶ Σκότου κόραι.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

τίνων τὸ σεμνὸν ὄνομ' ἂν εὐξαίμην κλύων;

sit, tamen nunquam id fecit nisi praecedente vocali, veluti huius fab. 161. 304. 747. 1258. Cf. Matth. §. 292.

demandatum fuerit, sed quia fortuitu observaverat et primus animadverterat. Ita breviter idem ostenditur a choro 297: σκοπὸς δέ νιν, ὃς κἀμὲ δεῦρ' ἔπεμπεν, οἴχεται στελῶν.

V. 36. τὰ πλείονα] I. e. plura illa, quae te dicturum esse video. Sic Philoct. 576: μή νύν μ' ἔρη τὰ πλείονα. Cf. Matth. §. 266. not.

V. 37. οὐχ ἁγνὸν πατεῖν] I. e. χῶρον ὃν πατεῖν οὐχ ἁγνόν ἐστι, non iustum, religioni non conveniens, ut dicimus δίκαιός εἰμι παθεῖν et similia. Eur. Iph. T. 1045: βρέτας θιγεῖν ὅσιόν ἐστ' ἐμοὶ μόνῃ. SEIDL. De activo vide Matth. §. 535. not. et Elmsl. ad Heracl. 1011. p. 151.

V. 38. τοῦ θεῶν νομίζεται] Cf. Ant. 738: οὐ τοῦ κρατοῦντος ἡ πόλις νομίζεται;

V. 39. ἄθικτος, οὐδ' οἰκητός] Sic Phil. 2. ἄστεικτος, οὐδ' οἰκουμένη. Loquitur hospes de loco Furiis sacro. Supra Antigone de omni, quam conspiciebat, regione dixerat, quam habitatam inde coniecerat, quod virum quendam prope viderat.

V. 39 sq. αἱ γὰρ ἔμφοβοι — κόραι] Furiae, de quibus vide Heyn. ad Apollod. p. 13., Böttiger. in Furienmaske, Hirtii Bilderbuch für Mythologie etc. Vol. II. p. 201 sqq. BOTH. Adde qui plurimis de iis disputavit Thudichum., interpretem vernaculum huius fabulae, p. 279—281. — De σφε pronomine vide Matth. §. 147. a. 8.

V. 41. τίνων — κλύων] Breviter dictum hoc sensu: quae vocantur? ut audito earum sancto nomine invocare eas possim. De κλύων vide ad v. 33.

ΞΕΝΟΣ.

τὰς πάνθ' ὁρώσας Εὐμενίδας ὅ γ' ἐνθάδ' ἂν
εἴποι λεώς νιν· ἄλλα δ' ἀλλαχοῦ καλά.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἀλλ' ἵλεῳ μὲν τὸν ἱκέτην δεξαίατο·
ὡς οὐχ ἕδρας γῆς τῆσδ' ἂν ἐξέλθοιμ' ἔτι.

ΞΕΝΟΣ.

τί δ' ἔστι τοῦτο;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ξυμφορᾶς ξύνθημ' ἐμῆς.

V. 42. Cum Brunckio ἂν scripsi. Libri vitiose ὤν.

V. 45. Pro ὥστ', quod libri habent, et Scholiasta auctore, qui adnotat: ἐγὼ γὰρ οὐκ ἀναστήσομαι ἐντεῦθεν, et sententia flagitante, cum Elmsleio ὡς restitui. Nam ὥστε si scriberetur, hoc poeta diceret: itaque fretus tutela harum etc. At non quod tutela earum confidebat, sed quod ab Apolline responsum tulerat, vitam ibi finire fatale sibi esse, Oedipus ex hoc loco unquam se exiturum negavit. Accedit, quod insolentissime ὥστε po-

V. 43. εἴποι λεώς νιν] De νίν, i. e. αὐτάς, cf. Matth. §. 146. Tum Scholiasta: ἄλλα δ' ἀλλαχοῦ καλά· παρ' ὅσον ἄλλοι ἄλλοις ὀνόμασι καλοῦσιν αὐτάς. ἄλλα ὀνόματα παρ' ἄλλοις καλὰ νομίζεται, παρ' ἡμῖν δὲ τοῦτο, τὸ ὀνομάζειν αὐτὰς Εὐμενίδας. Cf. Plutarch. Themist. c. 27: ὦ ξένε, νόμοι διαφέρουσιν ἀνθρώπων· ἄλλα δ' ἄλλοις καλά· καλὸν δὲ πᾶσιν τὰ οἰκεῖα κοσμεῖν καὶ σώζειν.

V. 44. ἀλλ' ἵλεῳ μὲν] De μέν particulae significatu ad Antig. 628. monui.

V. 45. ἕδρας γῆς τῆς δε] Simillime Eur. Hel. 797: ὁρᾷς τάφου τοῦδ' ἀθλίους ἕδρας ἐμάς; Alia exempla attulit Reisig. ad hunc locum p. 181. et Matth. §. 380. not. 3.

V. 46. Schol.: τί δ' ἔστι τοῦτο· ἀντὶ τοῦ διὰ τί οὐκ ἀνίστασαι;

Ibid. ξυμφορᾶς ξύνθημ' ἐμῆς] I. e. haec est fati mei constituta lex (*Bestimmung mit dem Nebenbegriff des Vertrags*); conf. Synes. Epist. 105: ὑποδύσομαι τὴν ἀνάγκην καὶ ὡς θεῶν ξύνθημα καταδέξομαι. SEIDL. Recte; hoc enim dicit Oedipus: non surgo, quia hoc fatum meum est a deo constitutum (cf. ad Philoct. 1096 sq.) sive praedictum, ut in hoc quem occupavi loco vitam finiam. Cf. v. 84—91.

V. 47 sq. τοὐξανιστάναι — θάρσος] Intelligendum σὲ esse apparet. Ceterum θάρσος ἐστί μοι sive θάρσος ἔχω cum infinitivo iunctum etiam Phil. 596: οὗτος γὰρ πλέον τὸ θάρσος εἶχε θατέρου δρᾶσειν τάδε, ad quem locum vide quae adnotavimus.

V. 48. Schol.: πρίν γ' ἂν ἐνδείξω· ἕως οὗ τῇ πόλει ἐνδείξω, τί χρὴ ποιεῖν.

V. 49 sq. μή μ' ἀτιμάσῃς

ΞΕΝΟΣ.

ἀλλ' οὐδ' ἐμοί τοι τοὐξανιστάναι πόλεως
δίχ' ἔστι θάρσος, πρίν γ' ἂν ἐνδείξω, τί δρῶ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

πρός νυν θεῶν, ὦ ξεῖνε, μή μ' ἀτιμάσῃς,
τοιόνδ' ἀλήτην, ὧν σε προστρέπω φράσαι.

ΞΕΝΟΣ.

σήμαινε, κοὐκ ἄτιμος ἔκ γ' ἐμοῦ φανεῖ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

τίς δ' ἔσθ' ὁ χῶρος δῆτ', ἐν ᾧ βεβήκαμεν;

ΞΕΝΟΣ.

ὅσ' οἶδα κἀγὼ πάντ' ἐπιστήσει κλύων.

situm esset pendens ab ea sententia, quae nec enuntiata est, nec suppleri recte potest, excipient me propitiae. — Tum pro γῆς nomine, quod inutile videretur, quidam γέ particulam posuerunt, quam alienissimam ab hoc loco esse intelligent qui, quid γέ significet, sciunt.

V. 47. Ex Seidleri coniectura scripsi οὐδ' ἐμοί τοι. Libri οὐδὲ μέντοι.

— ὧν σε πρ. φράσαι] Id est μή μ' ἀτιμάσῃς τούτων, ἃ σε φράσαι ἱκετεύω, sive μή μ' ἀτιμάσῃς φράσαι ταῦτα, ἃ σε φράσαι ἱκετεύω, ut Eur. Herc. f. 609: οὐκ ἀτιμάσω θεοὺς προσειπεῖν. Vide ad O. R. 788. (761.): καί μ' ὁ Φοῖβος ὧν μὲν ἱκόμην ἄτιμον ἐξέπεμψεν, et Matth. §. 338. Adde huius fab. 1273. 1278. — Recte Hermannus: τοιόνδε dicit, quod et senex et caecus et egenus est.

V. 52. τίς δ' ἔσθ' ὁ χῶρ. δῆτ'] Recte iunguntur δέ et δῆτα, ubi oratio redit ad ea, quae aliquanto ante dicta erant. Eur. Phoen. 423: τί θηρσὶ δ' ὑμᾶς δῆτ' Ἄδραστος εἴκασεν; HERM. Addit Doederl. Aesch. Sept. c. Th. 813: αὐτὸς δ' ἀναλοῖ δῆτα etc. et Lucian. T. III. p. 108. Bip.: δρᾷς δὲ δῆτα etc.

Ibid. ἐν ᾧ βεβήκαμεν] Non ivi, sed quod ex eo consequitur, quod quis ivit in aliquem locum, versor βέβηκα et hic significat et 1359: ὅτ' ἐν πόνῳ ταὐτῷ βεβηκὼς τυγχάνεις κακῶν ἐμοί. Adde 313, 613, 1052, 1684. El. 979. Ant. 67. Trach. 41. Sic πέφευγα saepe non tam effugi quam liber sum denotat. Vide ad O. R. 361.

V. 53. ὅσ' οἶδα κἀγώ] Nos potius exspectemus ὅσα οἶδα ἐγὼ καὶ σὺ ἐπιστήσει. Sed illud Graecis idem valebat. In talibus enim vel bis ponunt καί, ut Xen. Cyrop. V, 1, 23: ὅπως καὶ γιγνώσκετε, οὕτω καὶ ποιεῖτε, vel eodem loco, quo nos ponimus, vel denique καί in eo membro ponunt, ubi nos omittimus, in eo autem omittunt, ubi nos ponimus. Sic 77: αὐτοῦ μέν', οὔπερ κἀφάνης, i. e. ubi apparuisti, ibi etiam mane. Xen. Cyrop. IV, 2, 22: στρατεύονται μεθ' ὧνπερ καὶ οἰκοῦσι, i. e. μεθ' ὧνπερ οἰκοῦσι, μετὰ τούτων καὶ στρατεύονται, si quidem ad nostram loquendi rationem Graecam locutionem accommodare vo-

χῶρος μὲν ἱερὸς πᾶς ὅδ' ἔστ· ἔχει δέ νιν
55 σεμνὸς Ποσειδῶν· ἐν δ' ὁ πυρφόρος θεὸς
Τιτὰν Προμηθεύς· ὃν δ' ἐπιστείβεις τόπον,
χθονὸς καλεῖται τῆςδε χαλκόπους ὁδός,
ἔρεισμ' Ἀθηνῶν· οἱ δὲ πλησίοι γύαι
τόνδ' ἱππότην Κολωνὸν εὔχονται σφίσιν
60 ἀρχηγὸν εἶναι, καὶ φέρουσι τοὔνομα
τὸ τοῦδε κοινὸν πάντες ὠνομασμένοι.
τοιαῦτά σοι ταῦτ' ἐστίν, ὦ ξέν', οὐ λόγοις
τιμώμεν', ἀλλὰ τῇ ξυνουσίᾳ πλέον.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἦ γάρ τινες ναίουσι τούςδε τοὺς τόπους;

ΞΕΝΟΣ.

65 καὶ κάρτα, τοῦδε τοῦ θεοῦ γ' ἐπώνυμοι.

lueris. Xen. An. VII, 7, 47. SEIDL. Conf. huius fab. 870. οἷον κἀμέ. Ai. 525: Αἴας, ἔχειν σ' ἂν οἶκτον, ὡς κἀγώ, φρενὶ θέλοιμ' ἄν. El. 1301: ἀλλ', ὦ κασίγνηθ', ὧδ', ὅπως καὶ σοὶ φίλον, καὶ τοὐμὸν ἔσται τῇδε. Adde Seidler. ad Eurip. Iph. T. 577. Rost. §. 134, 5. e. a.

V. 54. ἔχει δέ νιν — Ποσειδῶν] Eodem sensu hic ἔχει usurpatum, quo v. 39 sq. et Trach. v. 200. Cf. Blomf. ad Aesch. Sept. adv. Th. gloss. 69.

V. 55—60. σεμνὸς Ποσειδῶν — εὔχονται σφίσιν ἀρχηγὸν εἶναι] Ad intelligendum hunc locum vide quae in Argum. p. 21 sq. exposita sunt. De ἐν δέ cf. quae ad El. 700. exposuimus. — De voc. ἀρχηγός vide Blomf. ad Aesch. Agam. gloss. 250.

V. 60 sq. καὶ φέρουσι τοὔνομα — ὠνομασμένοι] τοὔνομα non minus pertinet ad φέρουσι, quam ad ὠνομασμένοι. Plena locutio esset: φέρουσι τὸ τοῦδε ὄνομα, ὠνομασμένοι αὐτό. Eur. Ion. 800: ὄνομα δὲ ποῖον αὐτὸν ὀνομάζει πατήρ; coll. Hel. 1209. SEIDL. Adde Phil. 605. (597.). Ceterum πάντες non tam ad γύαι quam ad homines, qui incolunt γύας, referendum esse sponte apparet.

V. 62. τοιαῦτά σοι ταῦτ' ἐστίν] Talia haec sunt, de quibus ex me quaesivisti, i. e. his dis sunt haec, de quibus quaeris, loca sacra. Cf. El. 761.

V. 62 sq. οὐ λόγοις — πλέον] Hoc dicit, illorum honorem deorum non verbis, sed magis re factisque declarari; quae est vera religionis sanctitas. Est enim usitata Graecis oppositio, quum verborum nomine inanitatem significant, velut 382 sq. et Aesch. Prom. 1079: καὶ μὴν ἔργῳ κοὐκ ἔτι μύθῳ χθὼν σεσάλευται. Facta autem cernuntur in ipsa praesentia cultorum, ubi sacro versantur in loco. Ita ξυνουσία 647. est ἡ ἐνταῦθα διατριβή. Recte igitur Schol. ad hunc locum: τῇ ξυνουσίᾳ· τῷ ἔργῳ, τῇ πείρᾳ πλέον τιμώμενα, οὐ τοῖς λόγοις. REISIG. Iacobsius verba sic interpretanda censet: ἔργοις πλέον ἢ λόγοις τιμώμενα, ita ut integra oratio haec foret: οὐ μό-

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἄρχει τις αὐτῶν, ἢ 'πὶ τῷ πλήθει λόγος;

ΞΕΝΟΣ.

ἐκ τοῦ κατ' ἄστυ βασιλέως τάδ' ἄρχεται.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

οὗτος δὲ τίς λόγῳ τε καὶ σθένει κρατεῖ;

ΞΕΝΟΣ.

Θησεὺς καλεῖται, τοῦ πρὶν Αἰγέως τόκος.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

70 ἆρ' ἄν τις αὐτῷ πομπὸς ἐξ ὑμῶν μόλοι;

ΞΕΝΟΣ.

ὡς πρὸς τί λέξων ἢ καταρτύσων μολεῖν;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὡς ἂν προσαρκῶν σμικρὰ κερδάνῃ μέγα.

νον λόγοις, ἀλλὰ καὶ ἔργοις, καὶ τούτοις πλέον.

V. 64. τούσδε τοὺς τόπους] De toto pago intelligendum est; v. 39. de solo Eumenidum luco sermo fuerat.

V. 65. καὶ κάρτα] I. e. μάλιστα. Sic 301: καὶ κάρθ', ὅταν κέρ τοὔνομ' αἴσθηται τὸ σόν. — Verbo τοῦ θεοῦ Κολωνὸν significari manifestum est. Hinc Schol.: ἐκώνυμοι· Κολωνιᾶται καλούμενοι. De genitivo, quocum iunctum hoc nomen, cf. 1321. (1316.).

V. 66. ἢ 'πὶ τῷ πλήθει λόγος] In re publica enim oratio imperii potestatem tenet, libertatemque eius constituit. HEISIG. Immo λόγος est summa potestas, quae in legibus rogandis iubendisque cernitur. λόγος et νόμος iunguntur ut antecedens et consequens. Vide Markl. ad Max. Tyr. IX. 1. p. 151. IACOBS.

V. 68. οὗτος δὲ — κρατεῖ;] I. e. τίς δὲ οὗτός ἐστιν ὁ λόγῳ τε καὶ σθένει, i. e. βουλῇ τε καὶ ῥώμῃ (nobis mit Rath und That) κρατῶν; Apte confert Doederl. Eur. Iph. A. 1020 sq.: στρατός τ' ἂν οὐ μέμψαιτό μ', εἰ τὰ πράγματα λελογισμένως πράσσοιμι μᾶλλον ἢ σθένει.

V. 70. ἆρ' ἄν τις αὐτῷ — μόλοι;] Poetarum proprium est verba veniendi cum nudo dativo iungere. Exempla collegit Matth. §. 388. d. et §. 401. III. — Dicit autem hoc Oedipus: accedatne aliquis vestrum ad eum, ut huc deducat? Significatio enim adducendi inest in substantivo πομπός, quod errant qui nuntii significatu positum hic esse arbitrantur.

V. 71. ὡς πρὸς τί — μολεῖν;] Certum est ὡς πρὸς τί coniungendum cum verbo μολεῖν esse. Itaque sensus hic est: cuius rei caussa ut adveniat iussurus an compositurus? Brevitati enim studuit poeta hoc dicens: cuius rei caussa adduci eum iubes? Iuberene simpliciter me vis, ut adveniat, an argumenta afferre, quibus persuadeatur ei, ut adveniat? De locutione ὡς πρὸς τί, idem fere atque τίνος πράγματος χάριν significante, cf. Elmsleius ad h. l. et Matth. §. 628, 3.

V. 72. ὡς ἂν — κερδάνῃ

ΞΕΝΟΣ.

καὶ τίς πρὸς ἀνδρὸς μὴ βλέποντος ἄρκεσις;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὅσ' ἂν λέγωμεν, πάνθ' ὁρῶντα λέξομεν.

ΞΕΝΟΣ.

75 οἶσθ', ὦ ξέν', ὡς νῦν μὴ σφαλῇς; ἐπείπερ εἶ
γενναῖος ὡς ἰδόντι, πλὴν τοῦ δαίμονος,
αὐτοῦ μέν', οὗπερ κἀφάνης, ἕως ἐγὼ
τοῖς ἐνθάδ' αὐτοῦ μὴ κατ' ἄστυ δημόταις
λέξω τάδ' ἐλθών. οἵδε γὰρ κρινοῦσί σοι,
80 ἢ χρή σε μίμνειν, ἢ πορεύεσθαι πάλιν.

V. 78. Recte Brunck., quamvis contra libros, τοῖς pro τοῖσδ' scripsit, probatus a Reisig. et Elmsleio. τοῖσδ' ἐνθάδ' αὐτοῦ Graecum esse non verbis, sed exemplis demonstrandum est.

V. 79. κρινοῦσί σοι ex La et Paris. F. manu sec. restitui. Inepte vulgo κρινοῦσί γε.

μέγα] μέγα κερδαίνειν breviter dictum pro μέγα κέρδος κερδαίνειν. Vide ad O. R. 259. Rost. §. 104. not. 7.

V. 73. καὶ τίς etc.] Sic 1439. Similis est καὶ πῶς particularum usus.

V. 74. πάνθ' ὁρῶντα λέξομεν] Ludit Oedipus tum hic tum postea itidem in oculorum caecitate sua, quae mentis perspicacitate compensetur. Hoc igitur dicit: quaecunque dicemus, lumine dicemus praedita, id est consilii plena. REISIG.

V. 75. οἶσθ' — ὡς νῦν μὴ σφαλῇς;] Dicunt Graeci οἶσθ' ὡς ποίησον [vid. ad O. R. 524. meae ed.], fac, scin quomodo? quod si negative exprimere volueris, non poteris aliter, quam sic: οἶσθ' ὡς μὴ ποιήσῃς, per coniunctivum. Nam μὴ ποίησον Graeci dicere non solent. Sensus: scin, hospes, quid faciendum tibi sit, ut ab errore et peccato vacuus maneas? SEIDL.

V. 76. γενναῖος — πλὴν τοῦ δαίμονος] I. e. κακοδαίμων μέν, γενναῖος δέ. Referendum δαίμων ad caecitatem et mendicitatem. Similis sententia est apud Eur. Iph. A. 1403: τὸ μὲν σόν, ὦ νεᾶνι, γενναίως ἔχει· τὸ τῆς τύχης δὲ καὶ τὸ τῆς θεοῦ νοσεῖ. — ὡς ἰδόντι proprie est ut es ei, qui te viderit, id est secundum eius iudicium, qui te viderit. Cf. Matth. §. 388. a. Rost. §. 105. et huius fab. 807.

V. 77. αὐτοῦ μέν', οὗπερ κἀφάνης] Cohaerent haec cum antecedentibus ita: hospes, ne facias, quod tibi perniciosum sit, quoniam quidem generosus, quamvis miser videris, suadeo tibi, ut maneas eo in loco, in quem venisti.

V. 78. τοῖς ἐνθάδ' αὐτοῦ] Apte confert Reisigius Eupolin apud Stobaeum IV, 33: ἢν δέ τις τῶν ἐνθάδ' αὐτοῦ μηδὲν χεῖρον φρονῶν ἐπιτιθῆται τῇ ποιήσει, πάνυ δοκεῖ κακῶς φρονεῖν.

V. 79. λέξω] Coniunctivum esse iam Seidler. monuit. — Versu seq. de ἢ χρή, i. e. πότε-

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὦ τέκνον, ἦ βέβηκεν ἡμὶν ὁ ξένος;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

βέβηκεν, ὥςτε πᾶν ἐν ἡσύχῳ, πάτερ,
ἔξεςτι φωνεῖν, ὡς ἐμοῦ μόνης πέλας.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὦ πότνιαι δεινῶπες, εὖτε νῦν ἕδρας
πρώτων ἐφ' ὑμῶν τῆςδε γῆς ἔκαμψ' ἐγώ,
Φοίβῳ τε κἀμοὶ μὴ γένηςθ' ἀγνώμονες,
ὅς μοι, τὰ πόλλ' ἐκεῖν' ὅτ' ἐξέχρη κακά,
ταύτην ἔλεξε παῦλαν ἐν χρόνῳ μακρῷ,
ἐλθόντι χώραν τερμίαν, ὅπου θεῶν

V. 80. Pro ἦ χρή, quod in codd. est, Brunck. et Hermannus ex editt. Triclin. εἰ χρή restituerunt. Hermannus quae contra Elmsleium ad Eur. Med. 480. disputavit maximam partem satis infirma sunt.

ρον sive εἰ χρή, vide Elmsl. ad Eur. Med. 480. Tum κρίνειν τινί eodem fere sensu dictum est, quo δικάζειν τινί dici solere constat.

V. 81. βέβηκεν ἡμὶν] De dativo ethico vid. Matth. §. 389. f.

V. 82. ἐν ἡσύχῳ] Id enim exoptatum erat Oedipo, ut preces suae nullius voce interpellarentur. Atque hoc scite instituit poeta, quo simul spectatores fabulae summam tranquille cognoscerent. REISIG.

V. 83. ὡς ἐμοῦ μόνης πέλας] Id est sic existimanti, me prope esse. Vide quae ad O. R. 11. adnotavimus.

V. 84. Schol.: ὦ πότνι', ὦ δεινῶπες· τὸ ἐντελὲς ὦ πότνιαι. ὁ δὲ νοῦς οὕτως· ἐπειδὴ ἦλθαν πρὸς ὑμᾶς, μὴ ἐναντιωθῆτέ μοι καὶ τῷ χρήσαντί με Ἀπόλλωνι. — εὖτε· ὅτε, ἐπειδή. Cf. huius fab. 1229. (1224.). Ai. 716. Philoct. 1099.

V. 84 sq. εὖτε — ἔκαμψ' ἐγώ] Hoc dicit: quum vos primae huius terrae sitis, in quarum sedibus consedi.

V. 86. Schol.: ἀγνώμονες· ἐναντιογνώμονες, ἀσύγγνωστοι. Neuius confert Trach. 473. 1266. Buttm. Ind. in Demosth. Mid.

V. 87. ἐξέχρη] Vaticinatus est. Simplex χρῇ hoc sensu El. 35., passivum ἐχρήσθη hac ipsa fabula 355. usurpatum est.

V. 88. ἐν χρόνῳ μακρῷ] Post longum tempus. Vide quae ad Phil. 233. adnotavimus. — παῦλαν, sc. τῶν κακῶν.

V. 89 sqq. ἐλθόντι χώραν τερμίαν etc.] Extremam regionem me venturum esse, ubi venerandarum dearum sedem et hospitium nactus essem, i. e. extremam, ad quam mihi proficiscendum esset, regionem eam fore, quam Eumenides tenerent, et hic me finiturum esse aerumnosam vitam. Pro ἐλθόντι, quod ad κάμψειν v. 91. referendum, exspectaveris cum Elmsleio ἐλθόντα; sed recte se habet scriptura vulgata.

90 σεμνῶν ἕδραν λάβοιμι καὶ ξενόστασιν,
ἐνταῦθα κάμψειν τὸν ταλαίπωρον βίον,
κέρδη μὲν οἰκήσαντα τοῖς δεδεγμένοις,
ἄτην δὲ τοῖς πέμψασιν, οἵ μ' ἀπήλασαν·
σημεῖα δ' ἥξειν τῶνδέ μοι παρηγγύα,
95 ἢ σεισμόν, ἢ βροντήν τιν', ἢ Διὸς σέλας.
ἔγνωκα μέν νυν, ὥς με τήνδε τὴν ὁδὸν
οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐ πιστὸν ἐξ ὑμῶν πτερὸν
ἐξήγαγ' ἐς τόδ' ἄλσος. οὐ γὰρ ἄν ποτε
πρώταισιν ὑμῖν ἀντέκυρσ' ἀδοιπορῶν,
100 νήφων ἀοίνοις, κἀπὶ σεμνὸν ἑζόμην
βάθρον τόδ' ἀσκέπαρνον. ἀλλά μοι, θεαί,

V. 96. μέν νυν ipse scripsi. Vulgo male μὲν νῦν. Aliena enim temporis significatio ab hoc loco.

V. 105. Nescio, an scripserit Sophocles μόχθους λατρεύων τοὺς ὑπερτάτους βροτῶν. Vide quae in Censura Ai. ab Lobeck.

V. 91. κάμψειν τὸν ταλ. βίον] Confert Musgr. Eur. Hipp. 87: τέλος δὲ κάμψαιμ', ὥσπερ ἠρξάμην. βίου. Adde eiusd. Hel. 1666: ὅταν δὲ κάμψῃς καὶ τελευτήσῃς βίον, et El. 956: πρὶν ἂν πέλας γραμμῆς ἵκηται καὶ τέλος κάμψῃ βίου.

V. 92 sq. κέρδη μὲν οἰκήσαντα — ἄτην δὲ] Insolentior locutio κέρδη et ἄτην οἰκεῖν τινι, a nemine dum interpretum, quod sciam, recte explanata, adnumeranda iis locutionibus est, de quibus in Censura Ai. ab Lobeck. edit. p. 60 sqq. exposui. Itaque hoc dicit Oedipus: οἴκησιν οἰκήσαντα κερδαλέαν μὲν τοῖς δεδεγμένοις, ἀτηρὰν δὲ τοῖς πέμψασιν. De re cf. v. 621. et 626 sqq.: κοὔποτ' Οἰδίπουν ἐρεῖς ἀχρεῖον οἰκητῆρα δέξασθαι τόπων τῶν ἐνθάδε.

V. 96 sqq. τήνδε τὴν ὁδὸν — ἐξήγαγ' ἐς τόδ' ἄλσος] Similiter etiam prosaici scriptores loquuntur, veluti Xenoph. Hellen. I, 2, 11: ἐξῆλθον δέ τινας καὶ ἄλλας ἐξόδους τοῦ χειμῶνος ἐς τὴν ἤπειρον. Illic enim quemadmodum ἔξοδον ἐξελθεῖν dictum est, eodem modo hic ὁδὸν ἐξάγειν positum, coll. iis, quae in Censura Ai. ab Lobeck. edit. p. 59 sqq. exposui.

V. 97. οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐ] Sine dubio. Philoct. 195 sq.: καὶ νῦν ἃ πονεῖ δίχα κηδεμόνων, οὐκ ἔσθ' ὡς οὐ θεῶν τον μελέτῃ, sc. πονεῖ.

Ibid. πιστὸν ἐξ ὑμῶν πτερὸν] πτερόν est οἰωνός eo significatu, quo denotat auspicium. Accipiendum autem metaphorice pro impulsu, ductu, quemadmodum etiam Latini auspicii verbo utuntur. πιστόν passive significat haud fallax, cui confidere quis possit, quod non decipiat. ἐξ ὑμῶν, quod vos auctores habet. SEIDL.

V. 100. νήφων ἀοίνοις] Aquam enim mulsam sine vino libabant Eumenidibus; cf. 158—160. 481. et Pausaniam II, 11. Quare Aeschylus Eumen. 107. earum χοὰς ἀοίνους, νηφάλια μειλίγματα nominat. Νηφάλιαι enim libationes dicebantur quae vino carerent; quo de agitur copiose a Scholiasta ad h. locum. REISIG.

βίου κατ' ὀμφὰς τὰς Ἀπόλλωνος δότε
πέρασιν ἤδη καὶ καταστροφήν τινα,
εἰ μὴ δοκῶ τι μειόνως ἔχειν, ἀεὶ
105 μόχθοις λατρεύων τοῖς ὑπερτάτοις βροτῶν.
ἴτ', ὦ γλυκεῖαι παῖδες ἀρχαίου Σκότου,
ἴτ', ὦ μεγίστης Παλλάδος καλούμεναι
πασῶν Ἀθῆναι τιμιωτάτη πόλις,
οἰκτείρατ' ἀνδρὸς Οἰδίπου τόδ' ἄθλιον
110 εἴδωλον· οὐ γὰρ δὴ τόδ' ἀρχαῖον δέμας.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

σίγα. πορεύονται γὰρ οἵδε δή τινες
χρόνῳ παλαιοί, σῆς ἕδρας ἐπίσκοποι.

edit. p. 84 sq. exposui. Certe λατρεύειν μόχθοις vel πόνοις alibi nunquam dictum esse videtur. Neque apte comparaveris v. 283: ἔργοις ἀνοσίοις ὑπηρετῶν.

V. 110. Aldina τό γ', quod nescio an praestet.

Ibid. Schol.: καὶ πὶ σεμνὸν ἐζόμην· ὃ ἄνω εἶπεν (19.), τοῦδ' ἐπ' ἀξέστου πέτρου. Ἀσκέπαρνον δὲ τὸν ἄγλυφον καὶ ἀπελέκητον καὶ ἄξεστον, οὐκ εἰργασμένον.

V. 103. πέρασιν] gl. τελείωσιν. BR. De καταστροφὴν comparant Thucyd. II, 46., ubi Scholiasta θάνατος explicat.

V. 104. εἰ μὴ δοκῶ τι μειόνως ἔχειν] Recte haec Hermannus interpretatus est ita: nisi forte vilior vobis esse videor, quam cui hoc beneficium concedatis, quum quae extrema sunt hominum mala sustineam.

V. 106. Schol.: ἴτ', ὦ γλυκεῖαι· εὐφήμως τὰς Ἐρινύας γλυκείας φησίν, ἵνα μὴ πικραὶ αὐτῷ γένωνται. Rectius, ut videtur, Iacobsius γλυκείας appellare Oedipum deas putat, per quas se ad τὸν γλυκὺν λιμένα malorum suorum deductum iri speret.

V. 107. Παλλάδος καλούμεναι] Coniunctum participium cum genitivo eadem ratione, qua supra 65. τοῦδε τοῦ θεοῦ γ' ἐπώνυμοι dictum. Cf. Eur. Ion. 8: ἔστιν γὰρ οὐκ ἄσημος Ἑλλήνων πόλις, τῆς χρυσολόγχου Παλλάδος κεκλημένη.

V. 109 sq. ἀνδρὸς Οἰδίπου etc.] Hermannus ad El. 45 hoc sic intelligendum monet, quasi dictum sit Οἰδίπου τόδε εἴδωλον ἀνδρός, hanc speciem viri, quae sola reliqua est Oedipo. Quae ratio mihi quidem non probatur. Omnino non intelligo, quomodo apte ἀνδρὸς Οἰδίπου coniungi hic potuerit. Dissimilia enim sunt exempla quaecunque ad illustrandum hunc locum editores attulerunt. Itaque nescio, an corrupta verba sint scribendumque τοῦδε δή sit pro Οἰδίπου.

V. 111. πορεύονται γὰρ οἵδε] I. e. πορεύονται γὰρ ὧδε, proficiscuntur enim huc. Sic 723: ἄσσον ἔρχεται Κρέων ὅδ' ἡμῖν. Antig. 155: ἀλλ' ὅδε γὰρ δὴ βασιλεὺς χώρας — χωρεῖ. Alia exempla attulit Matth. §. 471, 12.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

σιγήσομαί τε, καὶ σύ μ' ἐξ ὁδοῦ πόδα
κρύψον κατ' ἄλσος, τῶνδ' ἕως ἂν ἐκμάθω
115 τίνας λόγους ἐροῦσιν. ἐν γὰρ τῷ μαθεῖν
ἔνεστιν ηὐλάβεια τῶν ποιουμένων.

(στροφὴ α'.)

ΧΟΡΟΣ.

Ὅρα.
τίς ἄρ' ἦν; ποῦ ναίει;
ποῦ κυρεῖ ἐκτόπιος συθεὶς
120 ὁ πάντων ὁ πάντων ἀκορέστατος;

V. 113. In edit. rec. Hermannus σύ μου 'ξ ὁδοῦ scripsit.
V. 121 sq. προςπεύθου, λεύσσέ νιν, προςδέρκου παντάχῃ ex Hermanni coni. dedi. Libri λεύσσατ' αὐτόν, προςδέρκου,

V. 113. καὶ σύ μ' ἐξ ὁδοῦ πόδα κρύψον etc.] Apte comparant ποῖ μ' ὑπεξάγεις πόδα in Eur. Hec. 807. Pors. Audacius tamen hoc Sophoclis est, quia magis recondita ducendi notio in verbo κρύψον. Explicatius dicas: ἄγουσα πόδα ἐμὸν ἐξ ὁδοῦ κρύψον με κατ' ἄλσος. HERM. Similiter κρύπτειν usurpatum huius fab. 1551 sq. τὸν τελευταῖον βίον κρύψων παρ' Ἅιδην. Praeterea confer 314. et Matth. §. 421. not. 3. Rost. §. 104, 6.

V. 114 sq. τῶνδ' ἕως ἂν — ἐροῦσιν] Id est ἕως ἂν ἐκμάθω, τίνας οἶδε λόγους ἐροῦσιν. Sic 135 sqq.: ὃν ἐγὼ — γνῶναι ποῦ μοί ποτε ναίει. Conf. Rost. §. 122, 8. et not. 2.

V. 115. ἐν γὰρ τῷ μαθεῖν etc.] Hoc dicit: caute et tute aget qui rebus omnibus diligenter exploratis ad agendum accedet.

V. 118. τίς ἄρ' ἦν;] Mirum est paene omnes editores ἦν pro ἐστὶ positum putasse, non recordantes τίς ἄρ' ἐστί tum tantum chorum dicere potuisse, si conspexisset Oedipum. Nunc vero quum non videant eo in loco hominem, in quo se offensuros eum esse admoniti erant, quum in nemus se abscondisset, profecto quis fuisset, quem locum sacrum occupasse audiverant, quaerere eos conveniebat. Ceterum ναίειν notum est saepe sic usurpari a poetis, ut versari significet. Sic 137. Trach. 99. Eodem modo οἰκεῖν usurpatur. Vide huius fab. 1336. (1331.). Cf. Seidl. ad Eur. El. 302. De correpta penultima vide Matth. §. 23. b.

V. 119. ἐκτόπιος συθεὶς] I. e. ἐκ τοῦ τόπου ὁρμήσας. Cf. Matth. §. 446, 8.

V. 120. ὁ πάντων ἀκορέστατος] Omnium impudentissimus. Scholiasta: παρ' ὅσον οὐδεὶς αὐτῷ τῶν ἄλλων ἤρκεσε τόπων, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῦτον ἦλθεν ἀφόβως.

V. 121 sq. προςπεύθου — προςδέρκου παντάχῃ] Apte Elmsl. comparat Aesch. Eum. 254: ὅρα, ὅρα μάλ' αὖ· λεύσσετον πάντα, μὴ λάθῃ φύγδα βὰς ὁ ματροφόνος ἀτίτας. De locutione προςδέρκου παντάχῃ confer Philoct. 42: προςβαίη μακράν.

V. 125. προςέβα — ἄλσος ἐς] Accessisset in lucum. De collocatione praepositionis ἄλσος ἐς τάνδε comparat Neuius El. 14. τοσόνδ' ἐς ἥβης.

προςπεύθου, λεῦσσέ νιν,
προςδέρκου πανταχῆ.
πλανάτας πλανάτας τις ὁ πρέσβυς, οὐδ'
ἔγχωρος· προςέβα γὰρ οὐκ
ἄν ποτ' ἀστιβὲς ἄλσος ἐς
τᾶνδ' ἀμαιμακετᾶν κορᾶν,
ἃς τρέμομεν λέγειν
καὶ παραμειβόμεσθ' ἀδέρκτως,
ἀφώνως, ἀλόγως τὸ τᾶς
εὐφήμου στόμα φροντίδος
ἱέντες, τὰ δὲ νῦν τιν' ἥκειν

προςπεύθου πανταχῆ, nisi quod pro λεύσσατ' in aliis λεύσατ', in aliis λεύσσετ', et pro προςπεύθου in paucis προςφθέγγου scribitur.

O. R. 178. ἀκτὰν πρὸς ἑσπέρου θεοῦ. Eur. Phoen. 24. λειμῶν' ἐς Ἥρας. Adde Aesch. Sept. c. Th. 187: βρέτη πεσούσας πρὸς πολισσούχων θεῶν. Similiter Latini poetae; cf. Fr. Iacobs. Anthol. Pal. T. II. p. 94.

V. 127. Schol.: ἀμαιμακετᾶν· ἀκαταμαχήτων ἢ ἀπροςπελάστων.

V. 128. ἃς τρέμομεν λέγειν] Quas proprio nomine Ἐρινύων appellare perhorrescimus. Cf. Eur. Or. 36 sq.: τὸ μητρὸς δ' αἷμά νιν τροχηλατεῖ μανίαισιν· ὀνομάζειν γὰρ αἰδοῦμαι θεὰς εὐμενίδας, αἳ τόνδ' ἐξαμιλλῶνται φόβῳ.

V. 129. καὶ παραμειβόμεσθ' ἀδέρκτως] Et quas, i. e. quarum sedem, praeterimus averso vultu. Cf. 490. ἔπειτ' ἀφέρπειν ἄστροφος.

V. 130 sqq. ἀφώνως — ἱέντες] Quum ὄπα, ἔπεα, φωνὴν ἱέναι, quae locutiones satis usitatae poetis sunt, significet verbum sive vocem emittere, facile apparet στόμα ἱέναι non posse alia potestate dictum esse quam hac: sermonem sive orationem, qua notione στόμα a tragicis frequentari notum est, emittere, ita ut στόμα τι ἱέναι nihil aliud sit nisi aliquid eloqui. Hinc sponte consequitur verba τὸ τᾶς εὐφήμου στόμα φροντίδος ἱέντες hoc sensu dicta esse: ea quae εὐφήμως nobiscum cogitamus eloquentes. Ea autem cogitata quum se Chorus sine sonitu ac sine verbis, i. e. sic ut nullum aut sonitum aut verbum emittat, eloqui dicit, hoc significat, lenissima sive maxime suppressa voce se preces suas eloqui. Optime Iacobsius comparat ἀφθέγκτῳ λαλεῖν στόματι Anthol. Pal. IX, 162., ἄναυδος ἄγγελος κόνις Aesch. Sept. c. Th. 82. de vestigiis pulveri impressis, μηνυτῆρος ἀφθέγκτου φραδαῖς Eumenid. 236. Hanc veram horum verborum interpretationem esse planum fit iis, quae idem Chorus Oedipo, Furiis litaturo, praecipit 488 sq.: αἰτοῦ σύ τ' αὐτός, κεἴ τις ἄλλος ἀντὶ σοῦ, ἄπυστα (i. e. ῥήμα) φωνῶν, μηδὲ μηκύνων βοήν. Nobis liceat haec sic reddere: *lautlos, sprachlos die Rede des andachtsvollen Gedankens entsendend.*

V. 132 sq. τὰ δὲ νῦν —

λόγος οὐδὲν ἄζονθ',
ὃν ἐγὼ λεύσσων περὶ πᾶν οὔπω 135
135 δύναμαι τέμενος
γνῶναι ποῦ μοί ποτε ναίει.

(σύστημα.)

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὅδ' ἐκεῖνος ἐγώ· φωνῇ γὰρ ὁρῶ,
τὸ φατιζόμενον.

ΧΟΡΟΣ.

ἰὼ ἰώ, 140
δεινὸς μὲν ὁρᾶν, δεινὸς δὲ κλύειν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

140 μή μ', ἱκετεύω, προςίδητ' ἄνομον.

V. 146. Olim σμικρᾶς ex Reisigii coni. scripsi.
V. 150. Libri excepto Vat. μακραίων τέ θ', Brunckius cum

ἄζονθ'] Id est ἃς δὲ τὰ νῦν ἥκειν τις λέγεται οὐδὲν ἄζων.

V. 134 sqq. Schol.: ὃν ἐγὼ λεύσσων· τὸ ἐξῆς· ὃν ἐγώ, λεύσσων περὶ πᾶν τέμενος, οὔπω δύναμαι γνῶναι, ποῦ μοί ποτε ναίει.

V. 137 sq. φωνῇ γὰρ ὁρῶ, τὸ φατιζόμενον] Recte Hermannus: „τὸ φατιζόμενον interpungendo separandum erat a praecedentibus verbis, quod sic est additum, uti τὸ λεγόμενον dici solet. Neque enim videtur dubitari posse, quin ista proverbialis locutio fuerit, voce video, qua, caecitatis quam misera sors esset, indicaretur. Ita iam recte chorum dicere patet δεινὸς δὲ κλύειν. Nam et videt oculis orbatum Oedipum, et audit, quod in visu non habeat praesidium, a vocis sono petentem." De producta ultima syllaba verbi φατιζόμενον et v. 141. vocis πρέσβυς vide Seidler. de Vss. Dochm. p. 80. et Hermann. Elem. d. m. p. 373.

V. 140. μή μ' — προςίδητ' ἄνομον] I. e. nolite me iis oculis adspicere, quibus ἄνομον adspicitis, i. e. nolite putare me contra legem, i. e. contra quam fas est, hunc locum occupasse. Quo respicit ad ea, quae 44—46. et 84 sqq. dixerat. De ἄνομος confer 168. (165.). Schol.: ἄνομον· λείπει τὸ ὡς· ὡς ἄνομον. Comparat Doederl. Thucyd. II, 72: δέχεσθε δὲ ἀμφοτέρους φίλους.

V. 142 sq. οὐ πάνυ — πρώτης] Recte genitivus a Scholiasta et plerisque editoribus, quibuscum Matth. §. 316. e. consentit, ab omisso εἰμί pendere putatur, ita ut εὐδαιμονίσαι pro infinitivo explicativo habeatur expliceturque per εἰς τὸ εὐδαιμονίσαι, cf. Matth. §. 535. b. Contra Hermannus haec verba interpretatur ita: non quem quis ob primam sortem beatum praedicet, i. e. talis, quem quis propter maxima mala infortunatissimum dicat. Ceterum οὐ πρώτης μοίρας esse τῆς ἐσχάτης μοίρας monuit Eustathius p. 479, 14. (365, 28.).

V. 144. δηλῶ δ'· οὐ γὰρ

ΧΟΡΟΣ.

Ζεῦ ἀλεξῆτορ, τίς ποθ' ὁ πρέσβυς;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

οὐ πάνυ μοίρας εὐδαιμονίσαι
πρώτης, ὦ τῆςδ' ἔφοροι χώρας. 145
δηλῶ δ' · οὐ γὰρ ἂν ὧδ' ἀλλοτρίοις
145 ὄμμασιν εἶρπον,
κἀπὶ σμικροῖς μέγας ὥρμουν.

(ἀντιστροφὴ α'.)

ΧΟΡΟΣ.

ἔ ἔ,
ἀλαῶν ὀμμάτων 150
ἆρα καὶ ἦσθα φυτάλμιος,
150 δυςαίων μακραίων, ὅσ' ἐπεικάσαι;

Vat. μακραίων θ'. Tum ὅσ' ex Bothii coni. dedi pro ὡς, quod in libris est.

etc.] I. e. manifesto autem hoc ostendo eo, quod etc. Sic 1145: δείκνυμι δ' · ὧν γὰρ ὤμοσ', οὐκ ἐψευσάμην οὐδέν σε. Ai. 907: αὐτὸς πρὸς αὐτοῦ · δῆλον · ἐν γάρ οἱ χθονὶ πηκτὸν τόδ' ἔγχος περιπετὲς κατηγορεῖ. Alia exempla attulit Matth. §. 630. f.

V. 146. Schol.: κἀπὶ σμικροῖς μέγας · καὶ ἐπὶ εὐτελέσιν αἰτήμασιν οὐκ ἂν σφόδρα ἱκέτευον, εἰ μὴ ἤμην δυςτυχής. Vera haec interpretatio. Ὁρμεῖν per se solum est stare in portu. Gravis est autem haec Oedipi oratio; nam hoc dicit: sum ego profecto infortunatissimus; aliter enim non ita alienorum ope oculorum venissem, et exigui muneris caussa, qui magnus atque insignis vir sum, hoc in portu constitissem. HERM.

V. 149. Schol.: φυτάλμιος · ἀπὸ φύτλης. ἀπὸ γενέσεως καὶ ἐξ ἀρχῆς τυφλὸς πέφυκας. Recta haec interpretatio et congruens significationi vocis φυτάλμιος, de qua vide Blomf. in gloss. ad Aesch. Agam. 318. Ut φρένας et σῶμα φύειν vel γεννᾶν dicuntur qui suapte natura augescunt mentis virtutibus vel habitudine corporis, ita ἀλαῶν ὀμμάτων φυτάλμιος is est ab Sophocle dictus, qui natus est caecus, non autem, quum videret antea, privatus usu oculorum. Et ita solet fieri, ut, si quem tali modo afflictum videmus, de origine eius mali quaeramus, et naturaene vitio, an adverso aliquo casu acceptum sit, percontemur. HERM. Propria igitur interpretatio horum verborum haec erit: ἆρα ἀλαὰ ὄμματα ἔφυσας; i. e. ἆρ' ἀλαὸς πέφυκας; Cf. Matth. §. 490. et §. 344, 1. et quae ad huius fab. v. 801 sq. adnotavimus.

V. 150. δυςαίων μακραίων] Id est ἐκ μακροῦ δυςτυχὴς ὤν. Vide quae ad huius fab. v. 1076. exempla attuli similia.

Ibid. ὅσ' ἐπεικάσαι] Quantum coniicere licet. ὅσα eodem modo usurpatum a Thucydide VI, 25: ὅσα ἤδη δοκεῖν

ἀλλ' οὐ μὰν ἔν γ' ἐμοὶ
προςθήσεις τάςδ' ἀράς.
περᾶς γάρ, περᾶς· ἀλλ' ἵνα τῷδ' ἐν ἀ- 155
155 φθέγκτῳ μὴ προπέσῃς νάπει
ποιάεντι, κάθυδρος οὖ
κρατὴρ μειλιχίων ποτῶν
ῥεύματι συντρέχει, 160
τῷ, ξένε πάμμορ', εὖ φύλαξαι·
160 μετάσταθ', ἀπόβαθι. πολ-
λὰ κέλευθος ἐρατύει·
κλύεις, ὦ πολύμοχθ' ἀλᾶτα; 165
λόγον εἴ τιν' οἴσεις
πρὸς ἐμὰν λέσχαν, ἀβάτων ἀποβὰς
165 ἵνα πᾶσι νόμος,
φώνει· πρόσθεν δ' ἀπερύκου.

V. 159. Cum Brunckio τῷ scripsi; cf. O. R. 511. Libri τῶν, nisi quod pauci τὸν habent.

V. 169. κοὐ κατοκνοῦντας ex Hermanni coniectura scripsi. Olim cum Musgravie edideram κἀκούοντας. Libri κοὐκ

αὐτῷ. Cf. Matth. §. 545. Illud vix opus ut moneam, interrogandi signum, quod positum post ἐπεικάσαι, tantum ad verba ἀλαῶν — φυτάλμιος spectare, ceteris verbis affirmative elatis.

V. 151. ἔν γ' ἐμοὶ] Quantum in me situm est, quantum per me licet. Conf. Matth. §. 577.

V. 152. προςθήσεις τάςδ' ἀράς] Addes, scil. iis malis, quibus iam oppressus teneris, has noxas, ob quas diris devovearis, quibus devovebere, ubi nemus inaccessum, cui appropinquas, intraveris.

V. 153. Schol.: περᾶς γάρ, περᾶς· βαδίζεις γὰρ εἰς ὃ οὐ προςήκει χωρίον ἐπιβαίνειν. Sensum huius et sequentium versuum recte Hermannus hunc esse monuit: progrederis, progrederis; at ne lucum illum ingrediare, in quo aqua et melle libamina temperantur, eo, miser hospes, tibi cave; discede, abi; longe a me distas; audisne quae loquor? si quid habes, quod mecum colloqui velis, relicto loco, in quo te stare nefas est, illuc accede, ubi omnibus incedere licitum est; prius autem abstine a dicendo. Itaque patet ἵνα μὴ προπέσῃς pendere ex imperativo φύλαξαι. De ἵνα particulae usu cf. Schaefer. ad Demosth. pro coron. p. 279. v. 8.

V. 156 sqq. Schol.: κάθυδρος οὖ· ὅπου ὕδατος πλήρης. μειλιχίων ποτῶν· γλυκέων ποτῶν, ὃ ἔστι μέλιτος, οἷς μειλίσσουσι τὰς θεάς. συγκιρνᾶται γὰρ ταύταις ταῖς θεαῖς ὕδατος καὶ μέλιτος κρατήρ. Cf. 472 sq. 481.

V. 160 sq. Schol.: πολλὰ

(σύστημα.)

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

θύγατερ, ποῖ τις φροντίδος ἔλθῃ; 170

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ὦ πάτερ, ἀστοῖς ἴσα χρὴ μελετᾶν,
εἴκοντας ἃ δεῖ κοὐ κατοκνοῦντας.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

170 πρόσθιγέ νύν μου.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ψαύω καὶ δή.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὦ ξεῖνοι, μὴ δῆτ' ἀδικηθῶ
σοὶ πιστεύσας μεταναστάς. 175

ἀκούοντας.

V. 172. Ex Herm. coni. καί, quod in codd. ante μεταναστάς positum exstat, delevi.

κέλευθος ἑρατύει· οἷον πολλή ἐστιν ὁδὸς ἡ διαχωρίζουσά σε ἡμῶν. Δεῖ γὰρ νοεῖν, ὡς ἔτι πόρρωθεν προσφωνοῦσιν αὐτόν, μὴ δυνάμενοι ἐπιβῆναι τῷ τόπῳ.

V. 163. λόγον εἴ τιν' οἴσεις] Confert Elmsl. Trach. 123: ὧν ἔπι μεμφομένα σ' αἰδοῖα μὲν ἀντία δ' οἴσω.

V. 164. πρὸς ἐμὰν λέσχαν] Ad meum coetum, i. e. ad nos hic congregatos. Cf. Ant. 159: ὅτι σύγκλητον τήνδε γερόντων προὔθετο λέσχην.

V. 164. ἀβάτων ἀποβὰς ἵνα etc.] I. e. ἐκεῖσε, ἵνα. Sic infra 812. 900.

V. 167. ποῖ τις φροντίδος ἔλθῃ;] Sic 310: ποῖ φρενῶν ἔλθω; Trach. 705: οὐκ ἔχω τάλαινα, ποῖ γνώμης πέσω. Cf. Matth. §. 324, 8.

V. 168. Schol.: ἀστοῖς ἴσα χρὴ μελετᾶν· ἃ ἐκεῖνοι ἀσκοῦσι, τούτων καὶ σὲ δεῖ ἐπιμέλειαν ἔχειν. Cf. Eur. Med. 222: χρὴ δὲ ξένον μὲν κάρτα προσχωρεῖν πόλει.

V. 170. καὶ δή] De harum particularum usu ad El. 310. exposuimus.

V. 171. μὴ δῆτ' ἀδικηθῶ] I. e. μὴ δῆτ' ἀδικήσητέ με. Similiter Trach. 802: μηδ' αὐτοῦ θάνω. Alia exempla collegerunt Elmsl. ad Eur. Heracl. 559. et Matth. ad Troad. 173. et Gr. Gr. §. 516.

V. 172. Schol.: σοὶ πιστεύσας· κατά τινα συνήθειαν ποιητικὴν πληθυντικὸν προειπὼν ἑνικὸν ἐπέζευξεν.

Ibid. σοὶ πιστεύσας μεταναστάς] Id est ἐπειδὴ πιστεύσας σοὶ μετανέστην. Participii participio adiuncti exemplum attulit Hermannus Eurip. Suppl. 230 sqq.

(στροφὴ β'.)

ΧΟΡΟΣ.

οὔτοι μήποτέ σ' ἐκ τῶνδ' ἑδράνων,
ὦ γέρον, ἄκοντά τις ἄξει.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

175 προβῶ;

ΧΟΡΟΣ.

ἐπίβαινε πόρσω.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἔτι; 180

ΧΟΡΟΣ.

προβίβαζε, κούρα, πόρσω· σὺ γὰρ αἶεις.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ἕπεο μάν, ἕπε' ὧδ' ἀμαυρῷ κώλῳ, πάτερ, ᾗ σ' ἄγω.

ΧΟΡΟΣ.

180 τόλμα ξεῖνος ἐπὶ ξένης,

V. 175. Libri ἔτ' οὖν, ἔτι προβῶ; Eieci cum Hermanno ἔτ' οὖν ἔτι. Olim male ἔτι προβῶ cum Bothio aliisque deleveram.
Ibid. Libri πρόσω, quod primus correxit Bothius.
V. 177. Libri προςβίβαζε, quod primus correxit Reisigius. Tum ipse scripsi πόρσω. Libri πρόσω.
V. 179. Post hunc versum quattuor versus, unus Oedipi, duo

V. 173 sq. οὔτοι μήποτέ σ' — ἄξει] Non verendum, ne quis invitum te ex his locis abducat. Τάδε ἕδρανα ea sunt loca, quae occupare Oedipus recte potuit, non violata loci religione. De οὐ μή sequente indicativo futuri cf. v. 848 sq. et Rost. §. 135, 7. a.
V. 175. προβῶ;] Ut sensum totius loci perspectum habeas, tenenda haec sunt, bene ab Hermanno monita: Iusserat chorus Oedipum v. 160 sqq. ex eo loco, in quo stabat, abire. Dubitantem, faciatne an non, v. 168 sq. ut faciat hortatur filia. Ibi progredi incipit v. 170., petitque, ne quid severius de se statuatur, ubi locum sacrum reliquerit. Affirmat chorus non vi abstractum iri ex sede illa, i. e. ex eo loco huius in qua est regionis, quem tenere non sit nefas. Ita confirmatus rogat, satisne iam progressus sit, an pergere amplius debeat.
V. 176. ἔτι;] Quaerere sic Oedipus videtur, postquam paullisper iam progressus est.
V. 177. σὺ γὰρ αἶεις] Tu enim, inquit, intelligis et vides, qua ducere patrem debeas. HERM.
V. 178. ἕπεο μάν] Sic Hom. Il. V, 765: ἄγρει μάν οἱ ἕπεσθον Ἀθηναίην ἀγελείην. Conf. Matth. §. 605.
Ibid. ἀμαυρῷ κώλῳ] Non infirmo, ut Brunckius vertit, quasi ἀφαυρῷ legerit, sed caeco. Cf. 1639. ἀμαυραῖς χερσίν. REIS. Sed vide quae ad 1015. adnotata sunt. — ὧδε, huc. Cf. 1542: ὧδ' ἕπεσθε.
V. 180. τόλμα] In animum induc! nobis: cunt-

ὦ τλάμων, ὅ τι καὶ πόλις 185
τέτροφεν ἄφιλον ἀποστυγεῖν,
καὶ τὸ φίλον σέβεσθαι.

(σύστημα.)

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἄγε νυν σύ με, παῖ,
185 ἵν' ἂν εὐσεβίας ἐπιβαίνοντες
τὸ μὲν εἴποιμεν, τὸ δ' ἀκούσαιμεν, 190
καὶ μὴ χρείᾳ πολεμῶμεν.

(ἀντιστροφὴ β'.)

ΧΟΡΟΣ.

αὐτοῦ· μηκέτι τοῦδ' ἀντιπέτρου
βήματος ἔξω πόδα κλίνῃς.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

190 οὕτως;

Antigonae rursusque unus Oedipi, excidisse Hermanno propter antistropham videntur.

V. 180—183. in codd. Antigonae continuantur. Choro adscripsit primus Reisigius.

V. 186. Brunck. et Herm. εἴκωμεν et ἀκούσωμεν. Utraque scriptura in libris est.

schliefse dich! Vide El. 531. 1051. Trach. 1070. Phil. 870. 872. Fr. Iacobs. in Addit. ad Athen. p. 309 sq. et Matth. ad Eur. Hec. 330.

V. 181 sqq. ὅ τι καὶ etc.] I. e. καὶ ἀποστυγεῖν ὅ τι πόλις — ἄφιλον, καὶ τὸ φ. etc. Vide ad 53. — τέτροφεν, i. e. ἔχει. Cf. Ai. 503. 1125. O. R. 356. 374. Trach. 117.

V. 184 sqq. παῖ, ἵν' ἂν] De hiatu vide Herm. Elem. d. m. p. 373. — Ordo verborum est: ἄγε με ἐκεῖσε, ἵνα τὸ μὲν εἴποιμεν ἂν etc, age me illuc, ubi alia audire, alia dicere, i. e. ubi colloqui possimus. Sic infra 1288. (1289.). λέξαι τ' ἀκοῦσαί τ'. Eurip. Heracl. 183: εἴκειν ἀκοῦσαί τ' ἐν μέρει πάρεστί μοι. — εὐσεβίας ἐπιβαίνοντες, i. e. εὐσεβοῦντες. Vide quae ad Phil. 1435. adnotavi.

V. 187. καὶ μὴ χρείᾳ πολεμῶμεν] Non apta haec ex ἵν' ἂν particulis sunt, sed opposita verbis ἄγε με. Ceterum χρείᾳ πολεμεῖν eadem ratione dictum, qua Virg. Aen. IV, 38. pugnabis amori dixit pro resistes amori. Cf. Ant. 1106: ἀνάγκῃ δ' οὐχὶ δυςμαχητέον.

V. 188. αὐτοῦ] Ibi ubi es, sc. consiste.

V. 188 sq. Schol.: ἀντιπέτρου· τοῦ ἰσοπέτρου, τοῦ κατ' ἴσον βεβηκότος τῷ πέτρῳ· βήματος δὲ ὅπερ ἄνω εἶπε χαλκοῦν οὐδόν. Τοῦτον δὲ τὸν πέτρον ὑποτίθεται τοῦ ἀβάτου ὅριον.

V. 190. οὕτως;] Sic, sc. consistam? i. e. hic maneam?

ΧΟΡΟΣ.

ἅλις, ὡς ἀκούεις.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἑσθῶ; 195

ΧΟΡΟΣ.

λέχριός γ' ἐπ' ἄκρου λάου βραχὺς ὀκλάσας.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

πάτερ, ἐμὸν τόδ' ἐν ἡσυχίᾳ βάσει βάσιν ἅρμοσαι,

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

195 ἰώ μοί μοι.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

γεραὸν ἐς χέρα σῶμα σὸν 200
προκλίνας φιλίαν ἐμάν.

V. 191. Edd. vett. ἦ 'σθῶ; Aliquot codd. ἡσθῶ, quod est in edd. Triclinianis. Ricc. A. ἡσθῶ, cum gl. καθεσθῶ. In cod. Laur. adnotatum: γρ. ἦ στῶ, ὃ καὶ βέλτιον. E cod. Ven. στῶ excerptum pro ἦ στῶ, quod ediderat Brunckius, sed postea cum ἦ ἑσθῶ commutavit. HERM. Assentior nunc Hermanno, ἑσθῶ idoneis argumentis in nota ad h. l. defendenti. Cum eodem ἦ particulam eieci.

Ibid. ἅλις, ὡς ἀκούεις] Satis, sc. progressus es, ut iam audisti. De ἀκούεις vide ad 33.

V. 191. ἑσθῶ;] Recte inter alia Hermannus ad h. locum ad defendendum verbum ἑσθῶ et illustrandum haec monuit: non modo nihil impedit, quin ἑσθῶ proprie, i. e. passivo significatu, accipiatur, sed ea interpretatio etiam commendationem habet non contemnendam. Hoc enim videtur interrogare Oedipus, an a filia ad sedendum componi debeat. Nam quia caecus est, filiae indiget auxilio, quae eum in sede ista collocet, ne considere iussus, siid ipse faciat, labatur. Unde etiam supra v. 21. dixerat: κάθιζε νῦν με, et v. 11. ἐξίδρυσον.

V. 191. λέχριός γ' — ὀκλάσας] Genitivus λάου Elmsleio analogiae contrarius videtur. Est ille tamen ab Herodiano agnitus, ad quem Scholiasta et Suidas provocant. Sensus verborum est: obliquus (a latere enim saxum illud Oedipo est) in extremo saxo humilis considens. Neque enim pedes leviter inflexos, ut cum Brunckio Reisigius existimat, sed vel maxime flexos intelligi puto, ut in sede valde humili. Nam istam interpretationem quo pacto quis tueri possit, non video. Nostram firmat Eur. Heracl. 613: τὸν μὲν ἀφ' ὑψηλῶν βραχὺν ᾤκισε. Non plane dissimilis huius verbi usus in hac Sophoclis fabula 294. (290. meae ed.), 880. (877.). Adscendendum, an descendendum sit Oedipo, non liquet. Erat in isto loco saxum, non illud iustam ad sedendum altitudinem habens, sed aliquanto humilius, cuius in extrema parte considere chorus Oedipum iubet. HERM. Phrynichus apud Bekk. p. 56: ὀκλάσαι· τὸ τὰ γόνατα κάμψαι ἐγκαθίζοντα. Saepius non legitur apud tragicos. ELMSL. βραχὺς ὀκλάσας eodem modo dictum quo ταχὺς ἕρπει et sim., de quibus ad Phil. 1062. diximus.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὦ μοι δύςφρονος ἄτας.

ΧΟΡΟΣ.

ὦ τλάμων, ὅτε νῦν χαλᾷς,
200 αὔδασον, τίς ἔφυς βροτῶν,
τίς ὁ πολύπονος ἄγει, τίν' ἂν 205
σοῦ πατρίδ' ἐκπυθοίμαν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὦ ξένοι,
ἀπόπτολις· ἀλλὰ μή,

ΧΟΡΟΣ.

205 τί τόδ' ἀπεννέπεις, γέρον;

V. 193. Hermannus aliique ex coni. ἐν ἀσυχαίᾳ dederunt, quod mihi loci sententiae adversari videtur. Hinc retinui vulgatum, etsi metro, ut videtur, non congruit. ἅρμοσαι primus Hermannus Elmsleio auctore restituit, libri ἀρμόσαι.

V. 196. γεραὸν cum Dindorfio scripsi. Libri γεραιόν. Iidem recte γεραόν habent v. 238.

V. 193. πάτερ, ἐμὸν τόδ'] Scil. τὸ καθίζειν σε.

V. 193 sqq. ἐν ἡσυχίᾳ — φιλίαν ἐμάν] Placide gressum gressui accommoda senile corpus tuum reclinans in manum meam amicam. ἐν ἡσυχίᾳ similiter dictum atque supra v. 82. ἐν ἡσύχῳ.

V. 195. ἰώ μοί μοι] Sentit Oedipus, quam tristis res sit caecitas, ubi in loco saxis aspero ad sedem istam non sine adiumento filiae eniti se posse intelligit. HERM.

V. 198. ὦ μοι δύςφρονος ἄτας] Caecitatem suam dicere Oedipum, non crimina, quae imprudens commiserit, quum per se patet, tum recte ab Hermanno monitum.

V. 199. Schol.: ὅτε νῦν χαλᾷς· ὅτε νῦν εἴκεις καὶ οὐκ ἀντιτείνεις τῷ ἐξελθεῖν. λέγει δὲ ἐκ τοῦ ἱεροῦ.

V. 200 sqq. τίς ἔφυς βροτῶν — ἐκπυθοίμαν] Pluribus verbis, sed idem tribus his versibus Sophocles dixit atque Simonides, allatus iam a Reisigio, in Iacobs. Anth. Vol. I. p. 72. epigr. LXVIII. uno versiculo comprehendit: εἰπόν, τίς, τίνος ἐσσί, τίνος πατρίδος etc. Adde huius fab. 571 sq. (570 sq.). Nam τίς ἔφυς βροτῶν significat τίς βροτῶν εἶ τὴν φύσιν (Ai. 1260.), i. e. τίς βροτῶν σε ἔφυσε; (cf. 208—211.), brevius etiam: τίνος εἶ; Tum τίς ὁ πολ. ἄγει est: quis es, qui tot malis oppressus duceris? nisi praestat ἄγει cum Musgravio vivis, vitam agis interpretari, de quo ad O. R. 748. monitum; duobus verbis: τίς εἶ; Postremo verba τίν' ἂν — ἐκπυθοίμαν simili cum abundantia dicta sunt atque in Philoct. 222: ποίας πάτρας ὑμᾶς — τύχοιμ' ἂν εἰπών; id est: τίνος πατρίδος εἶ;

V. 204. Schol.: ἀπόπτολις· ἔρημος καὶ ἄπολίς εἰμι.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

μή, μή, μή μ' ἀνέρη τίς εἰμι, 210
μηδ' ἐξετάσῃς πέρα ματεύων.

ΧΟΡΟΣ.

τί τόδ';

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

αἰνὰ φύσις.

ΧΟΡΟΣ.

αὔδα.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

τέκνον, ὦ μοι, τί γεγώνω;

ΧΟΡΟΣ.

210 τίνος εἶ σπέρματος, ὦ
ξένε, φώνει, πατρόθεν. 215

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὦ μοι ἐγώ, τί πάθω, τέκνον ἐμόν;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

λέγ', ἐπείπερ ἐπ' ἔσχατα βαίνεις.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἀλλ' ἐρῶ. οὐ γὰρ ἔχω κατακρυφάν.

ΧΟΡΟΣ.

215 μακρὰ μέλλετον, ἀλλὰ τάχυνε.

V. 208. τί τόδ'; αἰνὰ ex mea coni. est. Libri τί τόδε; δεινά. Adiectivum αἰνός usurpatum a Soph. Ai. 687.

V. 215. μέλλετον — τάχυνε ex Herm. et Elmsl. coni. est; libri μέλλετ' — ταχύνατε.

ἀλλὰ μή· τὸ ἑξῆς· ἀλλὰ μή με ἀνέρη τίς εἰμι, μηδὲ ἐξετάσῃς. ἐμπαθὲς δὲ τὸ χωρίον, τῶν μὲν σπευδόντων μαθεῖν, τοῦ δὲ κατοκνοῦντος λέγειν. Οἱ δὲ διὰ βραχέων ἀκούοντες τἆλλα συμβάλλουσιν. οὐδὲν δὲ θαυμαστὸν ἐπίστασθαι τοὺς Ἀθηναίους τὰ ἐν Θήβαις πραττόμενα, μάλιστα οὕτως ἐπισήμων ὄντων τῶν κατὰ τὴν Σφίγγα.

V. 208. Schol.: ἡ ἐμὴ γένναδεινή ἐστι καὶ ἀθλία.

V. 210. τίνος εἶ σπέρματος — πατρόθεν] Qua stirpe paterna sis. πατρόθεν, id est πρὸς πατρός, dictum pro πατρίου. Similiter Hom. Il. X, 68: πατρόθεν ἐκ γενεῆς ὀνομάζων ἄνδρα ἕκαστον.

V. 212. τί πάθω] Quid agam? Sic Hom. Il. XI, 404. Trach. 973. Cf. Valck. ad Eur. Phoen. 902. Blomf. ad Aesch. Pers. 909. et Pflugk. ad Eur. Hec. 614.

V. 213. λέγ', ἐπείπερ — βαίνεις] Dic, quoniam in extremis versaris. Quum enim iam illud ei exciderit, in-

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Λαΐου ἴστε τίν'; 220

ΧΟΡΟΣ.

ὦ. ἰοὺ ἰού.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

τό τε Λαβδακιδᾶν γένος;

ΧΟΡΟΣ.

ὦ Ζεῦ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἄθλιον Οἰδιπόδαν;

ΧΟΡΟΣ.

σὺ γὰρ ὅδ' εἶ;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

δέος ἴσχετε μηδὲν ὅσ' αὐδῶ.

ΧΟΡΟΣ.

220 ἰώ, ὦ ὦ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

δύςμορος.

ΧΟΡΟΣ.

ὦ ὦ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

θύγατερ, τί ποτ' αὐτίκα κύρσει; 225

V. 216. ἀπάγονον, quod in libris post τίν' adiectum, primus spurium esse vidit Reisigius. Tum ὦ. ἰοὺ ἰού cum Herm. scripsi. Libri ὦ ὦ ἰού.

V. 220. Hermannus totum hunc versum ex coni. Choro adtribuit.

fandam esse originem suam, eo est adductus, ut detrectare confessionem sceleris nequeat. HERMANN.

V. 214. Schol.: κατακρυφάν· ἀποφυγὴν τοῦ μὴ εἰπεῖν.

V. 216. Λαΐου ἴστε τίν';] I. e. ἔκγονόν τινα Λαΐου. Ceterum Scholiasta: εὖ διατέθειται γνωριζόμενον ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων Οἰδίποδα, ὑπὲρ τοῦ μὴ γενεαλογοῦντα ἄνωθεν ἐνοχλεῖν αὐτὸν τοῖς θεωμένοις. ἀλλ' ὅγε Εὐριπίδης τοιοῦτος. ἐν γοῦν ταῖς Ἱκέτισι [v. 104 sqq.] τὸν Θησέα ὑποτέθειται τοὺς περὶ τὸν Ἄδραστον ἀγνοοῦντα ἕνεκά τοῦ μηκῦναι τὸ δρᾶμα.

V. 218. Οἰδιπόδαν] De hac accusativi forma vide Valck. ad Phoen. 820.

V. 219. Schol.: δέος ἴσχετε μηδέν· ὅσα, φησί, λέγω περὶ τούτων, μηδὲν φοβεῖσθε. Cf. Matth. §. 421. not. 4. Ceterum recte Erfurdtius monuit videri Coloniatas deorum iram metuisse, quod hominem consceleratum excepissent.

V. 221. Schol.: τί ποτ'

ΧΟΡΟΣ.

ἔξω πόρσω βαίνετε χώρας.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἃ δ' ὑπέσχεο ποῖ κατάθησεις;

ΧΟΡΟΣ.

οὐδενὶ μοιραδία τίσις ἔρχεται
225 ἂν προπάθῃ τὸ τίνειν· ἀπάτα δ' ἀπά- 230
ταις ἑτέραις ἑτέρα παραβαλλομέ-
να πόνον, οὐ χάριν ἀντιδίδωσιν ἔ-
χειν. σὺ δὲ τῶνδ' ἐδράνων πάλιν ἔκτοπος
αὖθις ἄφορμος ἐμᾶς χθονὸς ἔκθορε,

V. 224. μοιραδία ex Lb. rescripsi. Eodem ducunt corruptelae multorum eorumque optimorum codicum. Vulgo μοιριδία.
V. 225. ἂν ex mea coniectura scripsi. Libri ὤν.

αὐτίκα κύρσει· τί προβήσεται ἡμῖν· ὁρῶ γὰρ τούτους μυσαττομένους με. De κύρσει comparat Neuius Phil. 275. Eur. Hec. 679: ἕτερα δ' ἀφ' ἑτέρων κακὰ κακῶν κυρεῖ. Seidl. ad Iph. T. 741.

V. 222. Schol.: ἔξω — χώρας· ἀκούσαντες τὰ κατ' αὐτὸν ἀξιοῦσιν ἐξιέναι τοῦ χωρίου. φησὶν οὖν ὁ Οἰδίπους, ὅτι πρότερον ὑπέσχεσθε τὸ μὴ ἐκβαλεῖν με. οἱ δὲ φασίν, οὐδεμία τίσις ἔρχεται τοῖς προπαθοῦσιν ἀντιτιμωρουμένοις. καὶ ἡμεῖς οὖν ἀπατηθέντες ὑπὸ σοῦ ἐν μέρει ἀπατῶμέν σε. πέφρασται δὲ δυνατῶς.

V. 223. ποῖ καταθήσεις;] Musgravius: quomodo exsolves? Sic infra 476: τὸ δ' ἔνθεν ποῖ τελευτῆσαί με χρή; Cf. 383. 1734. SCHAEF. Depromptum genus dicendi ex locutione ἃ μὴ κατέθου μὴ ἀνέλῃ. Cf. Plato de Legg. XI. p. 915.

V. 224 sq. οὐδενὶ — τὸ τίνειν] Patet ἂν pro ἃ ἂν dictum esse, ut v. 13. Ant. 1057. O. R. 580. Ai. 1085. Itaque sensus hic est: nemini poena fatalis contingit, quum rependit iniurias prius acceptas. De locutione τίνειν τὰ πάθη conf. huius fab. v. 1203., de ἔρχεσθαί τινι quae ad Philoct. 141. adnotavimus. Μοιραδία τίσις Hermanno sic intelligendum videtur, ut nulla necessitate constituta esse justae vindictae poena dicatur.

Ibid. οἰνῶπα νέμουσα] Sic ex Dindorfii coniectura scribendum putavi, quum ἀνέχουσα, quod libri habent, non satis aptum sit, quanquam illud certum, verbum ἀνέχειν significatu colendi sive honorandi saepius usurpatum esse. Cf. Ai. 212: ἐπεί σε λέχος δουριάλωτον στέρξας ἀνέχει θούριος Αἴας. Eurip. Hec. 122: ἦν δὲ τὸ μὲν σὸν σπεύδων ἀγαθὸν τῆς παντιπόλου βάκχης ἀνέχων λέκτρ' Ἀγαμέμνων. Pind. Pyth. II, 88: χρὴ δὲ πρὸς θεὸν οὐκ ἐρίζειν, ὃς ἀνέχει ποτὲ μὲν τὰ κείνων, τότ' αὖθ' ἑτέροις ἔδωκεν μέγα κῦδος. Monuitque iam Scholiasta ad Ai. 212: ἀνέχει· ἀντὶ τοῦ ἀνυψοῖ, τιμᾷ, et Grammaticus de Constr. Verb. p. 371. Herm., quem attulit Reisigius: ἀνέχω — ἀντὶ τοῦ στέργω καὶ τιμῶ, αἰτιατικῇ· ὡς Εὐριπίδης· τῆς μαντιπάλου Ἀγαμέμνων.

V. 674. τὰν ἄβατον θεοῦ] Recte interpretes Bacchum significari viderunt.

V. 675. φυλλάδα μυριόκαρπον] Elmsleius: intelligam, inquit, laurum, quam πάγκαρπον appellat Sophocles O. R. 83., ut hic μυριόκαρπον. Conf. v. 16. Rectius Hermannus: „videtur," inquit, „omnino arboribus densum nemus describi Baccho sacrum." Apte Neuius confert Trach. 754: ἔνθα πατρῴῳ Διὶ βωμοὺς ὁρίζει τεμενίαν τε φυλλάδα.

V. 675 sq. Schol.: ἀνήλιον· διὰ τὴν δασύτητα τῶν φύλλων. De locutione ἀνήνεμον χειμώνων vide infra v. 786. ἄνατος κακῶν,

BODLEIAN LIBRARY OXFORD

χειμώνων· ἵν' ὁ βακχιώ-
τας ἀεὶ Διόνυσος ἐμβατεύει
θεαῖς ἀμφιπολῶν τιθήναις. 680

(ἀντιστροφὴ α'.)

680 θάλλει δ' οὐρανίας ὑπ' ἄ-
χνας ὁ καλλίβοτρυς κατ' ἦμαρ ἀεὶ
νάρκισσος, μεγάλαιν θεαῖν
ἀρχαῖον στεφάνωμ', ὅ τε

V. 679. Cum Elmsleio metri causa θεαῖς scripsi. Libri θείαις.

865. ἄφωνον τῆσδε τῆς ἀρᾶς, et ad O. R. 186. Conf. Rost. §. 108. not. 19. Apte autem Scholiasta cum verbis ἀνήλιον — χειμώνων comparandos monuit Homericos versus (Od. τ, 440 sq. coll. ε, 478 sq.): τὴν μὲν ἄρ' οὔτ' ἀνέμων διάει μένος ὑγρὸν ἀέντων, οὔτε μιν ἠέλιος φαέθων ἀκτῖσιν ἔβαλλεν.

V. 678. ἐμβατεύει] Hellerus confert Aesch. Pers. 448: Πᾶν ἐμβατεύει ποντίας ἀκτῆς ἔπι, consulique Blomfieldium iubet in gloss. 455.

V. 679. θεαῖς ἀμφ. τιθήναις] I. e. Nymphis. Eur. Cycl. 4: ὦ Βρόμιε — Νύμφας ὀρείας ἐκλιπὼν ᾤχου τροφούς. Hygin. Astron. Poet. lib. II, 17: Liberum patrem ut redderent nutricibus Nymphis. Cf. Diod. Sic. IV, 2. MUSGR. De dativo, qui ex ἀμφιπολῶν aptus est, cf. Matth. §. 405. not. 2. Significat autem ἀμφιπολεῖν hic peragrare. Cf. v. 1093.

V. 681 sq. ὁ καλλίβοτρυς — νάρκισσος] Reisigio iudice καλλίβοτρυς pulcricomus est. At quum βότρυς a poetis pro βόστρυχος dicitur, non simpliciter comae, sed cincinni ad uvae similitudinem conglomerati intelliguntur. Sic etiam narcissus καλλίβοτρυς est floribus spissus. HERM. Plura de narcisso legere licet apud Salmasium Plin. Exerc. p. 71 sq., quem Neuius laudat, et apud Thudichum ad h. l. p. 297 sq. De pleonasmo κατ' ἦμαρ ἀεί cf. Philoct. 797 sq. Eur. Troad. 392. et quod hac ipsa fab. infra legitur αἰὲν ἐπ' ἤματι. Adde Pors. ad Eur. Phoen. 1422. extr.; de locutione κατ' ἦμαρ vide Matth. §. 581.

V. 682 sq. μεγάλαιν — στεφάνωμα] Fallitur Scholiasta, qui scribendum coniicit μεγαλᾶν θεᾶν, quo significentur Furiae [quae σεμναί, non μεγάλαι appellantur]. Satis enim constat μεγάλας θεὰς Cererem et Proserpinam dici, quarum si antiquum coronamentum narcissum esse poeta dicit, Proserpinam potissimum videtur in mente habere, quam narcisso eximie gavisam esse Scholiasta ostendit, cuius docta ad h. l. adnotatio est; quem florem legens rapta a Plutone esse fertur, ut Pamphos apud Pausaniam IX, 31, 6. et Homerus in hymno Cereris [v. 6 sqq., ad quos vide interpretes] prodiderunt. HERM. Apte Neuius confert Pausan. VIII, 31, 1: τὸ δὲ ἕτερον — θεῶν ἱερὸν τῶν μεγάλων· αἱ δέ εἰσιν αἱ μεγάλαι θεαὶ Δημήτηρ καὶ Κόρη.

V. 683 sq. Schol.: ὅ τε χρυ-

χρυσαυγὴς κρόκος· οὐδ' ἄϋ- 685
685 πνοι κρῆναι μινύθουσι
Κηφισσοῦ νομάδες ῥεέ-
θρων, ἀλλ' αἰὲν ἐπ' ἤματι
ὠκυτόκος πεδίων ἐπινίσσεται
ἀκηράτῳ ξὺν ὄμβρῳ 690
690 στερνούχου χθονός· οὐδὲ Μου-
σᾶν χοροί νιν ἀπεστύγησαν, οὐδ' ἁ
χρυσάνιος Ἀφροδίτα.

σαυγὴς κρόκος· τοῖς τὸν νάρκισσον τῇ Δήμητρι ἀπονέμουσι τοῦτο συμπράττει, ὅτι κἂν τῇ Νιόβῃ ὁ Σοφοκλῆς τὸν κρόκον ἄντικρυς τῇ Δήμητρι ἀνατίθεται, ὥστε καὶ νῦν τὸν λόγον εἶναι περὶ τῶν Δήμητρος στεφανωμάτων· καὶ αὐτὸ δὲ τοῦτο ἴδιον ἂν εἴη Σοφοκλέους· τοῖς γὰρ ἀνθινοῖς οὐ πάνυ φασὶν ἥδεσθαι τὴν Δήμητρα. Reisigius: „Meleagro Epigr. II, 7. est χρυσάνθης κόμαισι κρόκος; alibi ξανθόθριξ appellatur; Latine ruber vel luteus." De hac quoque planta plura collegit Thudichum p. 298 sq.

V. 686. Κηφισσοῦ] Cephissus non longe ab Eleusine in mare defertur. Qui Athenis Eleusinem via sacra ibant, Cephissum ponte, in quem exstat Simonidis epigramma, transmittebant. Fluvius est perennis nec unquam deficiens, cui proinde Sophocles vere κρήνας ἀΰπνους tribuit. Fallitur Strabo fluvium hunc confundens cum rivo, qui occidentalem partem urbis alluebat et in Phalericum sinum demittebatur. Huius erroris testem profero virum antiquitatis peritissimum, qui loca adiit et curiose inspexit, Iacobum Sponium. Vide enarrationem itineris editam Lugduni a. 1678. T. II. p. 276. Ab opposita seu orientali urbis parte, longe a Colono, ab Eleusine longius, fluebat Ilissus. BR. De situ Cephissi vide etiam Schol. ad 1055.

V. 686. νομάδες] Hermanno sic dici videntur Cephissi fontes, sive quod in plures rivos divisus fluat, sive quod imbribus subito augeantur; respondere enim hoc nomen fere Latino vagus. Rectius Brunckius reddidit: agrum pererrantes.

V. 687 sq. Schol.: ἀλλ' αἰὲν ἐπ' ἤματι· ἀλλ' ἀεὶ καθ' ἡμέραν, φησίν, ἐπινίσσεται ὁ Κηφισσός, ὠκυτόκα ποιῶν τὰ πεδία καὶ ἔγκαρπα. Genitivos πεδίων στερνούχου χθονός a verbo ἐπινίσσεται pendere recte recentiores interpretes monuerunt. Tum Dindorfius ὠκυτόκον, inquit, poeta fluvium dicit agros foecundantem. De fluvio aquas, si quando defecerint, cito reparante, quae quorundam interpretum sententia est, cogitari nequit. Nam tale quid si dicere voluisset Sophocles, in promptu erat epitheto uti aliquanto aptiore ὠκύροος, quod optime conveniret Cephisso, qui χειμαῤῥώδης dicatur ab Strabone.

V. 690. Schol.: στερνούχου χθονός· ἀντὶ τοῦ πεδιούχου χθονός· μεταφορικῶς γὰρ καὶ στέρνα καὶ νῶτά φασι τῆς γῆς τὰ πεδιώδη καὶ εὐρέα, καθάπερ αὖ πάλιν αὐχένας τὰ στενά.

V. 691. Schol.: νιν· τὴν Ἀττικήν. Colonum maxime intellige. Elmsleius adscripsit Pausan. I, 30, 2: ἔστι δὲ καὶ Μουσῶν βωμός, καὶ ἕτερος Ἑρμοῦ, καὶ ἔνδον Ἀθηνᾶς.

(στροφὴ β'.)

ἔστιν δ' οἷον ἐγὼ γᾶς Ἀσίας οὐκ ἐπακούω, 695
οὐδ' ἐν τᾷ μεγάλᾳ Δωρίδι νά-
σῳ Πέλοπος πώποτε βλαστὸν
φύτευμ' ἀχείρωτον, αὐτόποιον,
ἐγχέων φόβημα δαΐων,
ὃ τᾷδε θάλλει μέγιστα χώρᾳ, 700

V. 695. Brunckius metri gratia cum Triclin. ποτε pro πώποτε scripsit. Hermannus in versu potius antistrophico χθονὸς de suo ante αὔχημα adiecit. Fortasse in utroque versu aliquid a librariis additum.

V. 693. γᾶς Ἀσίας] De genitivo cf. Matth. §. 377. I. De re conferunt Paus. I, 30, 2. (de Academia): καὶ φυτόν ἐστιν ἐλαίας, δεύτερον τοῦτο λεγόμενον φανῆναι. Herodot. V, 82: ἐδέοντο ὦν οἱ Ἐπιδαύριοι Ἀθηναίων ἐλαίην σφι δοῦναι ταμέσθαι, ἱρωτάτας δὴ κείνας νομίζοντες εἶναι. λέγεται δὲ καί, ὡς ἐλαῖαι ἔσαν ἄλλοθι γῆς οὐδαμοῦ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἢ Ἀθήνησι.

V. 694 sq. ἐν τᾷ — Πέλοπος] Ut ab Sophocle hic Asia et Peloponnesus pro orientis et occidentis oris nominantur, ita Scythae et Peloponnesus ab Aeschylo Eum. 706: οὔτ' ἐν Σκύθαισιν οὔτε Πέλοπος ἐν τόποις. HERM. Reisigius affert Thucyd. I, 12: Δωριεῖς — ὀγδοηκοστῷ ἔτει (μετὰ Ἰλίου ἅλωσιν) ξὺν Ἡρακλείδαις Πελοπόννησον ἔσχον.

V. 697. Schol.: ὅτι ἀπέσχοντο τῶν μορίων οἱ Λακεδαιμόνιοι, καὶ ἄλλοι ἱστοροῦσι καὶ Φιλόχορος, ὥστε ταῖς ἀληθείαις ἐγχέων αὐτὰς φόβημα τοῖς πολεμίοις γενέσθαι. Λακεδαιμόνιοι γὰρ ἐμβαλόντες ἐν τῇ Ἀττικῇ δέκα μυριάσι Πελοποννησίων καὶ Βοιωτῶν, ἡγουμένου Ἀρχιδάμου τοῦ Ζευξιδάμου Λακεδαιμονίων βασιλέως, ἀπέσχοντο τῶν λεγομένων μορίων, Ἀθηνᾶ θύσαντες, ὡς Ἀνδροτίων φησί. — δαΐων· πολεμίων. Neuius: „Lenz. ad Philoch. p. 57. laudat Schol. Aristoph. Nub. 999. et Plutarch. Thes. 31."

V. 698. ὃ — χώρᾳ] Idque ita est etiamnunc, ut narrat Bartholdus in fragmentis, qui p. 220. de oleis: Schönere kann man nirgend sehen, inquit; kaum lassen sich die um Palermo oder auf der Riviera von Genua mit diesen unsterblichen vergleichen, die mit immer verjüngter Kraft Zweige und Sprösslinge treiben. REIS.

V. 699. Schol.: γλαυκᾶς παιδοτρόφου· καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Νεφέλαις· ἀλλ' εἰς Ἀκαδημίαν κατιὼν ὑπὸ ταῖς μορίαις ἀποδρέξεις. Ὁ δὲ Ἴστρος καὶ τὸν ἀριθμὸν αὐτῶν δεδήλωκε γράφων οὕτως· * * * ἔνιοι δὲ κλάδον τῆς ἐν Ἀκαδημίᾳ ἐλαίας ἀπὸ τῆς ἐν ἀκροπόλει φυτευθῆναί φασιν· ἐπάρατον δὲ ἐποιήσαντο, εἴ τις τῶν ἐμβαλόντων αὐτὰς ἐκκόψειε, φίλος ἢ πολέμιος· δι' ὃ Λακεδαιμόνιοι τὴν λοιπὴν γῆν δηοῦντες [Thucyd. II, 12 sq.] τῆς μὲν τετραπόλεως ἀπέσχοντο διὰ τοὺς Ἡρακλείδας, τῶν δὲ μορίων διὰ τὰς ἀράς. Ὁ δὲ Ἀριστοτέλης καὶ τοῖς νικήσασι τὰ Παναθήναια ἐλαίου τοῦ ἐκ μορίων γινομένου δίδοσθαί φησι. De παι-

γλαυκᾶς παιδοτρόφου φύλλον ἐλαίας·
700 τὸ μέν τις οὐ νέωρος οὔτε γήρᾳ
σημαίνων ἁλιώσει χερὶ πέρ-
σας· ὁ γὰρ αἰὲν ὁρῶν κύκλος
λεύσσει νιν Μορίου Διός, 705
χἁ γλαυκῶπις Ἀθάνα.

V. 700. οὐ νέωρος ex mea coni. scripsi. Libri veteres οὔτε νεαρός, Triclin., quos secutus est Brunckius, οὔτε νέος. Νέωρος duabus syllabis pronuntiandum.

V. 702. αἰὲν ex Porsoni coniectura scripsi. Libri εἰραιέν.

δοτρόφου confert Musgravius Eur. Ion. 1432: στέφανον ἐλαίας ἀμφέθηκά σοι τότε, ἣν πρῶτ' Ἀθάνα σκόπελον εἰρηνέγκατο, Hesychium: στέφανον ἐκφέρειν· ἔθος ἦν, ὁπότε παιδίον ἄρρεν γένοιτο παρὰ Ἀττικοῖς, στέφανον ἐλαίας τιθέναι πρὸ τῶν θυρῶν, ἐπὶ δὲ τῶν θηλειῶν ἔρια διὰ τὴν ταλασίαν.

V. 700. Schol.: τὸ μέν· τὸ φυτὸν τῆς ἐλαίας.

V. 700 sq. οὐ — ἁλιώσει] Non iuvenis neque senex imperator delebit. Vaticinatur ex eventis Chorus. Xerxes enim prior est, alter Archidamus. Nam Lacedaemonii hoc duce διὰ τὰς ἀρὰς quidem ἀπέσχοντο τῶν λεγομένων μορίων, ut secundum Androtionem narrat Scholiasta. Xerxes autem, teste Herodoto VIII, 55., eversa Acropoli et Minervae olea combusta, iussit altero die Athenienses sacra facere Minervae. Qui quum in templum ascendissent, viderunt e trunco oleae denuo efflorusisse ramum in cubiti longitudinem, ὥρων βλαστὸν ἐκ τοῦ στελέχεος ὅσον τε πηχυαῖον ἀναδεδραμηκότα. Pausaniae atque Libanii sententias Herodoteis contulit Valckenarius. Iuvenem autem fuisse Xerxem eo tempore confirmat Aeschylus Persis 779: Ξέρξης δ' ἐμὸς παῖς ὢν νέος νέα φρονεῖ. Porro Archidamum aetate iam provectum colligimus ex ipsius oratione apud Thucydidem I, 80: καὶ αὐτὸς πολλῶν ἤδη πολέμων ἔμπειρός εἰμι, ὦ Λακεδαιμόνιοι, καὶ ὑμῶν τοὺς ἐν τῇ αὐτῇ ἡλικίᾳ ὁρῶ. REIS. ἁλιώσει χερὶ πέρσας, i. e. radicitus delebit, ubi manu detruncaverit.

V. 702. κύκλος] Frequens hoc apud poetas de oculo. Cf. Philoct. 1354.

V. 703. λεύσσει] Confert Neuius v. 869. 1370. 1453. Elect. 175. Schol.: Μορίου Διός· Μόριον Δία εἶπε τὸν ἐπόπτην τῶν μορίων ἐλαιῶν· καὶ ἔστιν ὁ λεγόμενος Μόριος Ζεύς, ὥς φησιν Ἀπολλόδωρος· περὶ Ἀκαδημίαν ἐστὶν ὅ τε τοῦ Καταιβάτου Διὸς βωμός, ὃν καὶ Μόριον καλοῦσι, τῶν ἐκεῖ μορίων παρὰ τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἱερὸν ἱδρυμένων. Addit Reisigius: „Quod oleae sacrae μόριαι vocantur, eius rei causa repetenda est ab Halirrhothii fabula, quam narrat Schol. ad Arist. Nub. 1001. Is enim Neptuni filius, quum suo invento Minerva superasset Neptunum atque Athenarum praesidium accepisset, oleam Minervae excidere conatus sublata securi aberravit atque semet vulneratum occidit. Vere enim Grammaticus in Etymol. M. p. 590. l. 42. ab illius fato duxit originem nominis: ἀπὸ οὖν τοῦ περὶ αὐτὸν

(ἀντιστροφὴ β'.)

705 ἄλλον δ' αἶνον ἔχω ματροπόλει τᾷδε κράτιστον,
δῶρον τοῦ μεγάλου δαίμονος, εἰ-
πεῖν, αὔχημα μέγιστον, 710
εὔιππον, εὔπωλον, εὐθάλασσον.
ὦ παῖ Κρόνου, σὺ γάρ νιν ἐς
710 τόδ' εἶσας αὔχημ', ἄναξ Ποσειδάν,
ἵπποισιν τὸν ἀκεστῆρα χαλινὸν

V. 707. Vide ad v. 695.

μύρον, ὅτι ἀνηρέθη κόπτων τὰς ἐλαίας, μορία ἐκλήθη. Itaque Plinius H. N. XVI, 44: Athenis quoque olea durare traditur in certamine edita a Minerva. Adde Servium ad Virg. Georg. I, 18., Ciceronem de Legg. I, 1, 2."

V. 705. ματροπόλει] Confert Reisigius 1480. γᾷ ματέρι.

V. 706. τοῦ μεγάλου δαίμονος] Neptuni.

V. 708. Schol.: εὔιππον· παρ' ὅσον ὁ Κολωνὸς ἱππεὺς ἐλέγετο, καὶ Ποσειδῶν καὶ Ἀθηνᾶ αὐτόθι Ἵππιοι. Haeserunt quidam editores in coniunctis nominibus εὔιππον et εὔπωλον. Sed sana est, inquit Doederlinus, vulgata. Imitatus videtur Simmias apud Hephaest. p. 43. (75. ed. Gaisf.): σοὶ μὲν εὔιππος, εὔπωλος, ἐγχέσπαλος δῶκεν αἰχμὰν Ἐνυάλιος εὔσκοπον ἔχειν. Si discernere velis synonyma, εὔιππον δῶρον indicabit artes equorum bene subactorum et ad res bellicas aptatorum, εὔπωλον autem genus equorum nobile et natura eximium. Neuius comparat Theocr. II, 48: τῷδ' ἔπι πᾶσαι καὶ πῶλοι μαίνονται ἀν' ὤρεα καὶ θοαὶ ἵπποι. De locutione δῶρον εὔιππον etc. vide Matth. §. 446. not. 3. e.

Ibid. εὐθάλασσον] Neptunus enim cum Pallade de urbis nomine et praesidio certasse fertur, quum ipse primum mare edidisset in acropoli: quod θάλασσα Ἐρεχθηΐς appellatum est ab Atheniensibus. Adi Herodotum VIII, 55., Apollodorum III, 14. et quos profert Bentleius ad Horat. Od. I, 7, 7. REIS. Explicat εὐθάλασσον poeta ipse verbis ἁ δ' εὐήρετμος — ἀκόλουθος.

V. 709. Schol.: ὦ παῖ Κρόνου· αὐτόθι φασὶ Ποσειδῶνα πρῶτον ἵππους ζεῦξαι καὶ χαλινῶσαι, καὶ ταῦτα δὲ ἐπὶ θεραπείᾳ φησὶ τῶν οἰκείων ὁ Σοφοκλῆς· ὁ γὰρ Κολωνὸς ἱππεὺς ὠνομάσθη παρ' ἃς ἐξεθέμην αἰτίας διὰ τὸν Ἄδραστον (Bekk. Anecdot. p. 350.). ἄλλοι δέ φασιν, ὡς Ἄδραστον φεύγοντα καὶ ἐπὶ Κολωνοῦ στήσαντα τοὺς ἵππους Ποσειδῶνα καὶ Ἀθηνᾶν ἱππίους προσαγορευθῆναι. (Cf. Creuzer. Symb. II. p. 782.) ὁ δὲ ἐπὶ τὸ σεμνότατον ἄγει τὸ πρᾶγμα τῇ ποιητικῇ χρώμενος ἀδείᾳ. περὶ τὰ τρία ταῦτα κεφάλαια μάλιστα διατρίβουσι τοῦ ἐγκωμίου, ὅτι εὔφορος ἡ χώρα, καὶ ὅτι ἱππικοὶ Ἀθηναῖοι, καὶ ὅτι ναυτικοί. Apud Pindarum Ol. XIII, 69. Neptunus est Δαμαῖος. NEUIUS.

V. 709 sq. ἐς τόδ' εἶσας αὔχημα] Locutio similis ei, de qua ad Philoct. 1435. exposui. De εἶσας vide Matth. §. 235, 1.

V. 711 sq. ἀκεστῆρα χαλινὸν dicit, qui medeatur ferociae equorum. Similiter Pind. Ol. XIII, 97. φίλτρον ἵππειον vocat. HERM. Apte Dissen. cum illo loco eiusdem odae v. 85. confert: φάρμακον πραῦ τείνων

πρώταισι ταῖςδε κτίσας ἀγυιαῖς. 715
ἁ δ' εὐήρετμος ἔκπαγλ' ἀλία
χερσὶ παραπτομένα πλάτα
θρώσκει, τῶν ἑκατομπόδων
Νηρῇδων ἀκόλουθος.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ὦ πλεῖστ' ἐπαίνοις εὐλογούμενον πέδον, 720
νῦν σοι τὰ λαμπρὰ ταῦτα δεῖ φαίνειν ἔπη.

ἀμφὶ γένυι. De usu verbi κτίζειν Neuius comparat Trach. 898. et Blomf. Aesch. Pers. gloss. 294.

V. 713 sqq. ἁ δ' εὐήρετμος — θρώσκει] Iungenda verba ita sunt: ἁ δ' εὐήρετμος πλάτα ἔκπαγλα ἀλία (i. e. ἐν ἁλὶ) χερσὶ παραπτομένα θρώσκει. Recte Elmsleius monuit εὐήρ. πλάτα dictum esse ut καλλίχειρες ὠλέναι, πόδα τυφλόπουν, εὐπήχεις χεῖρας aliaque similia, cuiusmodi ad Ant. 500 sq. attuli. Apparet autem poetam nomen πλάτα ita posuisse, ut non de solo remo, sed simul de tota navi accipi vellet. Sic Ai. 349. ed. meae. Similis est voc. κώπη usus. Cf. Eur. Hel. 666. 1272. et Andr. 866. Itaque hoc dicere videtur: navis vero remis bene instructa admirabiliter manibus remigum praetervehitur (quod litora legebant) et saltat in mari.

V. 715 sq. τῶν ἑκ. — ἀκόλουθος] Cum Nymphis saltare dicuntur naves ab Euripide El. 434: πέμπουσαι χοροὺς μετὰ Νηρῇδων, ubi Seidlerus apposuit et haec Sophoclea et Eur. Hel. 1467: ὦ ταχεῖα κώπα — χοραγὲ τῶν καλλιχόρων δελφίνων. REIS.

Ibid. τῶν ἑκατομπόδων] Quinquaginta numero fuere Nereides (sic docet Hesiod. Theog. 264. Eur. Iph. A. 1062. Iph. T. 428.), quas propterea Sophocles ἑκατόμποδας satis insolenter vocat. Ovidius tamen Fast. VI, 499: Excipit illaesos Panope centumque serores. Propertius III, 33: O centum aequoreae Nereo genitore puellae. Plato Critia Vol. III. p. 116. E: Νηρηΐδας δὲ ἐπὶ δελφίνων ἑκατὸν κύκλῳ· τοσαύτας γὰρ ἐνόμιζον αὐτὰς οἱ τότε εἶναι. MUSGR. Cf. Valcken. Anim. ad Ammon. III, 1. Reisigius cum Bothio et Elmsleius centum dici Nereides credunt, vocabulo πούς nonnisi periphrasiu faciente, ita ut Elmsleius tamen ἐκ. Νηρ. hoc sensu dictum putet, ἑκατὸν Νηρηΐδας ὀρχηστρίδας. Doederlinus „Non aliud," inquit, „hoc epitheton quam pernicitatem, centum quasi pedibus properantium, ut ἑκατόγχειρ vires ac robur Briarei indicat. Item Furia Electr. 488. καὶ πολύπους καὶ πολύχειρ." Adde Lobeck. ad Ai. v. 55. p. 101. ed. sec.

V. 716. ἀκόλουθος] Gl. Vict. ὅμοιος. Accuratius etiam primitiva potestate potest accipi: τὴν αὐτὴν κέλευθον ἔχουσα. DOED. Vide ad O. R. 207.

V. 717 sqq. Schol.: ὦ πλεῖστ' ἐπαίνοις· Ἀντιγόνη ταῦτά φησιν ὁρῶσα προϊόντα τὸν Κρέοντα μετὰ χειρός· ἐπὶ τὸν Οἰδίπουν δὲ ἀφῖκται ὁ Κρέων, καὶ μὴ πείσας αὐτὸν παρασπᾶται αὐτοῦ τὴν Ἀντιγόνην, φθάσας κατὰ τὴν ὁδὸν καὶ τὴν Ἰσμήνην ἀφελέσθαι. De locutione πλεῖστα εὐλογούμενον ad Philoct. 252. diximus.

V. 718. φαίνειν] Com-

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

τί δ' ἔστιν, ὦ παῖ, καινόν;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ἄσσον ἔρχεται

720 Κρέων ὅδ' ἡμῖν οὐκ ἄνευ πομπῶν, πάτερ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὦ φίλτατοι γέροντες, ἐξ ὑμῶν ἐμοὶ

φαίνοιτ' ἂν ἤδη τέρμα τῆς σωτηρίας. 725

ΧΟΡΟΣ.

θάρσει, παρέσται. καὶ γὰρ εἰ γέρων κυρῶ,

τὸ τῆσδε χώρας οὐ γεγήρακε σθένος.

ΚΡΕΩΝ.

725 Ἄνδρες, χθονὸς τῆσδ' εὐγενεῖς οἰκήτορες,

ὁρῶ τιν' ὑμᾶς ὀμμάτων εἰληφότας

φόβον νεωρῆ τῆς ἐμῆς ἐπεισόδου, 730

ὃν μήτ' ὀκνεῖτε, μήτ' ἀφῆτ' ἔπος κακόν.

V. 734. Pro ἀνδρῶν ὕπο Brunckius ex Par. B. T. Vat. Farn. ἀστῶν ὕπο scripsit.

probare, rata facere. Confert Hermannus Trach. 239: εὐκταῖα φαίνων, ἢ 'πὸ μαντείας τινός; De dativo σοὶ vide Matth. §. 391, 2.

V. 722. τέρμα τῆς σωτηρίας] Ita genitivo designatur, in quo sit meta; meta est enim salutis, non terminus. Eurip. Or. 1336: σωτηρίας γὰρ τέρμ' ἔχεις ἡμῖν μόνη. Eodem valent Heracl. 37. τέρμονας Ἀθηνῶν, et Med. 151. θανάτου τελευτά, Hom. Il. v, 429. ὀλέθρου πείρατα. Virg. Aen. XII, 546. mortis metae. REIS. Adde Matth. §. 430.

V. 723. καὶ γὰρ εἰ] I. e. εἰ γὰρ καὶ etc., quamvis enim. Cf. Eur. Med. 463: καὶ γὰρ εἰ σύ με στυγεῖς, οὐκ ἂν δυναίμην σοὶ κακῶς φρονεῖν ποτε. 1249: καὶ γὰρ εἰ κτενεῖς σφ', ὅμως φίλοι γ' ἔφυσαν. Conf. Meinek. ad Men. p. 343 sq.

V. 725. εὐγενεῖς] Bene Schaeferus: satis θωπευτικῶς ad voluntatem conciliandam Atheniensium.

V. 726 sq. ὀμμάτων — ἐπεισόδου] Ambo genitivi apti sunt ex nomine φόβον, dictumque recte ὀμμάτων φόβος, quia ὄμματα φοβεῖται recte dicitur. Cf. Matth. §. 380. not. 1. Ceterum bene Reisigius: subtiliter designat oculos animi metu perturbati nuntios, quum non intuentur ἀσκαρδαμυκτί: nictando enim animum trepidantem indicant. Conferre licet Ai. 139 sq.: μέγαν ὄκνον ἔχω καὶ πεφόβημαι πτηνῆς ὡς ὄμμα πελείας, ubi copiosus est in hoc genere Lobeckius.

V. 728. ὃν μήτ' ὀκνεῖτε] I. e. ἀλλὰ μὴ ὀκνεῖτε ἐμέ. Vide Matth. §. 435. et §. 477. b. De variatis temporibus ὀκνεῖτε et ἀφῆτε confer Herm. ad Vig. §. 748. Buttmann. §. 137, 5. Matth. §. 511, 3.

V. 729. δρᾶν τι] I. e. aliquid iniuriae facere. Vide quae ad Philoct. 674. adnotavi.

ἥκω γὰρ οὐχ ὡς δρᾶν τι βουληθείς, ἐπεὶ
730 γέρων μέν εἰμι, πρὸς πόλιν δ' ἐπίσταμαι
σθένουσαν ἥκων, εἴ τιν' Ἑλλάδος, μέγα.
ἀλλ' ἄνδρα τόνδε τηλικόνδ' ἀπεστάλην 735
πείσων ἕπεσθαι πρὸς τὸ Καδμείων πέδον,
οὐκ ἐξ ἑνὸς στείλαντος, ἀλλ' ἀνδρῶν ὕπο
735 πάντων κελευσθείς, οὕνεχ' ἥκέ μοι γένει
τὰ τοῦδε πενθεῖν πήματ' εἰς πλεῖστον πόλεως.
ἀλλ', ὦ ταλαίπωρ' Οἰδίπους, κλύων ἐμοῦ 740
ἵκου πρὸς οἴκους. πᾶς σε Καδμείων λεὼς
καλεῖ δικαίως· ἐκ δὲ τῶν μάλιστ' ἐγώ,
740 ὅσῳπερ, εἰ μὴ πλεῖστον ἀνθρώπων ἔφυν
κάκιστος, ἀλγῶ τοῖσι σοῖς κακοῖς, γέρον,
ὁρῶν σε τὸν δύστηνον ὄντα μὲν ξένον, 745
ἀεὶ δ' ἀλήτην, κἀπὶ προςπόλου μιᾶς
βιοστερῆ χωροῦντα· τὴν ἐγὼ τάλας

V. 736. Hunc versum Dobraeus ex v. 738—741. conflatum delendumque putat.

V. 731. εἴ τιν' Ἑλλάδος] Apte confert Elmsl. Ai. 487: ἐγὼ δ' ἐλευθέρου μὲν ἐξέφυν πατρός, εἴπερ τινός, σθένοντος ἐν πλούτῳ, Φρυγῶν. Adde Matth. §. 617. e.

V. 732. τηλικόνδε] Istius aetatis, ita ut suorum cura et tutela indigeat.

V. 734. ἀνδρῶν ὕπο] Pro eo, quod in mente habuit Creon dicere, οὐκ ἐξ ἑνὸς ἀνδρός [scil. Καδμείου], ἀλλ' ὑπὸ πάντων, ita locutus est, ut ἀνδρῶν in altera parte sententiae poneret. HERM.

V. 735. Schol.: οὕνεχ' ἥκέ μοι γένει· ἀντὶ τοῦ ὅτι προςήκει μοι πενθεῖν τὰ τούτου ἀτυχήματα ὑπὲρ πάντας Θηβαίους. Sic ἥκον pro προςῆκον in Eur. Alc. 298. SCHAEF. Dativus γένει pro ablativo instrumenti est, cognatione, i. e. propter cognationem. Vide ad O. R. 90.

V. 736. εἰς πλεῖστον πόλεως] Apte confert Elmsl. O. R. 918: ὅτ' οὖν παραινοῦσ' οὐδὲν ἐς πλέον ποιῶ. Doederl. Stallbaumium ad Plat. Euthyphr. p. 79. consuli iubet. Adde cum Neuio O. R. 700. ἐς πλέον.

V. 739. Schol.: ἐκ δὲ τῶν· ἐγὼ μάλιστά σε καλῶ, ὅσῳπερ πλεῖστον ἀλγῶ τοῖς σοῖς παθήμασιν. De articulo pro pronomine demonstrativo posito vide Matth. §. 286. Elmsl. affert Eur. Alc. 274: οἰκτρὰν φίλοισιν, ἐκ δὲ τῶν μάλιστ' ἐμοί. Adde Philoct. 1243: ξύμπας Ἀχαιῶν λαός, ἐν δὲ τοῖς ἐγώ.

V. 740 sq. ὅσῳπερ — ἀλγῶ] I. e. ὅσῳπερ πλεῖστον ἀλγῶ etc. Appono ex multis, quae Schaeferus attulit, exemplis Trach. 312: ἐπεί νιν τῶνδε πλεῖστον ᾤκτισα βλέπουσ', ὅσῳπερ καὶ φρονεῖν οἶδεν μόνη. Cf. Matth. §. 455. not. 7. et §. 480. not. 2. De πλεῖστον cum superlativo iuncto vide Matth. §. 461.

V. 743. ἀεὶ δ' ἀλήτην] I. e. ὄντα δ' ἀεὶ ἀλήτην. Vide

745 οὐκ ἄν ποτ' ἐς τοσοῦτον αἰκίας πεσεῖν
ἔδοξ', ὅσον πέπτωκεν ἥδε δύςμορος,
ἀεί σε κηδεύουσα καὶ τὸ σὸν κάρα 750
πτωχῷ διαίτῃ, τηλικοῦτος, οὐ γάμων
ἔμπειρος, ἀλλὰ τοῦ 'πιόντος ἁρπάσαι.
750 ἆρ' ἄθλιον τοὔνειδος, ὦ τάλας ἐγώ,
ὠνείδισ' ἐς σὲ κἀμὲ καὶ τὸ πᾶν γένος;
ἀλλ' οὐ γὰρ ἔστι τἀμφανῆ κρύπτειν, σύ νυν, 755
πρὸς θεῶν πατρῴων, Οἰδίπους, πεισθεὶς ἐμοὶ
κρύψον, θελήσας ἄστυ καὶ δόμους μολεῖν
755 τοὺς σοὺς πατρῴους, τήνδε τὴν πόλιν φίλως
εἰπών· ἐπαξία γάρ· ἡ δ' οἴκοι πλέον
δίκῃ σέβοιτ' ἄν, οὖσα σὴ πάλαι τροφός. 760

quae ad O. R. 430. exposui. — Tum ἐπί τινος χωρεῖν valet sic proficisci, ut ab aliquo ducaris aut subleveris, nobis *an der Hand Jemandes gehen*. Cf. Matth. §. 584. η. Est igitur idem atque γεροντοαγωγεῖσθαι, quo verbo supra 347. poeta usus est, qui locus cum hoc conferatur. Appellavit autem Creon Antigonam πρόςπολον, quod famulae officio fungebatur.

V. 745. οὐκ ἄν ποτ' — ἔδοξ'] Cf. Matth. §. 599. b. c. — Tum ὅσον significat εἰς ὅσον. Vide Matth. §. 595, 4.

V. 748. τηλικοῦτος] Dictum pro τηλικαύτη. Vide Matth. §. 436, 2.

V. 749. τοῦ 'πιόντος ἁρπάσαι] Genitivus aptus est ex participio οὖσα (cf. Matth. §. 315.), et ἁρπάσαι significat ad rapiendum; vide Matth. §. 535. a. — De τοῦ 'πιόντος cf. O. R. 396.

V. 750 sq. ἆρ' ἄθλιον — ἐς σὲ etc.] I. e. ἄρα ἄθλιον τὸ ὄνειδος, ὃ ὠνείδισα εἰς σὲ etc., nonne maximo dedecori haec quae dixi tibi et mihi et toti generi sunt? Cf. Matth. §. 267. De ἄρα particulae usu ad Ai. 269. monuimus.

V. 752 sqq. ἀλλ' οὐ γὰρ etc.] Scholiasta: ὥςτε συγγνώμης εἰμὶ ἄξιος λέγων· οὐ γὰρ δύναμαι κρύπτειν. Hoc dicit Creon: neque haec quae protuli occulta essent, si ego non protulissem, siquidem quae omnium oculis patent occultari nequeunt; sed tu age occule ea ex hominum conspectu discedendo et domum in patriam redeundo. Itaque sponte apparet ad κρύψον non tam τὰ ἐμφανῆ, sed τὰ ὀνείδη intelligendum esse, id est miseram fortunam tuam et quae ea ostendenda pate fiunt scelera tua, quae tibi tuisque maximo dedecori sunt. Cf. O. R. 1430 sq.: τοῖς ἐν γένει γὰρ τἀγγενῆ μάλισθ' ὁρᾶν μόνοις τ' ἀκούειν εὐσεβῶς ἔχει κακά.

V. 755 sq. τήνδε τὴν πόλιν φίλως εἰπών] Astute dissimulat verbi unius lenocinio id, quod cogitat, χαίρειν εἰπών vel κελεύσας. REIS. De accus. vide Matth. §. 416. α.

V. 756. ἡ δ' οἴκοι] Sc.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὦ πάντα τολμῶν, κἀπὸ παντὸς ἂν φέρων
λόγου δικαίου μηχάνημα ποικίλον,
760 τί ταῦτα πειρᾷ, κἀμὲ δεύτερον θέλεις
ἑλεῖν, ἐν οἷς μάλιστ' ἂν ἀλγοίην ἁλούς;
πρόσθεν τε γάρ με τοῖσιν οἰκείοις κακοῖς 765
νοσοῦνθ' ὅτ' ἦν μοι τέρψις ἐκπεσεῖν χθονός,
οὐκ ἤθελες θέλοντι προσθέσθαι χάριν·
765 ἀλλ' ἡνίκ' ἤδη μεστὸς ἦν θυμούμενος,
καὶ τοὐν δόμοισιν ἦν διαιτᾶσθαι γλυκύ,
τότ' ἐξεώθεις, κἀξέβαλλες, οὐδέ σοι 770
τὸ συγγενὲς τοῦτ' οὐδαμῶς τότ' ἦν φίλον.
νῦν τ' αὖθις, ἡνίκ' εἰσορᾷς πόλιν τέ μοι

πόλις, i. e. ἡ οἰκεία πόλις, patria.

V. 758. ὦ πάντα τολμῶν] Is est πάντολμος Aeschylo Sept. c. Th. 673. Sch., idem vulgo πανοῦργος appellatus, et a Sophocle Ai. 445. παντουργός, quo spectat Eustathius ad Hom. tum ceteris in locis, tum ad Il. α. p. 29. l. 31. Facete Sophocleum hoc traduxit Aristophanes ad Socratis audaciam de coelestibus rebus argumentandi Nub. 375: ὦ πάντα σὺ τολμῶν. REIS. Scholiasta: ἐν εὐλογοφανέσι λόγοις πανοῦργα βουλευόμενε.

V. 758 sq. κἀπὸ παντὸς — ποικίλον] Recte monuit Doederl. παντὸς non esse cum λόγου δικαίου iungendum, sed constructionem esse ποικίλον μηχάνημα λόγου δικαίου φέρων ἂν ἀπὸ παντός, ex quavis re callide aliquam iustitiae speciem petere sciens. Vide v. 807. (804.). HERM. De ἀπὸ παντός vide Matth. §. 572., de φέρων ἄν eundem §. 598. b. et Rost. §. 120. adnot. 4.

V. 760. κἀμὲ] Recte videtur Bothius explicare: me, qui te bene noverim sciamque te mihi insidias struere.

V. 761. ἐν οἷς] Haec est cura necessitudinis, quam obtendit Creon et nunc et prius obtenderat, quum Oedipum retineret ac nollet excludere. Quare est v. 771. τὸ συγγενὲς τοῦτο. REIS.

V. 762 sq. τοῖσιν οἰκείοις κακοῖς] Confert Nenius Ai. 260. οἰκεῖα πάθη, 919. οἰκείας σφαγῆς, El. 215. οἰκείας ἄτας. Accusativus νοσοῦντά με referendus est ad infinitivum ἐκπεσεῖν.

V. 764. οὐκ ἤθελες] Diod. Sic. IV, 65: τῶν περὶ τὴν οἰκίαν ἀσεβημάτων γνωσθέντων, τὸν μὲν Οἰδίπουν ὑπὸ τῶν υἱῶν ἔνδον μένειν ἀναγκασθῆναι διὰ τὴν αἰσχύνην. Cf. Eur. Phoen. 876. DOED.

V. 765. Schol.: μεστός· ὡς ἐπὶ κεράμου· ὃ ἔστιν, ὅτε κορεσθεὶς τοῦ θυμοῦ, λοιπὸν τὰ συμφέροντα ἐβουλευόμην, καὶ οὐκ ἔτι ἤθελον φεύγειν. De participio θυμούμενος vide Matth. §. 550. b. extr. Cf. Demosth. Olymp. p. 1175, 3: ἐπειδὴ δὲ μεστὸς ἐγένετο ἀγανακτῶν.

V. 766. Schol.: τοὐν δόμοισιν· ἀντὶ τοῦ ἐν Θήβαις.

V. 768. τὸ συγγενὲς τοῦτο] I. e. ἡ συγγένεια αὕτη. Vide ad Philoct. 83. Hoc autem

770 ξυνοῦσαν εὔνουν τήνδε καὶ γένος τὸ πᾶν,
πειρᾷ μεταστᾶν σκληρὰ μαλθακῶς λέγων.
καίτοι τίς αὕτη τέρψις ἄκοντας φιλεῖν; 775
ὥςπερ τις εἴ σοι λιπαροῦντι μὲν τυχεῖν
μηδὲν διδοίη, μηδ' ἐπαρκέσαι θέλοι,
775 πλήρη δ' ἔχοντι θυμὸν ὧν χρῄζοις, τότε
δωροῖθ', ὅτ' οὐδὲν ἡ χάρις χάριν φέροι·
ἆρ' ἂν ματαίου τῆςδ' ἂν ἡδονῆς τύχοις; 780
τοιαῦτα μέντοι καὶ σὺ προςφέρεις ἐμοί,
λόγῳ μὲν ἐσθλά, τοῖσι δ' ἔργοισιν κακά.
780 φράσω δὲ καὶ τοῖςδ', ὡς σε δηλώσω κακόν.

dicit Oedipus: tum, quum expelleretur, Creontem nullum erga cognatum (Oedipum) studium et amorem, quem nunc iactet, declarasse.

V. 770. Schol.: γένος· τὸ Ἀττικόν.

V. 771. σκληρὰ μ. λέγων] Confert Neuius Ant. 1047: ὅταν λόγους αἰσχροὺς καλῶς λέγωσι τοῦ κέρδους χάριν.

V. 772. Schol.: καίτοι τίς αὕτη· καὶ σὺ οὖν βούλει με εὐεργετεῖν μὴ θέλοντα.

V. 776. οὐδὲν] Nihil, i. e. prorsus non. Latinos quoque ita nihil saepe usurpasse plurimis exemplis probavi ad M. Tulli or. Planc. XXIX, 70.

V. 777. ἆρ' ἂν — τύχοις;] Nonne haec, si consequare, inanis voluptas erit? De ἄρα monitum ad v. 750., de τυχεῖν τινός τινος ad Philoct. 318 sq.

V. 779. λόγῳ μὲν — τοῖσι δ' ἔργ.] Vide de hoc usu loquendi Matth. §. 268. not. 1.

V. 780. ὥς σε δηλώσω κακόν] De omisso participio cf. Matth. §. 549, 6. not. 3. Rost. §. 100. not. 4.

V. 782. ἀλλ' ὡς πάραυλον οἰκίσῃς] Gl. ἀγρότην. BR. Schol.: ἀντὶ τοῦ ἐν ἀγροῖς. Rectius vicinum, ἄγχι γῆς Καδμείας. Sic etiam Ai. 892: τίνος βοὴ πάραυλος ἐξέβη νάπους; ELMSL.

V. 782 sq. Schol.: πόλις δέ σοι· καὶ ἵνα ἡ Θήβη ἀβλαβὴς ἔσται ἐκ ταύτης τῆς γῆς. Recte; hoc enim dicere Oedipus debet: ut urbs tua immunis evadat malorum, quae ab hac civitate Atheniensium ei impendent. Cf. v. 605. (604.). De σοὶ dativo vide 818. et ad Philoct. 429.; de dictione κακῶν τῆςδε χθονός ad eandem fab. 191.; de locutione ἄνατος κακῶν ad huius fab. 675.; postremo de pleonasmo ἄνατος ἀπαλλαχθῇ Advers. in Phil. p. 52. maximeque Ai. 1019: ἀπωστὸς γῆς ἀποῤῥιφθήσομαι. Ant. 399 sq.: ἐγὼ δ' ἐλεύθερος δίκαιός εἰμι τῶνδ' ἀπηλλάχθαι κακῶν. El. 1002: ἄλυπος ἄτης ἐξαπαλλαχθήσεται.

V. 784. Schol.: οὐκ ἔστι σοι ταῦτ'· οὐ προβήσεταί σοι ὁ σκοπός. Non tu hoc, inquit, quod te dixi consequi velle, consequere; sed hoc consequere, ut illic terrae iniuriarum mearum ultor Genius meus semper habitet. Quo significat Oedipus non hoc unquam futurum esse, ut corpus suum in civitate Thebana habitet eique civitati saluti sit, sed hoc fore, ut Genius suus, iniuria-

ἥκεις ἐμ' ἄξων, οὐχ ὅν' εἰς δόμους ἄγῃς,
ἀλλ' ὡς πάραυλον οἰκίσῃς· πόλις δέ σοι 785
κακῶν ἄνατος τῆςδ' ἀπαλλαχθῇ χθονός.
οὐκ ἔστι σοι ταῦτ'· ἀλλά σοι τάδ' ἔστ', ἐκεῖ
785 χώρας ἀλάστωρ οἰμὸς ἐνναίων ἀεί·
ἔστιν δὲ παισὶ τοῖς ἐμοῖσι τῆς ἐμῆς
χθονὸς λαχεῖν τοσοῦτον, ἐνθανεῖν μόνον. 790
ἆρ' οὐκ ἄμεινον ἢ σὺ τἀν Θήβαις φρονῶ;
πολλῷ γ', ὅσῳπερ καὶ σαφεστέρων κλύω,
790 Φοίβου τε καὐτοῦ Ζηνός, ὃς κείνου πατήρ.
τὸ σὸν δ' ἀφῖκται δεῦρ' ὑπόβλητον στόμα

rum suarum ultor, ibi habitet eique civitati perniciei sit. De numero plurali τάδε vide ad Philoct. 1326 sq.

V. 784 sq. ἐκεῖ χώρας — ἀεί] De hoc appositionis genere vide Matth. §. 472, 2. e. Quanquam autem ἐκεῖ χώρας iungendum videtur (cf. v. 167. ed. meae), tamen recte referri voc. χώρας etiam ad nomen ἀλάστωρ potest; cf. ad Philoct. 512. Dictumque ἀλάστωρ τινός hoc sensu Trach. 1092. βουκόλων ἀλάστορα. Ceterum conferenda cum hoc loco sunt quae Antigone Oedipo dicit apud Eur. Phoen. 1550 sq.: σὸς ἀλάστωρ ξίφεσιν βρίθων καὶ πυρὶ καὶ σχετλίαισι μάχαις ἐπὶ παῖδας ἔβα σούς, ὦ πάτερ, ὦ μοι. Ad quem locum Schol.: ἀλάστωρ· ὁ παρακολουθῶν σοι κακοποιὸς δαίμων. — Ἀλάστορες λέγονταί τινος ἢ οἱ κακοποιοῦντες αὐτόν, ἢ οἱ δι' ἐκδίκησιν αὐτοῦ ἑτέρους κακοποιοῦντες. Adde Blomf. ad Aesch. Pers. gloss. 360.

V. 786 sq. ἔστιν δὲ — λαχεῖν] Praesens in futuri speciem est positum, ubi res fato constituta ostenditur. Itaque in Aesch. Prom. 171. est: ὑφ' ὅτου σκῆπτρον τιμάς τ' ἀποσυλᾶται. REIS. Conf. Rost. §. 116. not. 8. De ἔστιν, licet, cf. v. 600. (599.).

V. 787. τοσοῦτον, ἐνθανεῖν] I. e. τοσοῦτον, ὅσον ἐνθανεῖν. Cf. Matth. §. 479. Hermannus ad sententiam pariter et ad dicendi formam comparari iubet Aesch. Sept. c. Th. 737: χθόνα ναίειν διαπήλας ὁπόσαν ἂν καὶ φθιμένοις κατέχειν, τῶν μεγάλων πεδίων ἀμοίρους.

V. 788. Schol.: ἆρ' οὐκ ἄμεινον· ἄρα οὐ πλέον σου τὰ ἀποβησόμενα ταῖς Θήβαις οἶδα; De locutione φρονεῖν τὰ ἐν Θήβαις confer O. R. 607. τὸ γοῦν ἐμόν, sc. εὖ φρονῶ.

V. 789. Schol.: ἐκ σαφεστέρων κλύω· ἀντὶ τοῦ καὶ σαφέστερον οἶδά. De notione voc. σαφής dictum ad 622., de κλύω ad 33.

V. 790. Schol.: καὐτοῦ Ζηνός· δοκεῖ γὰρ ὁ Ἀπόλλων παρὰ Διὸς λαμβάνειν τοὺς χρησμούς, ὡς καὶ ἐν Ἰφικλείᾳ φησί, καὶ Αἰσχύλος ἐν Ἱερείαις· στέλλειν ὅπως τάχιστα· ταῦτα γὰρ πατὴρ Ζεὺς ἐγκαθιεῖ Λοξίᾳ. Καὶ Ἀριστοφάνης Ἥρωσιν. Vide ad v. 623. (622.) huius fab. et ad O. R. 151.

V. 791. Schol.: ὑπόβλητον· οὐκ ἀληθές, ἀλλὰ πεπλασμένον. ἀπὸ τῶν ὑποβαλλομένων εἰς τὰ γένη τοὺς παῖδας. De voc. ὑπόβλητον comparant editores Ai. 188: εἰ δ' ὑποβαλλόμενοι κλέπτουσι μύθους οἱ μεγάλοι βασιλῆς, et v. 481: ὡς ὑπόβλητον

πολλὴν ἔχον στόμωσιν· ἐν δὲ τῷ λέγειν
κάκ' ἂν λάβοις τὰ πλείον' ἢ σωτήρια.
ἀλλ', οἶδα γάρ σε ταῦτα μὴ πείθων, ἴθι·
795 ἡμᾶς δ' ἔα ζῆν ἐνθάδ'· οὐ γὰρ ἂν κακῶς,
οὐδ' ὧδ' ἔχοντες, ζῶμεν, εἰ τερποίμεθα.

ΚΡΕΩΝ.

πότερα νομίζεις δυςτυχεῖν ἔμ' ἐς τὰ σά,
ἢ σ' εἰς τὰ σαυτοῦ μᾶλλον ἐν τῷ νῦν λόγῳ;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἐμοὶ μέν ἐσθ' ἥδιστον, εἰ σὺ μήτ' ἐμὲ
800 πείθειν οἷός τ' εἶ μήτε τούςδε τοὺς πέλας.

ΚΡΕΩΝ.

ὦ δύςμορ', οὐδὲ τῷ χρόνῳ φύσας φανεῖ
φρένας ποτ', ἀλλὰ λῦμα τῷ γήρᾳ τρέφει;

λόγον ἔλεξας. De forma orationis, qua τὸ σὸν δ' ἀφ. στόμα dictum pro σὺ δὲ ἀφιξαι ὑπόβλ. στόμα ἔχων, cf. Matth. §. 430. et Schaefer. ad Eur. Or. Pors. 1215.

V. 792. Schol.: στόμωσιν· ἀντὶ τοῦ δείνωσιν καὶ πανουργίαν. Reisigius confert Arist. Nub. 1102 sq.: ὅπως εὖ μοι στομώσεις αὐτόν, et κόπις de oratore usurpatum ab Eur. Hec. 129.

V. 792 sq. ἐν δὲ τῷ λέγειν — σωτήρια] I. e. sed dicendo quae consequare, maiorem partem mala quam salutaria capies. Itaque eo tendit Oedipi oratio, ut moneat Creontem, dicendo quae statim refutari et ad aperiendam eius malitiam converti possint, facturum, ut damnum potius quam aliquid salutare consequatur. Est autem salutare illud reditus Oedipi. Confirmat hanc interpretationem responsum Creontis. HERM. De ἐν τῷ λέγειν vide ad Philoct. 61., de τὰ πλείονα Matth. §. 266. not.

V. 794 sq. ἀλλ', οἶδα γὰρ — ἐνθάδ'] Hoc dicit Oedipus: sed quoniam diffido fore, ut tibi persuadeam te plus damni quam commodi ex sermone tuo percepturum esse, desinamus iam colloqui et discedamus; itaque tu abi et me hic manere patere.

V. 795 sq. οὐ γὰρ ἂν — τερποίμεθα] Recte Brunckius: non enim male, ne sic quidem, vivemus, si ita vivere nos iuvat. De sententia confert Reisigius El. 354: οὐ ζῶ; κακῶς μέν, οἶδ', ἐπαρκούντως δέ μοι.

V. 797 sq. Schol.: ἀντὶ τοῦ ἐν τῷ μὴ πείθεσθαί σε μᾶλλον σὺ δυςτυχεῖς ἢ ἐγώ. De εἰς praepositione vide ad v. 523.

V. 800. Schol.: πείθειν· πείθειν με εἰς τὸ ἀκολουθῆσαί σοι. τούςδε· τοὺς ἀπὸ τοῦ Χοροῦ. Verba μήτ' ἐμὲ — μήτε τούςδε hoc sensu dicta: non his magis quam mihi.

V. 801 sq. οὐδὲ τῷ χρόνῳ — τρέφει;] Sensus est: ne temporis quidem diuturnitate ut saperes effectum videbimus, sed opprobrium vivis senectuti? Recte his verbis, quia φανεῖ, non φαίνει dictum, signum interrogationis apposuit Reisigius. HERM. De locutione φύσας φρένας vide ad v. 149. et 1606 sq. Herm. ad Vig. p. 766.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

γλώσσῃ σὺ δεινός· ἄνδρα δ' οὐδέν' οἶδ' ἐγὼ
δίκαιον, ὅςτις ἐξ ἅπαντος εὖ λέγει.

ΚΡΕΩΝ.

805 χωρὶς τό τ' εἰπεῖν πολλὰ καὶ τὰ καίρια.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὡς δὴ σὺ βραχέα, ταῦτα δ' ἐν καιρῷ λέγεις.

ΚΡΕΩΝ.

οὐ δῆθ' ὅτῳ γε νοῦς ἴσος καὶ σοὶ πάρα. 810

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἄπελθ', ἐρῶ γὰρ καὶ πρὸ τῶνδε, μηδέ με
φύλασσ' ἐφορμῶν ἔνθα χρὴ ναίειν ἐμέ.

et Lob. ad Ai. 1066. — De sententia confer v. 855: ὀργῇ χάριν δούς, ἥ σ' ἀεὶ λυμαίνεται.

V. 804. Schol.: ὅςτις ἐξ ἅπαντος· βουλόμενος ἐκ παντὸς δοκεῖν δίκαια λέγειν. Sensus est: nullum ego novi iustum virum, qui ex omni causa probabiliter dicendi materiam petat, i. e. non est viri iusti omnem causam, iustam atque iniustam, defendere. Apte Reisigius confert v. 1000: σὺ δ', εἰ γὰρ οὐ δίκαιος, ἀλλ' ἅπαν καλὸν λέγειν νομίζων ῥητὸν ἀῤῥητόν τ' ἔπος. HERM. Vide ad v. 758. et Matth. §. 574.

V. 805. χωρὶς τό τ' — καίρια] Intelligendum τὸ εἰπεῖν ad τὰ καίρια. Vide Seidl. ad Eur. El. 429. — De τὲ — καὶ particulis Elmsl. contulit Aesch. Prom. 927: ὅσον τό τ' ἄρχειν καὶ τὸ δουλεύειν δίχα. Xenoph. Hier. I, 2: πῆ διαφέρει ὁ τυραννικός τε καὶ ὁ ἰδιωτικὸς βίος. Eur. Alc. 546: χωρὶς τό τ' εἶναι καὶ τὸ μὴ νομίζεται. Alia exempla ex Platone deprompta attulit Neuius. Ceterum Scholiasta: ἄλλο ἐστὶ τὸ φλυαρεῖν, καὶ ἄλλο τὰ ἀναγκαῖα λέγειν.

V. 806. ὡς δὴ σὺ — λέγεις] Quasi vero tu, inquit, pauca, illa pauca autem apte dicas. Nam quum Creon Oedipo dixisset aliud esse multa loqui, aliud apta, quo significat non se multa, sed apta dicere, coniungit illa Oedipus, neutrumque ab illo fieri ait, tu scilicet, inquiens, brevis es; quae vero breviter, etiam apte dicis. HERM. De δὴ particulae sensu ironico cf. Matth. §. 603.

V. 807. οὐ δῆθ' ὅτῳ etc.] I. e. οὐ δῆτα καίρια λέγω τούτῳ, ὅτῳ etc., ei nimirum, i. e. secundum eius nimirum iudicium, non dico opportuna, cui etc. Dativus ita usurpatus v. 76. De omisso τούτῳ vide quae ad Philoct. 137 sqq. adnotavi; de ἴσος καὶ cf. Matth. §. 620. b. Scholiasta: τοῖς κατὰ σὲ οὐ δοκῶ καίρια λέγειν.

V. 808. Schol.: πρὸ τῶνδε· καὶ πρὸ τοῦ Χοροῦ. Recte Brunckius: dicam enim horum etiam nomine. Neque alio sensu O. R. 10. dictum: ἐπεὶ πρέπων ἔφυς πρὸ τῶνδε φωνεῖν.

V. 809. ἐφορμῶν] Recte Rostius participium esse ver-

ΚΡΕΩΝ.

810 μαρτύρομαι τούσδ', οὐ σέ. πρὸς δὲ τοὺς φίλους
οἷ' ἀνταμείβει ῥήματ', ἤν σ' ἕλω ποτέ,

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

τίς δ' ἄν με τῶνδε συμμάχων ἕλοι βίᾳ; 815

ΚΡΕΩΝ.

ἦ μὴν σὺ κἄνευ τοῦδε λυπηθεὶς ἔσει.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ποίῳ σὺν ἔργῳ τοῦτ' ἀπειλήσας ἔχεις;

ΚΡΕΩΝ.

815 παίδοιν δυοῖν σοι τὴν μὲν ἀρτίως ἐγὼ
ξυναρπάσας ἔπεμψα, τὴν δ' ἄξω τάχα.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὤμοι.

ΚΡΕΩΝ.

τάχ' ἕξεις μᾶλλον οἰμώζειν τάδε. 820

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

τὴν παῖδ' ἔχεις μου;

V. 813. τοῦδε ex coni. Musgravii scripsi. Libri τῶνδε.

bi ἐφορμεῖν, non verbi ἐφορμᾶν, quod Neuius suspicatur, monuit. — De χρή affert Neuius v. 1441. 1521. Ant. 887.

V. 810 sq. μαρτύρομαι — ἕλω ποτέ] Μαρτύρομαι τούσδ', οὐ σέ dicit, quia Oedipus pro Atheniensibus se respondere dixerat. Itaque ille, hos, inquit, non te, qui illorum nomine te putas quidquam posse edicere, antestor. Quid antestatur autem? Nempe iniuria se affici. Dein pergit: qualia vero dicta amicis respondes, si te unquam cepero, — reticens quod dicturus erat, horum mihi poenas dabis. Nam iniuria ei fit, quod hinc se auferre iubetur ab Oedipo re infecta; ob id antestatur Athenienses; alterum est, quod etiam contumeliosis dictis cumulatur, quum affinis sit et amicus; id se minatur ulturum esse. Qui haerent in constructione verbi ἀνταμείβει cum illis πρὸς τοὺς φίλους, non adverterunt haec, οἷα ῥήματα, neque cogitarunt nihil perversi aut inusitati esse, si quis pro illis verbis haec usurpet: οἵους πρὸς τοὺς φίλους λόγους ἀνταμείβει. Quanquam ne opus quidem est ista constructione, quum nihil impediat, quin πρὸς τοὺς φίλους ἀνταμείβει idem putetur esse, ac πρὸς τοὺς φίλους λέγεις ἀνταμειβόμενος. Ceterum omnia ac singula in hoc loco tuebitur geminus Homeri locus Il. α, 338: τὼ δ' αὐτὼ μάρτυροι ἔστων πρός τε θεῶν μακάρων, πρός τε θνητῶν ἀνθρώπων, καὶ πρὸς τοῦ βασιλῆος ἀπηνέος· εἴποτε δ' αὖτε χρειὼ ἐμεῖο γένηται ἀεικέα λοιγὸν ἀμῦναι τοῖς ἄλλοις. HERM. De numero plurali τοὺς φίλους vide quae ad O. R. 361. adnotavimus.

ΚΡΕΩΝ.

τήνδε τ' οὐ μακροῦ χρόνου.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἰὼ ξένοι, τί δράσετ'; ἦ προδώσετε;
κοὐκ ἐξελᾶτε τὸν ἀσεβῆ τῆςδε χθονός;

ΧΟΡΟΣ.

χώρει, ξέν', ἔξω θᾶσσον· οὔτε γὰρ τὰ νῦν
δίκαια πράσσεις, οὔθ' ἃ πρόσθεν εἴργασαι.

ΚΡΕΩΝ.

ὑμῖν ἂν εἴη τήνδε καιρὸς ἐξάγειν
ἄκουσαν, εἰ θέλουσα μὴ πορεύσεται.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

οἴμοι τάλαινα, ποῖ φύγω; ποίαν λάβω
θεῶν ἄρηξιν ἢ βροτῶν;

ΧΟΡΟΣ.

τί δρᾷς, ξένε;

ΚΡΕΩΝ.

οὐχ ἅψομαι τοῦδ' ἀνδρός, ἀλλὰ τῆς ἐμῆς.

V. 818. τήνδε τ' primus restituit Bothius. Libri τήνδε γ'.

V. 812. Schol.: τῶνδε· τῶν ἀπὸ τοῦ Χοροῦ. βία· βιαζόμενος τοὺς ἐμοὺς συμμάχους καὶ φύλακας.

V. 813. κἄνευ τοῦδε] Scholiasta: καὶ χωρὶς τοῦ λαβεῖν σε εἰς Θήβας. De locutione λυπηθεὶς ἔσει vide ad O. R. 928. et Matth. §. 559.

V. 814. ποίῳ σὺν ἔργῳ etc.] Quo utens facinore has minas edidisti? i. e. quid facinoris moliens hoc minatus es? sive, ut Brunckius interpretatus est, quid te moliri hae minae indicant? Sic O. R. 635: τὸν ἐναγῆ φίλον μήποτ' ἐν αἰτίᾳ σὺν ἀφανεῖ λόγῳ (incerto usus argumento) ἄτιμον βαλεῖν. Similiter Pindarus Pyth. X, 88. σὺν ἀοιδαῖς θανητόν τινα τιθέναι dixit. Theogn. 231. σὺν πτεροῖς πωτᾶσθαι. Ant. 172: ὅτ' οὖν ἐκεῖνοι πρὸς διπλῆς μοίρας μίαν καθ' ἡμέραν ὤλοντο παίσαντές τε καὶ πληγέντες αὐτόχειρι σὺν μιάσματι. ibid. 1266: νέος νέῳ ξὺν μόρῳ ἔθανες. — De locutione ἀπειλήσας ἔχεις vide ad Philoct. 1334.

V. 815. παίδοιν δυοῖν σοι] De σοι vide ad v. 785. (782.).

V. 817. μᾶλλον οἰμώζειν τάδε] Hos gemitus augere. Vide ad O. R. 259 sq.

V. 818. Schol.: τήνδε· τὴν Ἀντιγόνην. De genitivo μακροῦ χρόνου vide ad v. 393.

V. 819. Schol.: ἰὼ ξένοι· τῷ Χορῷ φησι.

V. 823. Schol.: τήνδε· τὴν Ἀντιγόνην· τοῖς ἀκολούθοις δὲ ἑαυτοῦ φησιν ὁ Κρέων.

V. 826. Schol.: τί δρᾷς, ξένε· πρὸς τὸν Κρέοντα ἑλκοντα τὴν Ἀντιγόνην.

V. 827. Schol.: τῆς ἐμῆς· ἀδελφῆς μου γὰρ θυγάτηρ ἐστίν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὦ γῆς ἄνακτες.

ΧΟΡΟΣ.

ὦ ξέν', οὐ δίκαια δρᾷς.

ΚΡΕΩΝ.

δίκαια.

ΧΟΡΟΣ.

πῶς δίκαια;

ΚΡΕΩΝ.

τοὺς ἐμοὺς ἄγω.

(στροφή.)

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

830 ἰὼ πόλις.

ΧΟΡΟΣ.

τί δρᾷς, ὦ ξέν'; οὐκ ἀφήσεις; τάχ' ἐς βάσανον εἶ χερῶν. 835

ΚΡΕΩΝ.

εἶργου.

ΧΟΡΟΣ.

σοῦ μὲν οὔ τάδε γε μωμένου.

ΚΡΕΩΝ.

πόλει μαχεῖ γάρ, εἴ τι πημανεῖς ἐμέ.

V. 830. Oedipo tribui verba ἰὼ πόλις, quae in codd. Antigonae adsignata reperiuntur. Cf. Advers. mea in Soph. Philoct. p. 65 sq.

V. 834—840. In codd. personae ita distinctae sunt: ΟΙ. πόλει — ἐμέ. ΧΟ. οὐκ — ἐγώ; ΚΡ. μέθες — θᾶσσον. ΧΟ. μὴ 'πίτασσ' — κρατεῖς. ΚΡ. χαλᾶν λέγω σοι. ΧΟ. σοὶ δ' ἔγωγ'

V. 828. ὦ γῆς ἄνακτες] Chorum ita appellat. Vide quae ad O. R. 85. 882. adnotata sunt.

V. 829. τοὺς ἐμοὺς] Antigonam dicit. Sic supra v. 813. τοὺς φίλους.

V. 831 sq. τάχ' ἐς — χερῶν] Schaeferus confert v. 1297: οὔτ' εἰς ἔλεγχον χειρὸς οὔτ' ἔργου μολών. Vide ad Philoct. 98.

V. 833. Schol.: εἶργου· φυλάττου. χωρίζου. σοῦ μὲν οὔ· οὐκ ἀπείρξομαί σου. De verbo μωμένου confer Philoct. 1114. τόν τάδε μησάμενον. 1139: ὃς ἐφ' ἡμῖν κἀκ' ἐμήσατο.

V. 834. Schol.: πόλει· ταῖς Θήβαις.

V. 835. οὐκ ἠγόρευον etc.] Confer 653 sqq.: ἥξουσιν ἄνδρες etc.

V. 835 sq. μέθες — θᾶσσον] Nullo pacto haec verba a Creonte, cui vulgo adsignantur, dici potuisse satis Advers. in Phil. p. 64. planum feci.

V. 836. μὴ 'πίτασσ' ἃ μὴ

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

835 οὐκ ἠγόρευον ταῦτ' ἐγώ;

ΧΟΡΟΣ.

μέθες χεροῖν
τὴν παῖδα θᾶσσον.

ΚΡΕΩΝ.

μὴ 'πίτασσ' ἃ μὴ κρατεῖς.

ΧΟΡΟΣ.

χαλᾶν λέγω σοι. 840

ΚΡΕΩΝ.

σοὶ δ' ἔγωγ' ὁδοιπορεῖν.

ΧΟΡΟΣ.

προβᾶθ' ὧδε, βᾶτε, βᾶτ', ἔντοποι.
πόλις ἐναίρεται, πόλις ἐμὰ σθένει.
840 προβᾶθ' ὧδέ μοι.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ἀφέλκομαι δύστηνος, ὦ ξένοι, ξένοι.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ποῦ, τέκνον, εἶ μοι;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

πρὸς βίαν πορεύομαι. 845

ὁδοιπορεῖν. προβᾶθ' ὧδε — ὧδέ μοι. Aliter cur ego distinguendas putarim, exposui in Advers. in Soph. Philoct. p. 63 sqq. Eandem distinctionem postmodo admisit Hermannus.

V. 834. μαχεῖ et πημανεῖς cum Porsono scripsi. Libri μάχῃ et πημαίνεις.

κρατεῖς] Dixerat enim Creon supra v. 830: ἄψομαι — τῆς ἐμῆς, et v. 832: τοὺς ἐμοὺς ἄγω.

V. 837. χαλᾶν — ὁδοιπορεῖν] Chorus: dimittere te iubeo Antigonam. Creon: te vero recedere a me ac mittere me iubeo. Probabile est enim Chorum propius adisse Creontem manus cum eo conserturum, quum sponte Antigonam dimittere nollet. Conf. v. 856 sq. (853 sq.). De χαλᾶν monui ad O. R. 1242., de λέγω iubendi notione usurpato huius fab. v. 856: μὴ ψαύειν λέγω. 864: αὐδῶ σιωπᾶν. 932. ἐννέπω etc. O. R. 350. Ai. 1047. 1089. El. 233. Trach. 137. Phil. 101. et Pflugk. ad Eur. Hec. 303., de dativo ad O. R. 348.

V. 839. Schol.: ἐναίρεται σθένει· τουτέστι, βίᾳ πορθεῖται.

V. 842. Schol.: πρὸς βίαν· ἀπαγομένης δὴ τῆς Ἀντιγόνης ὑπὸ τῶν προστεταγμένων παρὰ τοῦ Κρέοντος· ἐν μέρει δὲ παθητικά ἐστιν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὄρεξον, ὦ παῖ, χεῖρας.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ἀλλ' οὐδὲν σθένω.

ΚΡΕΩΝ.

οὐκ ἄξεθ' ὑμεῖς;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὦ τάλας ἐγώ, τάλας.

ΚΡΕΩΝ.

845 οὔκουν ποτ' ἐκ τούτοιν γε μὴ σκήπτροιν ἔτι
ὁδοιπορήσεις· ἀλλ' ἐπεὶ νικᾶν θέλεις
πατρίδα τε τὴν σὴν καὶ φίλους, ὑφ' ὧν ἐγὼ 850
ταχθεὶς τάδ' ἔρδω, καὶ τύραννος ὢν ὅμως,
νίκα. χρόνῳ γάρ, οἶδ' ἐγώ, γνώσει τάδε,
850 ὁθούνεκ' αὐτὸς αὐτὸν οὔτε νῦν καλὰ
δρᾷς, οὔτε πρόσθεν εἰργάσω βίᾳ φίλων,
ὀργῇ χάριν δούς, ᾗ σ' ἀεὶ λυμαίνεται. 855

ΧΟΡΟΣ.

ἐπίσχες αὐτοῦ, ξεῖνε.

ΚΡΕΩΝ.

μὴ ψαύειν λέγω.

V. 843. οὐδὲν σθένω] Non possum, sc. porrigere manus tibi. Sic οὐδὲν v. 779. (776.) usurpatum.

V. 845. Schol.: ἐκ τούτοιν· ἐκ τῶν θυγατέρων, αἷς ὡς σκήπτροις ἐχρῆτο καὶ βακτηρίᾳ. Comparat Nenius Eur. Hec. 277: ηθ' ἀντὶ πολλῶν ἐστί μοι παραψυχή, πόλις, τιθήνη, βάκτρον, ἡγεμὼν ὁδοῦ. De ἐκ praepositione vide ad Philoct. 91.

V. 848. τύραννος] Nomen ad omnem stirpem regiam patens docte adhibuit Schaefer. Trachiniis 316. Eodem modo Creon ἄναξ ab ipso rege vocatur O. R. 85. REISIG. Similiter Ulixes Philoct. 6. dicitur ταχθεὶς τόδ' ἔρδειν τῶν ἀνασσόντων ὕπο. — De ὅμως monitum ad v. 665.

V. 850. αὐτὸν] I. e. σεαυτόν. Vide v. 927. et Matth. §. 489. II.

V. 852. ὀργῇ χάριν δούς] I. e. ἐνδούς, vel simpliciter δούς, ut Euripides: ὁ δ' ἡδονῇ δούς. Usitatum est autem χάριν τίθεσθαι atque χάριν διδόναι ad circumlocutionem χαρίζεσθαι verbi efficiendam. Exempla coegit Elmsl. ad Eur. Bacch. 720. REIS.

V. 853. ἐπίσχες αὐτοῦ] Hic [proprie ibi, ubi es; cf. v. 192.] subsiste, hospes. Verba sunt Chori manum intendentis in Creontem. BR. Sic Philoct. 539: ἐπίσχετον, μάθωμεν. huius fab. v. 1164: ὦ φίλτατε, σχὲς οὕνεκ' εἶ.

V. 855. Ego sic explicaram: maius igitur mox redem-

ΧΟΡΟΣ.

οὗτοι σ' ἀφήσω, τῶνδέ γ' ἐστερημένος.

ΚΡΕΩΝ.

855 καὶ μεῖζον ἆρα ῥύσιον πόλει τάχα
θήσεις; ἐφάψομαι γὰρ οὐ ταύταιν μόναιν.

ΧΟΡΟΣ.

ἀλλ' ἐς τί τρέψει;

ΚΡΕΩΝ.

τόνδ' ἀπάξομαι λαβών. 860

ΧΟΡΟΣ.

δεινὸν λέγεις.

ΚΡΕΩΝ.

ὡς τοῦτο νῦν πεπράξεται,
ἢν μή μ' ὁ κραίνων τῆσδε γῆς ἀπειργάθῃ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

860 ὦ φθέγμ' ἀναιδές, ἦ σὺ γὰρ ψαύσεις ἐμοῦ;

ΚΡΕΩΝ.

αὐδῶ σιωπᾶν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

μὴ γὰρ αἵδε δαίμονες

ptionis pretium urbi meae solves; non enim filiae tantum redimendae Oedipi, sed ipse etiam Oedipus, quem iam abducturus sum, coll. Phil. 959. ῥύσιον τίσω. Contra quae Hermannus: ῥύσιον est, inquit, pignus, res quae capta ab aliis, repetenda et vindicanda est ab iis, quibus erat ablata. Ad πόλει Scholiasta in codice ταῖς Θήβαις, quod in ed. Rom. in ταῖς Ἀθήναις recte mutatum. Thebas intelligi voluit Wunderus. Id quadraret, si ῥύσιον τίσεις scriptum esset, ut in Philoct. 959. At ῥύσιον τιθέναι quomodo in istam sententiam dici possit, non video, demonstrarique id exemplis debebat. Itaque de Athenis hoc dictum est: maius quid ut urbi tuae vindicandum sit facies.

V. 857. ἀλλ' ἐς τί τρέψει;] Sed quo te convertes? i. e. quid facies? De addito λαβών vide ad v. 471.

V. 858. ὡς — πεπράξεται] De ὡς particula vide Matth. §. 628, 5., de πεπράξεται eundem §. 498.

V. 860. ὦ φθέγμ' ἀναιδές] Recte monuit Doederlinus ipsum Creontem appellari his verbis, impudentes voces effundentem. Similiter is infra v. 960. appellatur ὦ λῆμ' ἀναιδές. Vide ad v. 791. Cf. Ai. 14. El. 1225.

V. 861. μὴ γὰρ] Particula γὰρ eodem hic sensu posita, quo εἰ particulae additur, optandi vim habenti. — De αἵδε δαίμονες cf. v. 462.

θεῖέν μ' ἄφωνον τῆςδε τῆς ἀρᾶς ἔτι, 865
ὅς μ', ὦ πάκιστε, ψιλὸν ὄμμ' ἀποσπάσας
πρὸς ὄμμασιν τοῖς πρόσθεν ἐξοίχει βίᾳ.
865 τοιγὰρ σέ τ' αὐτὸν καὶ γένος τὸ σὸν θεῶν
ὁ πάντα λεύσσων Ἥλιος δοίη βίον
τοιοῦτον, οἷον κἀμέ, γηράναι ποτέ. 870

ΚΡΕΩΝ.

ὁρᾶτε ταῦτα, τῆςδε γῆς ἐγχώριοι;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὁρῶσι κἀμὲ καὶ σέ, καὶ φρονοῦσ', ὅτι
870 ἔργοις πεπονθὼς ῥήμασίν σ' ἀμύνομαι.

ΚΡΕΩΝ.

οὔτοι καθέξω θυμόν, ἀλλ' ἄξω βίᾳ,
κεἰ μοῦνός εἰμι, τόνδε, καὶ χρόνῳ βραδύς. 875

V. 867. γηράναι ποτέ cum Dindorfio scripsi. Libri γηρᾶναί ποτε.

V. 862. θεῖέν μ' ἄφωνον etc.] Recte Reisigius: optat Oedipus, ut sibi liceat iam exsecrari Creontem coram Furiis, quae taciturnitate erant colendae. Vide quae ad v. 130 sq. adnotavi. De dictione ἄφωνον τῆςδε τῆς ἀρᾶς vide quae ad v. 783. κακῶν ἄνατος dixi. Scholiasta: μὴ ἄφωνος γενοίμην εἰς τὸ καταρᾶσθαί σε.

V. 863. ὅς μ' — ψιλὸν] De ὅς pronomine, quod referendum ad pronomen, quod latet in antecedentibus, quorum sensum recte indicavit Scholiasta, cf. v. 728. ed. meae.

V. 863 sq. Schol.: ὄμμα· φησὶ τὴν Ἀντιγόνην. — Personae notio, quae est in ἀποσπάσας, non in priora etiam lumina cadit, πρὸς ὄμμασιν τ. πρ., quasi illa quoque ei abstulerit Creon, sed una avellendi notio inde capitur, atque ad Oedipi ipsius oculos traducitur ita, ut ipse eos sibi avellisse cogitetur, quasi oratio haec sit: πρὸς ὄμμασι τοῖς πρόσθεν ἀποσπασθεῖσιν. Ceterum ad ἀποσπάσας — ἐξοίχει confer v. 881 sq. et Aristoph. Thesmoph. 691: τὸ παιδίον ἐξαρπάσας μοι φροῦδος ἀπὸ τοῦ τιτθίου. REIS. De duplici accusativo, quem ἀποσπᾶν adsciscit, vide Matth. §. 418. Adiectivum ψιλόν Iacobsius interpretatur ἀσθενές, ita ut miseram Antigonae conditionem, omni auxilio destitutae, significatam putet.

V. 865 sq. θεῶν ὁ πάντα λεύσσων Ἥλιος] Sol inter deos is dicitur esse, qui cuncta cernat. Quare πανόπτης vocatus et aliis modis multis descriptus ob aciem a poetis, velut quos memorat Stanl. ad Aesch. Prom. 91. in exempl. Butleriano. Eodem spectat Soph. O. R. 660: τὸν πάντων θεῶν θεὸν πρόμον Ἅλιον. Sed quod Sol invocatur ut caecitatis effector, idem poterat Orco assignari. Verum veteres cogitationi huic sunt assuefacti, ut naturam eandem contrarias in partes vim posse exserere intelligant, quum adest eadem vel deficit. Quare idem sol apud Ciceronem de N. D.

(ἀντιστροφή.)

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἰὼ τάλας.

ΧΟΡΟΣ.

ὅσον λῆμ' ἔχων ἀφίκου, ξέν', εἰ
875 τάδε δοκεῖς τελεῖν.

ΚΡΕΩΝ.

δοκῶ.

ΧΟΡΟΣ.

τάνδ' ἄρ' οὐκέτι νεμῶ πόλιν.

ΚΡΕΩΝ.

τοῖς τοι δικαίοις χὠ βραχὺς νικᾷ μέγαν. 880

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἀκούεθ' οἷα φθέγγεται;

V. 876. νεμῶ Scholiastam legisse ex interpretatione eius apparet. Libri νέμω.

II, 19. ita movetur, ut, quum terras larga luce compleverit, easdem modo his, modo illis ex partibus opacet; et apud Horat. Carm. saec.: Alme Sol, curru nitido diem qui promis et celas. Notissimus est versus Sophoclis: ἔλυσεν αἰνὸν ἄχος ἀπ' ὀμμάτων Ἄρης. Nimirum iam in Hom. hymno Z. Mars oratur, ut pacem conservet: ἀλλὰ σὺ θάρσος δός, μάκαρ, εἰρήνης τε μένειν ἐν ἀπήμοσι θεσμοῖς. REIS. Vide quae in Censura Ai. ab Lobeck. ed. p. 152 sqq. exposuimus. De genitivo θεῶν vide Matth. §. 320.

V. 867. οἷον κἀμέ] I. e. οἷον καὶ ἐγὼ γηράσκω. Vide Matth. §. 427. not. 1., de καὶ quae ad v. 53. adnotavimus. De locutione βίον γηράναι in Cens. Ai. ab Lobeck. ed. p. 57 sq. diximus.

V. 868. ὁρᾶτε ταῦτα etc.] Hic quoque Creon iniuria ab Oedipo se lacessitum ostendit, ut iniuriae crimen a se depellat.

V. 870. ᾠήμασίν σ' ἀμύνομαι] Confert Neuius Antig. 643: ὡς καὶ τὸν ἐχθρὸν ἀνταμύνωνται κακοῖς.

V. 872. καὶ χρόνῳ βραδύς] Et aetate segnis, idem igitur atque γήρᾳ βαρύς. De χρόνῳ vide ad v. 7., de βραδὺς cf. v. 306: κεἰ βραδὺς ἕρπει.

V. 876. Schol.: ταύτην δ' ἄρα οὐκέτι νομιῶ πόλιν, εἰ σὺ ἀπάξεις τοῦτον. De verbo νέμειν confer Trach. 483: εἴ τι τήνδ' ἁμαρτίαν νέμεις. O. R. 1080: ἐγὼ δ' ἐμαυτὸν παῖδα τῆς Τύχης νέμων. Electr. 180: σὲ δ' ἔγωγε νέμω θεόν. Hoc igitur Chorus dicit: non iam civitatem hanc esse civitatem putabo, i. e. pro nihilo iam hanc civitatem putabo, si tibi facere permittet quae moliris.

V. 877. τοῖς τοι δικαίοις] De dativo confert Neuius cum Matth. §. 400, 5. Thucyd. IV, 62: εἴ τις βεβαίως τι ἢ τῷ δικαίῳ ἢ βίᾳ πράξειν οἴεται. Sensum recte reddidit Brunckius: in iusta causa.

Ibid. βραχὺς] Tenuis, in-

ΧΟΡΟΣ.

τά γ' οὐ τελεῖ.

. . . . .

ΚΡΕΩΝ.

Ζεὺς ταῦτ' ἂν εἰδείη, σὺ δ' οὔ.

ΧΟΡΟΣ.

880 ἆρ' οὐχ ὕβρις τάδ';

ΚΡΕΩΝ.

ὕβρις· ἀλλ' ἀνεκτέα.

ΧΟΡΟΣ.

ἰὼ πᾶς λεώς, ἰὼ γᾶς πρόμοι,
μόλετε σὺν τάχει, μόλετ'· ἐπεὶ πέραν 885
περῶσ' οἵδε δή.

ΘΗΣΕΥΣ.

τίς ποθ' ἡ βοή; τί τοὔργον; ἐκ τίνος φόβου ποτὲ
885 βουθυτοῦντά μ' ἀμφὶ βωμὸν ἔσχετ' ἐναλίῳ θεῷ
τοῦδ' ἐπιστάτῃ Κολωνοῦ; λέξαθ', ὡς εἰδῶ τὸ πᾶν,
οὗ χάριν δεῦρ' ἦξα θᾶσσον ἢ καθ' ἡδονὴν ποδός. 890

EDUARDUS WUNDERUS.

VOL. I. SECT. IV.

CONTINENS

ANTIGONAM.

EDITIO TERTIA MULTIS LOCIS EMENDATA.

GOTHAE ET ERFORDIAE, MDCCCXLVI.
SUMPTIBUS FRIDERICAE HENNINGS.
(LONDINI D. NUTT, 158 FLEET STREET.)

ASHMOLEAN
OXFORD
MUSEUM

ΣΟΦΟΚΛΕΟΥΣ

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.
ΙΣΜΗΝΗ.
ΧΟΡΟΣ ΘΗΒΑΙΩΝ ΓΕΡΟΝΤΩΝ.
ΚΡΕΩΝ.
ΦΥΛΑΞ.
ΑΙΜΩΝ.
ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.
ΑΓΓΕΛΟΣ.
ΕΥΡΥΔΙΚΗ.
ΕΞΑΓΓΕΛΟΣ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Ἀποθανόντα Πολυνείκην ἐν τῇ πρὸς τὸν ἀδελφὸν μονομαχίᾳ Κρέων ἄταφον ἐκβαλὼν κηρύττει μηδένα αὐτὸν θάπτειν, θάνατον τὴν ζημίαν ἀπειλήσας. τοῦτον Ἀντιγόνη ἡ ἀδελφὴ θάπτειν πειρᾶται. καὶ δὴ λαθοῦσα τοὺς φύλακας ἐπιβάλλει χῶμα· οἷς ἐπαπειλεῖ θάνατον ὁ Κρέων, εἰ μὴ τὸν τοῦτο δράσαντα ἐξεύροιεν. οὗτοι τὴν κόνιν τὴν ἐπιβεβλημένην καθάραντες οὐδὲν ἧττον ἐφρούρουν. ἐπελθοῦσα δὲ ἡ Ἀντιγόνη καὶ γυμνὸν εὑροῦσα τὸν νεκρὸν, ἀνοιμώξασα ἑαυτὴν εἰσαγγέλλει. ταύτην ὑπὸ τῶν φυλάκων παραδεδομένην Κρέων καταδικάζει καὶ ζῶσαν εἰς τύμβον καθεῖρξεν. ἐπὶ τούτοις Αἵμων, ὁ Κρέοντος υἱός, ὃς ἐμνᾶτο αὐτήν, ἀγανακτήσας ἑαυτὸν ἐπισφάζει τῇ κόρῃ ἀπολομένῃ ἀγχόνῃ, Τειρεσίου ταῦτα προθεσπίσαντος. ἐφ' ᾧ λυπηθεῖσα Εὐρυδίκη, ἡ τοῦ Κρέοντος γαμετή, ἑαυτὴν κατασφάζει. καὶ τέλος θρηνεῖ Κρέων τὸν τοῦ παιδὸς καὶ τῆς γαμετῆς θάνατον.

ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ.

Ἀντιγόνη παρὰ τὴν πρόσταξιν τῆς πόλεως θάψασα τὸν Πολυνείκην ἐφωράθη, καὶ εἰς μνημεῖον κατάγειον ἐντεθεῖσα παρὰ τοῦ Κρέοντος ἀνῄρηται· ἐφ' ᾗ καὶ Αἵμων δυσπαθήσας διὰ τὸν εἰς αὐτὴν

ἔρωτα ξίφει ἑαυτὸν διεχρήσατο. ἐπὶ δὲ τῷ τούτου θανάτῳ καὶ ἡ μήτηρ Εὐρυδίκη ἑαυτὴν ἀνεῖλε.

Τὸ μὲν δρᾶμα τῶν καλλίστων Σοφοκλέους. στασιάζεται δὲ τὰ περὶ τὴν ἡρωΐδα ἱστορούμενα καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτῆς Ἰσμήνην, ἃς ὁ μὲν Ἴων ἐν τοῖς διθυράμβοις καταπρησθῆναί *) φησιν ἀμφοτέρας ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἥρας ὑπὸ Λαοδάμαντος **) τοῦ Ἐτεοκλέους. Μίμνερμος δέ φησι τὴν μὲν Ἰσμήνην προσομιλοῦσαν Θεοκλυμένῳ ὑπὸ Τυδέως κατὰ Ἀθηνᾶς ἐγκέλευσιν τελευτῆσαι ***).

Κεῖται δὲ ἡ μυθοποιία καὶ παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Ἀντιγόνῃ· πλὴν ἐκεῖ φωραθεῖσα τῷ Αἵμονι †) δίδοται πρὸς γάμου κοινωνίαν καὶ τίκτει τὸν Μαίμονα.

Ἡ μὲν σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν Θήβαις ταῖς Βοιωτικαῖς. ὁ δὲ Χορὸς συνέστηκεν ἐξ ἐπιχωρίων γερόντων· προλογίζει δὲ ἡ Ἀντιγόνη· ὑπόκειται δὲ τὰ πράγματα ἐπὶ τῶν Κρέοντος βασιλείων. τὸ δὲ κεφάλαιόν ἐστι τάφος Πολυνείκους, Ἀντιγόνης ἀναίρεσις, θάνατος Αἵμονος, καὶ μόρος Εὐρυδίκης, τῆς Αἵμονος μητρός. φασὶ δὲ τὸν Σοφοκλέα ἠξιῶσθαι τῆς ἐν Σάμῳ στρατηγίας, εὐδοκιμήσαντα ἐν τῇ διδασκαλίᾳ τῆς Ἀντιγόνης. λέλεκται δὲ τὸ δρᾶμα τοῦτο τριακοστὸν δεύτερον.

*) καταπρησθῆναι scripsi ex coni. Dindorfii. Libri καταπροισθῆναι.

**) Notus Laodamas, Eteoclis filius, ex Apollodoro III, 7. Pausania IX, 7. aliisque.

***) Post verbum τελευτῆσαι Brunckius addidit: τὸ δὲ δρᾶμα τὴν ἐπιγραφὴν ἔσχεν ἀπὸ τῆς παρεχούσης τὴν ὑπόθεσιν Ἀντιγόνης, quae verba desiderantur in cod. Paris. et editt. vett., indigna, ut equidem arbitror, Aristophane grammatico.

†) τῷ Αἵμονι restitui ex Dresd., Turn. et quae eam editionem sequuntur. Vulgo μετὰ τοῦ Αἵμονος. Scholiasta ad Ant. v. 1350.: ἰστέον δὲ, ὅτι διαφέρει τῆς Εὐριπίδου Ἀντιγόνης αὕτη, ὅτι φωραθεῖσα ἐκείνη διὰ τὸν Αἵμονος ἔρωτα ἐξεδόθη πρὸς γάμον· ἐνταῦθα δὲ τοὐναντίον.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ὦ κοινὸν αὐτάδελφον Ἰσμήνης κάρα,
ἆρ' οἶσθ', ὅτι Ζεὺς τῶν ἀπ' Οἰδίπου κακῶν

V. 2. Pro ὅτι, recte ab Hermanno restituto, vulgo ὅ τι scribitur.

V. 1. κοινὸν — κάρα] Maiore cum vi ἀσυνδέτως hic composita sunt adiectiva κοινὸν et αὐτάδελφον, quae vulgo καὶ copula coniungi solent. Sic Aesch. Eum. 89: σὺ δ', αὐτάδελφον αἷμα καὶ κοινοῦ πατρός, Ἑρμῆ. Soph. El. 12: πρὸς σῆς ὁμαίμου καὶ κασιγνήτης. De quo loco Eustathius p. 410, 35. (311, 18.): ὅρα, ὅτι, Ὁμήρου τοὺς κασιγνήτους ἑρμηνεύσαντος, Σοφοκλῆς τὴν ὅμαιμον διασαφεῖ ἐν τῷ πρὸς σῆς ὁμαίμου καὶ κασιγνήτης. ποιεῖ δὲ τοῦτο ἐκεῖνος διὰ τὸ μὴ πάντα ὅμαιμον ἤδη καὶ κασίγνητον εἶναι. ὅμαιμοι γὰρ πολλαχοῦ καὶ οἱ ἁπλῶς καθ' αἷμα καὶ προσγενεῖς, ὡς δηλοῖ καὶ Λυκόφρων ὁ καὶ αὐθομαίμους τοὺς τοῦ αὐτοῦ γένους εἰπών. Adiectivo autem κοινὸς idem fere hic significari, quod nomine ὅμαιμος El. v. 12., facile quivis intelliget. De addito κάρα cfr. O. R. 40. — De κάρα vide Matth. §. 430.

V. 2 sq. ἆρ' οἶσθ', ὅτι — τελεῖ] Nostin Iovem malorum, quae ab Oedipo oriuntur, nihil viventibus nobis non perficere? Nam ὁποῖον οὐχὶ τῶν κακῶν τελεῖ, pro quo levi cum discrimine τί οὐχὶ τ. κ. τελεῖ dici potuit, Sophocles, quo vividior exsisteret oratio, pro οὐδὲν τῶν κακῶν οὐ τελεῖ, sive πάντα τὰ κακὰ τελεῖ posuit. Simillime dictum est Oed. R. 1401 sq.: ἆρά μου μέμνησθ', ὅτι οἷ' ἔργα δράσας ὑμῖν εἶτα δεῦρ' ἰὼν ὁποῖ' ἔπρασσον αὖθις; ubi item maluit poeta interrogatione usus dicere οἷα ἔργα, quam affirmative loqui atque id ponere, quod in mente habebat, κάκιστα ἔργα. Nam hoc dicit: ἆρα μέμνησθε, ὅτι ἐγὼ κάκιστα ἔργα ὑμῖν ἔδρασα etc.

V. 2. τῶν ἀπ' Οἰδίπου κακῶν] Non ea tantum intelligenda mala sunt, quae Oedipus filiis imprecatus erat (vide Oed. C. 1370 sqq.), sed illa etiam, quae huius fab. 49 sqq. commemorantur.

ὁποῖον οὐχὶ νῶν ἔτι ζώσαιν τελεῖ;
οὐδὲν γὰρ οὔτ' ἀλγεινὸν οὔτ' ἄγης ἄτερ
5 οὔτ' αἰσχρὸν οὔτ' ἄτιμόν ἐσθ', ὁποῖον οὐ
τῶν σῶν τε κἀμῶν οὐκ ὄπωπ' ἐγὼ κακῶν.
καὶ νῦν τί τοῦτ' αὖ φασι πανδήμῳ πόλει
κήρυγμα θεῖναι τὸν στρατηγὸν ἀρτίως;
ἔχεις τι κἀκήκοας; ἢ σε λανθάνει
10 πρὸς τοὺς φίλους στείχοντα τῶν ἐχθρῶν κακά;

V. 4. ἄγης ἄτερ ex coniectura Coraii cum Erfurdtio et Schaefero recepi. Libri ἄτης ἄτερ, quod quanquam iam Didymus legit, ut ex scholiis intelligimus, tamen a Sophocle scriptum esse nequit. Omnes enim, quae prolatae sunt rationes vulgatae defendendae et explicandae, falsas esse evidentissimis ostendi argumentis potest. Quin

V. 3. νῶν ἔτι ζώσαιν] Genitivos hos esse, non dativos, quos putavit Scholiasta, Schaefer. aliique monuerunt. Comparat Seidlerus Trach. 305: ὦ Ζεῦ τροπαῖε, μήποτ' εἰςίδοιμί σε πρὸς τοὐμὸν οὕτω σπέρμα χωρήσαντά ποι, μηδ', εἴ τι δράσεις, τῆςδέ γε ζώσης ἔτι.

V. 4 sqq. οὐδὲν γὰρ — ἐγὼ κακῶν] Nihil enim aut triste, aut miserum, aut ignominiosum, aut turpe est, quod ego in tuis et meis malis non viderim. Et dolore et miseria et ignominia et turpitudine affectas se esse ait malis illis, quae adhuc perpessae sint, expositis v. 49 sqq. De acerbo enim Creontis edicto v. 7. demum dicere incipit.

V. 4. ἄγης ἄτερ] Suidas et Etym. M. ἄγη· ζῆλος. Hesychius: ἄγαις· ζηλώσεσιν. Αἰσχύλος Θρῄσσαις. Itaque ἄγης ἄτερ idem valet atque ἄζηλον, i. e. ἄνολβον, δυςτυχές. Cfr. Trach. 284: ἐξ ὀλβίων ἄζηλον εὑροῦσαι βίον. Adde eiusd. fab. 745. El. 1455.

V. 5 sq. ὁποῖον οὐ — οὐκ ὄπωπ' ἐγὼ κακῶν] Repetitae negationis exempla haec attulerunt interpretes: Aesch. Agam. 1634: ὃς ῥύκ, ἐπειδὴ τῷδ' ἐβούλευσας μόρον, δρᾶσαι τόδ' ἔργον οὐκ ἔτλης αὐτοκτόνως. Soph. Trach. 1014: καὶ νῦν ἐπὶ τῷδε νοσοῦντι οὐ πῦρ, οὐκ ἔγχος τις ὀνήσιμον οὐκ ἀποτρέψει; Thucyd. I, 122 extr.: καὶ οὐκ ἴσμεν, ὅπως τάδε τριῶν τῶν μεγίστων ξυμφορῶν οὐκ ἀπήλλακται. Cfr. Boeckh. nott. critt. Pind. Pyth. III extr. et Reisig. Comm. critt. Oed. C. 350. — De genitivo κακῶν vid. Matth. §. 322.

V. 7. Scholiasta: πανδήμῳ πόλει· πάσῃ τῇ πόλει. Sic 1141. et El. 982. Adde huius fab. 733: Θήβης τῆςδ' ὁμόπτολις λεώς. Ai. 844: πανδήμου στρατοῦ.

V. 8. τὸν στρατηγόν] Regem, i. e. Creontem. Vox enim στρατός, ut Latinorum exercitus, et populum significat et milites, qui cives erant apud priscos. Cfr. Fischer. ad Aristoph. Plut. 192. et, quem laudat, van Dalen Dissert. ad marm. ant. V, 3, quod caput est de strategis et scribis Graecis; item I. C. F. Baehr. ad Plutarch. Philopoem. 11. BOTH. Cfr. Trachin. 785 sqq. ed. meae.

V. 9. ἔχεις] Cognitum habes, nosti. Ita nonnunquam ἔχειν usurpatur. Cfr. Trach. 318.

ΙΣΜΗΝΗ.

ἐμοὶ μὲν οὐδεὶς μῦθος, Ἀντιγόνη, φίλων
ἀῦδ' ἡδὺς οὔτ' ἀλγεινὸς ἵκετ', ἐξ ὅτου
δυοῖν ἀδελφοῖν ἐστερήθημεν δύο,
μιᾷ θανόντων ἡμέρᾳ διπλῇ χερί·
15 ἐπεὶ δὲ φροῦδός ἐστιν Ἀργείων στρατὸς
ἐν νυκτὶ τῇ νῦν, οὐδὲν οἶδ' ὑπέρτερον,
οὔτ' εὐτυχοῦσα μᾶλλον οὔτ' ἀτωμένη.

ullam, quae probari possit, eius expediendae viam unquam excogitari posse nego. Coraii autem correctio et lenis est et sensui apta, ita ut certe potuisse sic a poeta scribi negari nequeat. Brunckius ἀτήριον scripsit.

ibique Scholiastam. Phil. 560. 789. Eur. Or. 1120: ἔχω τοσοῦτον, τἀπίλοιπα δ' οὐκ ἔχω, ad quem locum Scholiasta: νοῶ ὅσον λέγεις, τὰ λοιπὰ δὲ οὐ νοῶ. Hipp. 1436: ἔχεις γὰρ μοῖραν, ᾗ διεφθάρης. Alc. 51: ἔχω λόγον δὴ καὶ προθυμίαν σέθεν. Eodem modo Latini habere usurpant. Vide exempla plura allata a me ad Cic. or. Planc. XXIII, 55. p. 152.

V. 9. sq. ἢ σε λανθάνει — κακά] Sensus hic est: an te latet ad amicos nostros pervenire mala istius modi, qualia hostes nostri perpetiuntur? i. e. an te latet, id quod hostibus nostris, qui occisi sunt, accidit, ut non sepeliantur, sed insepulti feris obiiciantur, eam iniuriam Polynici, fratri nostro, inferri? De numero plurali τοὺς φίλους vide ad O. R. 361.

V. 11. μῦθος — φίλων] Verbum de amicis. Sic Ai. 220: ἀνέρος αἴθοπος ἀγγελίαν. Vide Matth. §. 342. 1. Rost. §. 108. not. 1.

V. 13. δυοῖν — δύο] Amat ita loqui Sophocles. Confer huius fab. 73. 142. Ai. 267: κοινὸς ἐν κοινοῖσι. 467: μόνος μόνοις. 620: ἄφελα παρ' ἀφίλοις. 1283: μόνος μόνου. O. C. 184: ξεῖνος ἐπὶ ξένῃς. Phil. 135: ἐν ξένῳ ξένον. Trach. v. 613: καινῷ καινὸν ἐν πεπλώματι.

V. 14. Schol.: διπλῇ χερί· τῇ ὑπ' ἀλλήλων· τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ διπλῇ, οἷον ὑπ' ἀλλήλων ἀναιρεθέντων τῶν ἀδελφῶν. At neque alibi unquam διπλοῦν significat mutuum, neque, si significaret, ea notione hoc loco usurpatum concederem, in quo ex iis verbis, quae opposita sunt, μιᾷ ἡμέρᾳ, manifesto apparet de numero διπλοῦν dictum esse et duplex sive geminum significare. Cfr. v. 55: τρίτον δ' ἀδελφὼ δύο μίαν καθ' ἡμέραν etc. et 170: ὅτ' οὖν ἐκεῖνοι πρὸς διπλῆς μοίρας μίαν καθ' ἡμέραν ὤλοντο. Vide etiam Valck. ad Eur. Hipp. 1403. Itaque hic est huius versus sensus: ita ut uno die gemina caedes fieret.

V. 15. Schol.: ἐπεί· ἀντὶ τοῦ ἀφ' οὗ. Cfr. Porson. ad Eur. Med. 138. et Blomf. ad Aesch. Agam. gl. 39.

V. 16. ἐν νυκτὶ τῇ νῦν] Dicta haec primo mane post eam noctem, qua discesserant Argivi. Cfr. 100 sqq. et 253.

V. 16 sq. Schol.: ὑπέρτερον· ἀντὶ τοῦ πλέον. Recte

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ἤδη καλῶς, καί σ' ἐκτὸς αὐλείων πυλῶν
τοῦδ' οὕνεκ' ἐξέπεμπον, ὡς μόνη κλύοις.

ΙΣΜΗΝΗ.

τί δ' ἔστι; δηλοῖς γάρ τι καλχαίνουσ' ἔπος.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

οὐ γὰρ τάφου νῷν τὼ κατιγνήτω Κρέων
τὸν μὲν προτίσας, τὸν δ' ἀτιμάσας ἔχει;
Ἐτεοκλέα μέν, ὡς λέγουσι, σὺν δίκῃ
χρησθεὶς δικαίᾳ καὶ νόμῳ κατὰ χθονὸς
ἔκρυψε, τοῖς ἔνερθεν ἔντιμον νεκροῖς·

V. 24. Tribus incommodis hic locus laborat. Nunquam enim aut χρησθεὶς pro χρησάμενος usurpatum, aut χρῆσθαι σύν τινι dictum, aut substantivum δίκη cum adiectivo δίκαιος coniunctum est. Haec autem, quae singula corruptelae suspicionem certissimam alibi moverent, tu coniuncta hic feras et a Sophocle admissa credas? Quid autem, si non corrigendus, sed eiiciendus hic versus est, ut ab interprete additus? Certe omisso eo nihil desiderabis, quum ad verbum ἔκρυψε, id quod quis addendum putarit, nomen τάφῳ aut simile quid vel ex antecedentibus facillime adsumi possit. Quanquam ne opus quidem, ut adsumatur quicquam, quum infra etiam v. 285. solum verbum κρύπτειν de eadem re usurpatum sit.

Hermannus: nihil amplius novi, nec feliciorem me factam esse neque infeliciorem.

V. 18. ἤδη καλῶς] Facile apparet supplendum esse: nihil te audivisse.

V. 19. Schol.: τοῦδ' οὕνεκ' ἐξέπεμπον· ἀντὶ τοῦ διὰ τοῖτό σε ἤγαγον ἐνταῦθα· τὸ δὲ ἐξέπεμπον ἀντὶ τοῦ μετεπεμπόμην. Cfr. 161: κοινῷ κηρύγματι πέμψας. Saepissime στέλλειν ea notione Sophocles usurpavit.

V. 20. δηλοῖς γάρ τι καλχαίνουσ' ἔπος] Hoc dici puta: patet enim perturbari te eo, quod mihi dictura es. Sed illud insolens est, quod dictum καλχαίνειν ἔπος τι, cujus simile exemplum non exstat. Videtur autem accusativus aptus esse ex notione agitandi sive volvendi, quae in verbo καλχαίνειν inclusa tenetur; nec dubium est, quin poetae obversatum sit Homericum illud, πολλὰ δέ οἱ κραδίη πόρφυρε.

V. 21. τάφου νῷν] Verba προτίσας et ἀτιμάσας quum hoc sensu dicta sint, ἀξιώσας et οὐκ ἀξιώσας, facile intelligitur, genitivum τάφου ex utriusque verbi notione aptum esse ita, ut tamen, id quod totius loci sententia docet, ad posterius potissimum verbum referendus sit. Tum νῷν dativum esse secundum Reisigium ad O. C. p. 359, monuit Wexius. Cfr. Matth. §. 389. g.

Ibid. τὼ κασιγνήτω — τὸν μὲν, τὸν δὲ] Nota locutio. Sic 561. Cfr. Matth. §. 289. not. 8.

V. 25. τοῖς ἔνερθεν ἔντιμον νεκροῖς] Veteres, si quis aut inhumatus iaceret, aut

τὸν δ' ἀθλίως θανόντα Πολυνείκους νέκυν
ἀστοῖσί φασιν ἐκκεκηρῦχθαι τὸ μὴ
τάφῳ καλύψαι, μηδὲ κωκῦσαί τινα,
ἐᾶν δ' ἄκλαυτον, ἄταφον, οἰωνοῖς γλυκὺν
30 θησαυρὸν εἰσορῶσι πρὸς χάριν βορᾶς.
τοιαῦτά φασι τὸν ἀγαθὸν Κρέοντα σοὶ
κἀμοί, λέγω γὰρ κἀμέ, κηρύξαντ' ἔχειν,
καὶ δεῦρο νεῖσθαι ταῦτα τοῖσι μὴ εἰδόσιν
σαφῆ προκηρύξοντα, καὶ τὸ πρᾶγμ' ἄγειν
35 οὐχ ὡς παρ' οὐδέν, ἀλλ' ὃς ἂν τούτων τι δρᾷ,

V. 30. Brunckius ex viri cuiusdam docti coni. εἰσορμῶσι scripsit; nescio an recte.

V. 31. Vulgo Κρέοντά σοι. Correxit primus Schaeferus. Potest tamen etiam illud defendi.

V. 33. τοῖσι μὴ εἰδόσιν e coni. Heathii cum Hermanno scripsi. Libri τοῖς μὴ εἰδόσιν. Brunckius τοῖς μὴ οὐκ εἰδόσιν.

non rite post mortem coleretur, contemptui inter mortuos habitum credebant. Hinc Electra apud Aesch. Choeph. 482: παρ' εὐδείπνοις ἔσῃ ἄτιμος. Clytaemnestra quoque Eumen. 97: ὄνειδος ἐν φθιτοῖσιν οὐκ ἀπόλλυται. MUSG. Cfr. Virg. Aen. VI, 325 sqq. Ceterum per prolepsin dicta haec verba sunt, de qua vide Matth. §. 446. not. 2.

V. 26. Schol.: Πολυνείκους νέκυν· ἀντὶ τοῦ αὐτὸν τὸν Πολυνείκη. De locutione τὸν θανόντα νέκυν satis est comparasse Homericam νέκυς τεθνηώς et νέκυς κατατεθνηώς. Sic infra v. 467. 515.

V. 27. ἐκκεκηρῦχθαι] Et hic et v. 203. et O. C. 430. verbum ἐκκηρύσσειν pro simplici κηρύσσειν positum est.

V. 30. Schol.: θησαυρόν· ἕρμαιον, εὕρημα. Brunckius: πρὸς χάριν valet ἕνεκα, ut infra 908: τίνος νομου πρὸς χάριν; id est τίνος ἕνεκα νόμου. Apud Euripidem Med. 541: πρὸς ἰσχύος χάριν idem est ac πρὸς βίαν, κατ' ἰσχύν. Cfr. Matth. §. 591. ε. Apte comparaveris locutionem illam Graecorum cum nostra zu Gefallen, quam saepissime nihil differre a particula wegen constat. Ceterum referenda ipsa haec verba, πρὸς χάριν βορᾶς, ad participium εἰσορῶσι sunt, quod iungendum cum adiectivo γλυκὺν ita, ut idem fere sit atque γλυκὺν εἰσορᾶν. Cfr. Matth. §. 555. not. 2.

V. 31. Schol.: ἀγαθόν· ἐν εἰρωνείᾳ.

V. 32. λέγω γὰρ κἀμέ] Recte monet Erfurdtius hoc dicere Antigonam: parum me norat Creon, qui me quoque facere iuberet quae cum pietate in fratrem pugnant.

V. 33. Schol.: νεῖσθαι· ἀντὶ τοῦ πορεύεσθαι.

V. 34. ἄγειν] Recte Scholiasta interpretatur ἡγεῖσθαι. Sic Eurip. Bacch. 1035: Θήβας δ' ἀνάνδρους ὧδ' ἄγεις;

V. 35. Schol.: οὐχ ὡς παρ' οὐδέν· οὐχ ὡς ἔτυχεν ἔχειν τὸ πρᾶγμα, ἀντὶ τοῦ οὐκ εὐτελῶς καὶ ὡς πάρεργον, ἀλλ' ὡς μέγα. Ἢ οὕτως· οὐχ ὡς

φόνον προκεῖσθαι δημόλευστον ἐν πόλει.
οὕτως ἔχει σοι ταῦτα, καὶ δείξεις τάχα,
εἴτ' εὐγενὴς πέφυκας, εἴτ' ἐσθλῶν κακή.

ΙΣΜΗΝΗ.

τί δ', ὦ ταλαῖφρον, εἰ τάδ' ἐν τούτοις, ἐγὼ
40 λύουσ' ἂν ἢ 'φάπτουσα προσθείμην πλέον;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

εἰ ξυμπονήσεις κἀξυνεργάσει, σκόπει.

V. 40. Hermannus λύουσ' ἂν ἢ θάπτουσα scripsit, cuiusmodi quid a poeta hic scribi non potuisse e sequentibus manifesto apparet.

οὐδέν, ἀλλὰ μέγα. De locutione παρ' οὐδὲν ἄγειν sive ἡγεῖσθαί monitum iam ad O. R. 954.

V. 36. φόνον προκεῖσθαι etc.] Omissum τούτῳ. Vide quae ad Philoct. 137 — 139. adnotavi. De locutione δημόλευστον φόνον cfr. Aesch. Spt. c. Th. 183: λευστῆρα δήμου δ' οὔτι μὴ φύγῃ μόρον, ibique Blomf. in glossario. Adde Trach. 357: ὁ ῥιπτὸς Ἰφίτου μόρος. De hoc poenae genere vide ad O. C. 431.

V. 37. οὕτως ἔχει σοι ταῦτα] Sic El. 761: τοιαῦτά σοι ταῦτ' ἐστίν.

V. 38. εἴτ' ἐσθλῶν κακή] I. e. εἴτ' ἐσθλῶν πεφυκυῖα κακὴ εἶ. De genitivo vide Matth. §. 374, de εἴτε — εἴτε eundem §. 617. 5.

V. 39. τί δ', ὦ ταλαῖφρον etc.] Musgravius quum poetam pro verbis λύουσ' ἂν ἢ 'φάπτουσα scripsisse λέγουσ' ἂν ἢ πράττουσα suspicatus est, etsi coniecit quod nemo unquam probavit, tamen, quid fere dici hic a poeta debuerit, optime mihi videtur perspexisse. Verum eum ipsum fere sensum, quem ille restitutum ivit, in vulgata scriptura iam inesse nuper acute ostendit Boeckhius. Is enim hoc primum verissime mihi videtur monuisse, λύουσα ἢ ἐφάπτουσα locutionem proverbialem esse, in qua λύειν fere significet interponendo sese difficultates alicuius rei solvere, ἐφάπτειν autem conficere aliquid, sive rei alicuius agendae socium esse, apte comparata locutione proverbiali κάθαμμα λύειν, coll. Eur. Hippol. 666. Zenob. IV, 46. Hesychio, Suida, et adscripto Ai. 1317: εἰ μὴ ξυνάψων, ἀλλὰ συλλύσων πάρει. Similiter oppositá sibi sunt συνάπτειν et λύειν apud Plutarch. Alcib. c. 14. Adde huius fab. 1092 sq. cum nota. Deinde idem vere statuit coniungenda verba esse τί πλέον προσθείμην, valereque πλέον τι τίθεσθαι aliquid utilitatis sibi parare, similiter atque πλέον ποιῶ, πλέον ἐργάζομαι et alia dicantur, de quibus vide Valck. ad Eur. Hipp. 284. et in Diatr. Eur. C. XIV. p. 150. Adde huius fab. v. 268. — Itaque quum negat Ismena se quicquam sibi et Antigonae utilitatis parare posse λύουσαν ἢ ἐφάπτουσαν, hoc mihi videtur dicere, neque deprecando neque agendo, sive neque verbis neque factis se perficere posse, ut Creon iussa, quae dederit, rescindat. Postremo de verbis ἐν τούτοις vide ad O. R. 865. Recte Scholiasta: εἰ τάδ' ἐν τούτοις· εἰ ταῦτα Κρέων ἐκέλευσεν.

ΙΣΜΗΝΗ.

ποῖόν τι κινδύνευμα; ποῦ γνώμης ποτ' εἶ;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

εἰ τὸν νεκρὸν ξὺν τῇδε κουφιεῖς χερί.

ΙΣΜΗΝΗ.

ἦ γὰρ νοεῖς θάπτειν σφ', ἀπόῤῥητον πόλει;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

45 τὸν γοῦν ἐμὸν καὶ τὸν σόν, ἢν σὺ μὴ θέλῃς.

ΙΣΜΗΝΗ.

ὦ σχετλία, Κρέοντος ἀντειρηκότος;

V. 45. Post hunc versum in codd. omnibus additus hic reperitur: ἀδελφόν. οὐ γὰρ δὴ προδοῦσ' ἁλώσομαι. Quem non esse a Sophocle scriptum, evidentissimis argumentis probasse mihi videor in Comment. de Schol. in Soph. tragg. auctoritate p. 19 sqq.

V. 42. ποῦ γνώμης ποτ' εἶ] Cfr. O. C. 167: ποῖ τις φροντίδος ἔλθῃ; ibique notam.

V. 43. ξὺν τῇδε κουφιεῖς χερί] Schaefero χερὶ abundanter positum esse, et ξὺν τῇδε mecum (coll. Melett. critt. p. 114.) significare videtur. Hermannus cum Erfurdtio praestare putat ξὺν τῇδε χερὶ coniungere, coll. Eur. Hipp. 661: σὺν πατρὸς μολὼν ποδί. Ei accessit Matth. §. 430. Tum κουφίζειν νεκρὸν a poetis eodem sensu dicitur, quo scriptores prosaici ἀναιρεῖσθαι νεκρὸν usurpant.

V. 44. θάπτειν σφ', ἀπόῤῥητον πόλει] Recte, puto, Matthiaeus ad Eurip. Orest. 30. et Gr. Gr. §. 564. ἀπόῤῥητον explicat, cum sit interdictum sive vetitum. Scholiasta, quem probat Erfurdtius, pro genere masculino habet, adnotans: τὸν ἀπηγορευμένον καὶ κωλυμένον ὑπὸ τῆς πόλεως τολμᾷς θάπτειν σύ;

V. 45. τὸν γοῦν — θέλῃς] Tenendum est τὸν ἐμὸν et τὸν σόν pro substantivis esse, ita ut significent, quem me, quem te convenit sepelire. Hoc enim dicit Antigona: meo certe officio sepulturae satisfaciam, et tuo, si tu noles; id est, ego certe Polynicem sepeliam, eoque facto et meum et, si tu sepelire nolueris, tuum officium exsequar. Nam quum Ismena quaesivisset, ἦ γὰρ νοεῖς θάπτειν σφ' ἀπόῤῥητον πόλει, num sepelire cogitas quem civitas sepeliri vetuit, eoque versu ostendisset, et quid non esset factura, et cur id, quod non esset factura, facere recusaret, ad utrumque brevi Antigona respondet ita, ut et sepulturam se quidem Polynicem dicat et facturam id propterea esse significet, quod suus sit, i. e. quod talis sit, quem sepelire se conveniat, sive quem sepelire a civitate vetari nequeat, uno verbo quod frater sit. Oppositum enim τὸν ἐμὸν verbis ἀπόῤῥητον πόλει. Pluribus sententiam suam statim post declarat, quum Ismenae interroganti, ὦ σχ. — ἀντειρηκότος, ita respondet, ἀλλ' οὐδὲν αὐτῷ τῶν ἐμῶν μ' εἴργειν μέτα. Quo in loco quo sensu τῶν ἐμῶν positum (de numero plurali ad O. R.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ἀλλ' οὐδὲν αὐτῷ τῶν ἐμῶν μ' εἴργειν μέτα.

ΙΣΜΗΝΗ.

οἴμοι, φρόνησον, ὦ κασιγνήτη, πατὴρ
ὡς ναῦν ἀπεχθὴς δυςκλεής τ' ἀπώλετο,
πρὸς αὐτοφώρων ἀμπλακημάτων διπλᾶς
ὄψεις ἀράξας αὐτὸς αὐτουργῷ χερί·
ἔπειτα μήτηρ καὶ γυνή, διπλοῦν ἔπος,

V. 49 sq. Hermannus comma, quod post ἀπώλετο positum, post ἀμπλακημάτων posuit.

V. 57. Quod vulgo legitur, ἐπ' ἀλλήλοιν χεροῖν, plane putidum est propter casus, quos soni similitudo coniungi, constructio disiungi postulat; propter languide, in tali quidem loco, additum χεροῖν, quod non minus langueret, si ἐπ' ἀλλήλοις legeretur; denique propter non accommodatam rei locutionem, ἐπ' ἀλλήλοιν μόρον κατειργάσαντο. Haec reputare oportebat Schaeferum, et, si haberet quo has dubitationes removeret, id afferre, non de usu dicere praepositionis nemini ignoto, hic autem non apto. Quod movit Boissonadum, ut ederet ὑπ' ἀλλήλοιν χεροῖν. Quare, quod iam pridem conieceram, ἐπαλλήλοιν χεροῖν recepi. Puto autem id nihil esse aliud, quam ἀλληλοφόνους. Nam propria verbi significatio ea postulat intelligi, quae sibi invicem accedunt: primus fortasse usus est hac voce Sophocles. Unde non mirum, si, ut solent rariora, recentioribus demum frequentari coepta est, translata ad crebram iterationem. HERM. Valde probabilis haec coniectura videtur. Illud certe manifestum est, vulgatam scripturam sanam esse non posse.

361. diximus), eodem hic τὸν ἐμὸν accipiendum est. Addo El. 536: ἀλλ' οὐ μετῆν αὐτοῖσι τὴν γ' ἐμὴν κτανεῖν. et O. C. 830: οὐχ ἅψομαι τοῦδ' ἀνδρός, ἀλλὰ τῆς ἐμῆς.

V. 50. Schol.: πατὴρ ὡς ναῦν ἀπεχθής· τὰς συμφορὰς σκόπησον τοῦ παντὸς γένους καὶ πῶς ὁ πατὴρ ἀκλεὴς ἀπώλετο· οὐ μόνον δὲ ἀκλεής, ἀλλὰ καὶ ἀπεχθὴς διὰ τὸν γενόμενον λοιμόν.

V. 51. πρὸς αὐτοφ. ἀμπλακημάτων] Dicuntur flagitia Oedipi, ab ipso detecta, fecisse, ut oculos sibi effoderet. Praepositionis πρὸς ita usurpatae aliquot exempla attulit Matth. §. 590. α. Adde O. R. 492. 1236. El. 1211: πρὸς δίκης, quod ipsum ibi Electra statim post simplici dativo δίκῃ explicat. — Inepte quidam editores haec verba cum ἀπώλετο iunxerunt, posito post ἀμπλακημάτων commate.

V. 53. Schol.: διπλοῦν ἔπος· διπλοῦν ὄνομα ἔχουσα, μήτηρ τε καὶ γυνή. Virg. Aen. I, 288: nascetur Caesar Iulius, a magno demissum nomen Iulo. Ovid. Fast. VI, 802: unde trahit Marcia casta genus, Marcia, sacrifico deductum nomen ab Anco. Lucian. rhet. praec. pr.: ἐρωτᾷς, ὅπως ἂν ῥήτωρ γένοιο, καὶ τὸ σεμνότατον τοῦτο καὶ πάντιμον ὄνομα, σοφιστὴς αὐτὸς εἶναι δόξαις. Valck. ad Eurip. Phoen. 415. Contra Aesch. Prom. 209: ἐμοὶ δὲ μήτηρ Θέμις καὶ Γαῖα, πολλῶν ὀνομάτων μορφὴ μία, προὐτεθέσπικει. Attulit haec Neuius.

πλεκταῖσιν ἀρτάναισι λωβᾶται βίον·
55 τρίτον δ' ἀδελφὼ δύο μίαν καθ' ἡμέραν
αὐτοκτονοῦντε τὼ ταλαιπώρω μόρον
κοινὸν κατειργάσαντ' ἐπ' ἀλλήλοιν χεροῖν.
νῦν δ' αὖ μόνα δὴ νὼ λελειμμένα, σκόπει,
ὅσῳ κάκιστ' ὀλούμεθ', εἰ νόμου βίᾳ
60 ψῆφον τυράννων ἢ κράτη παρέξιμεν.
ἀλλ' ἐννοεῖν χρὴ τοῦτο μέν, γυναῖκ' ὅτι
ἔφυμεν ὡς πρὸς ἄνδρας οὐ μαχουμένα·
ἔπειτα δ', οὕνεκ' ἀρχόμεσθ' ἐκ κρεισσόνων,
καὶ ταῦτ' ἀκούειν κἄτι τῶνδ' ἀλγίονα.
65 ἐγὼ μὲν οὖν αἰτοῦσα τοὺς ὑπὸ χθονὸς
ξύγγνοιαν ἴσχειν, ὡς βιάζομαι τάδε,

V. 54. Schol. ἀρτάναισι· ἀγχόναις. λωβᾶται· ἀφανίζει, ἀπόλλυσιν.

V. 56. αὐτοκτονοῦντε] Confert Neuius Aesch. Spt. c. Th. 681: θάνατος ὧδ' αὐτοκτόνος. ibid. 734: ἐπειδὰν αὐτοκτόνως αὐτοδάϊκτοι θάνωσι. 805: ἐκ χερῶν αὐτοκτόνων.

V. 59. νόμου βίᾳ] lege invita. Vide ad O. C. v. 656.

V. 61. τοῦτο μέν] Respondet v. 63: ἔπειτα δέ. Cfr. Matth. §. 288. not. 2. De sententia confer El. 997: γυνὴ μέν, οὐδ' ἀνὴρ ἔφυς· σθένεις δ' ἔλασσον τῶν ἐναντίων χερί.

V. 63 sq. ἔπειτα δ' — ἀλγίονα] Non accedam iis interpretibus, qui οὕνεκα eodem sensu quo antea ὅτι positum putant. Nam ut cetera mittam, vix potest infinitivus ἀκούειν aptus iudicari ex verbis ἀρχ. ἐκ κρ. Aliena enim exempla sunt, quae probandae huius interpretationis causa Matthiaeus §. 532. d. attulit. Itaque malim cum Fr. Iacobsio ad verba ἔπειτα δὲ καὶ ταῦτ' ἀκ. etc. adsumere ex antecedentibus verbum χρή. Debebat quidem poeta, si persequi inchoatam formam loquendi voluisset, sic dicere: ἔπειτα δὲ (sc. ἐννοεῖν χρὴ), ὅτι, οὕνεκα ἀρχ. ἐκ κρ., καὶ ταῦτα ἡμᾶς χρὴ ἀκούειν etc. Sed brevitati studens sic perrexit dicere, quasi coepisset: sed primum, id quod considerandum est, oportet nos, quae mulieres simus, non pugnare cum viris. Vide quae ad v. 1277 sq. notata sunt.

V. 64. ταῦτ' ἀκούειν] His sive huiusmodi imperiis obtemperare. Cfr. 666 sq. El. 340. et, quod similiter dictum, huius fab. v. 219: ἀπιστεῖν τάδε, huic edicto non obtemperare. Adde quae ad Ai. 1215. et Trachin. 1208. adnotavimus.

V. 65. Schol.: τοὺς ὑπὸ χθονός· ἢ τὸν Πολυνείκη, ἢ τοὺς χθονίους δαίμονας· πιθανῶς δὲ καὶ τοῦ πρέποντος ἐφρόντισε· φησὶ γάρ, ὅτι ἀπολογήσομαι τοῖς κατὰ χθονός. Iacobsius et de Polynice et de dis inferis cogitandum esse putat, quod mihi nullo pacto videtur statui posse. Immo multa eaque gravissima in promptu habeo argumenta, quibus evincere me posse arbitror Polynicem his verbis significari. De plurali monitum ad v. 10.

V. 66. Schol.: ξύγγνοιαν

τοῖς ἐν τέλει βεβῶσι πείσομαι. τὸ γὰρ
περισσὰ πράσσειν οὐκ ἔχει νοῦν οὐδένα.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

οὔτ' ἂν κελεύσαιμ' οὔτ' ἄν, εἰ θέλοις ἔτι
70 πράσσειν, ἐμοῦ γ' ἂν ἡδέως δρῴης μέτα.
ἀλλ' ἴσθ' ὁποῖά σοι δοκεῖ· κεῖνον δ' ἐγὼ
θάψω. καλόν μοι τοῦτο ποιούσῃ θανεῖν.
φίλη μετ' αὐτοῦ κείσομαι, φίλου μέτα,
ὅσια πανουργήσασ'· ἐπεὶ πλείων χρόνος,
75 ὃν δεῖ μ' ἀρέσκειν τοῖς κάτω τῶν ἐνθάδε.
ἐκεῖ γὰρ ἀεὶ κείσομαι· σοὶ δ' εἰ δοκεῖ,
τὰ τῶν θεῶν ἔντιμ' ἀτιμάσασ' ἔχε.

V. 71. Hermannus ὁποία σοι scripsit, ἴσθι imperativum verbi εἰμὶ esse statuens.

ἴσχειν· συγγνώμην ἔχειν, ὅτι βίᾳ πράσσω ταῦτα. De locutione βιάζομαι τάδε, quae idem fere valet atque ἀναγκάζομαι τάδε, vide ad O. R. 259 sq. Sponte patet sensu passivo βιάζομαι et hic et 1073. usurpatum esse.

V. 67. Schol.: τοῖς ἐν τέλει· βασιλεῦσι. Cfr. Ai. 1327. Phil. 385. 925. et Blomf. ad Aesch. Ag. gloss. 104. — Intelligendus autem unus Creon est. De βεβῶσι vide ad O. C. 52.

V. 68. Schol.: τὸ γὰρ περισσὰ πράσσειν· γνωμολογικῶς ἀπαλλάττεται· τὸ γὰρ παρὰ δύναμίν τι πράττειν ἠλίθιον. De νοῦν ἔχει cum verbo τὸ πράσσειν coniuncto confer El. 351: ταῦτα δειλίαν ἔχει.

V. 70. [ἡδέως] Scilicet ἐμοί.

V. 71. Schol.: ἀλλ' ἴσθ' ὁποῖά σοι δοκεῖ· γίγνωσκε ὁποῖα σὺ θέλεις, τὸ πείθεσθαι τοῖς τυράννοις· ἢ τοιαύτη γενοῦ, ὁποία καὶ βούλει. Adverte acerbitatem dicti: scito qualia tibi scienda videntur, i. e. habeto tu tibi scientiam sive intelligentiam illam tuam. Quo respicit Antigona ad ea, quae v. 61 sqq. Ismena dixit. Cfr. El. 1055 sq.: ἀλλ' εἰ σεαυτῇ τυγχάνεις δοκοῦσά τι φρονεῖν, φρόνει τοιαῦτα.

V. 73. φίλη — φίλου μέτα] Simillime apud Platon. Menex. p. 247.: καὶ ἐὰν μὲν ταῦτα ἐπιτηδεύσητε, φίλοι παρὰ φίλους ἡμᾶς ἀφίξεσθε, ὅταν δὴ ὑμᾶς ἡ προσήκουσα μοῖρα κομίσῃ· ἀμελήσαντας δὲ ὑμᾶς καὶ κακισθέντας οὐδεὶς εὐμενῶς ὑποδέξεται.

V. 74. Schol.: ὅσια πανουργήσασα· δίκαια μετὰ πανουργίας ἐργασαμένη, ὡς αὐτὴ λέγεις· ἐπεὶ προεῖπεν τὸ γὰρ περισσὰ πράσσειν οὐκ ἔχει νοῦν οὐδένα. Ἢ οὕτως· ὅσια πανουργήσασα ἀντὶ τοῦ εὐσεβῶς πάντα ἐργασαμένη. Camerarius: in sancto facinore, uti honestum furtum et piam fraudem et huiusmodi alia dicere consuevimus.

V. 74 sq. ἐπεὶ πλείων χρόνος — τῶν ἐνθάδε] I. e. ἐπεὶ πλείονα χρόνον δεῖ μ' ἀρέσκειν τοῖς κάτω ἢ τοῖς ἐνθάδε. Cfr. Matth. §. 454. Rost. §. 109. not. 6.

V. 77. Schol.: τὰ τῶν —

ΙΣΜΗΝΗ.

ἐγὼ μὲν οὐκ ἄτιμα ποιοῦμαι. τὸ δὲ
βίᾳ πολιτῶν δρᾶν ἔφυν ἀμήχανος.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

80 σὺ μὲν τάδ' ἂν προὔχοι. ἐγὼ δὲ δὴ τάφον
χώσουσ' ἀδελφῷ φιλτάτῳ πορεύσομαι.

ΙΣΜΗΝΗ.

οἴμοι, ταλαίνης ὡς ὑπερδέδοικά σου.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

μή μου προτάρβει. τὸν σὸν ἐξόρθου πότμον.

ΙΣΜΗΝΗ.

ἀλλ' οὖν προμηνύσῃς γε τοῦτο μηδενὶ
85 τοὔργον, κρυφῇ δὲ κεῦθε· σὺν δ' αὔτως ἐγώ.

V. 82. οἴμοι, ταλαίνης ὡς cum Stephano scripsi. Vulgo οἴμοι ταλαίνης, ὡς.
V. 83. Errant qui μὴ 'μοῦ scribendum putant.
V. 85. Hermannus αὔτως.

ἔχε· τὰ παρὰ θεοῖς τίμια ἀτίμαζε· τετίμηται γὰρ παρὰ θεοῖς καὶ ὅσιον νενόμισται τὸ θάπτειν νεκρούς· οἷς μᾶλλον δεῖ πείθεσθαι ἢ τοῖς τοῦ Κρέοντος κηρύγμασιν. Confer 450 sqq. De genitivo τῶν θεῶν ex ἔντιμα apto vide Matth. §. 345.

V. 78. ἄτιμα ποιοῦμαι] I. e. ἀτιμάζω. Cfr. Matth. §. 421. not. 4. Tum de articulo infinitivo praeposito videatur idem §. 543. not. 2. Rost. §. 125, 3. b. β.

V. 80. Schol.: σὺ μὲν τάδ' ἂν προὔχοιο· σὺ μὲν τοιαῦτα προφασίζου· τὰς γὰρ προφάσεις προχάνας ἐκάλουν, ὡς καὶ Καλλίμαχος· Ἀγροδέτω [ἄγραδέ ποι emend. Buttm. Gr. ampl. T. II. p. 275 not.] πάσῃσιν ἐπὶ προχάναισιν ἐφοίτα. ἐν τῷ γ Αἰτιῶν. Ἢ σὺ ταῦτα προβάλλου· ἢ σὺ μὲν τούτοις ἂν σαυτὴν σκεπάζοις. Bene Iacobsius: προὔχοιο, ducta metaphora a scuto, quod quis protendens se defendit a vulneribus.

V. 82. οἴμοι, ταλαίνης] Schol.: φιλόστοργον καὶ ταύτης τὸ ἦθος, ἀλλ' εὐλαβές· δέδοικεν οὖν καὶ περὶ τῇ ἀδελφῇ καὶ ἀναβοᾷ περιπαθῶς.

V. 84. προμηνύσῃς — μηδενὶ] De postposita μὴ particula vide ad O. C. 1360 et confer quos Neuius addit locos, El. 432: τούτων μὲν — τύμβῳ προσάψῃς μηδέν. O. C. 1737: φίλαι, τρέσητε μηδέν. Philoct. 332: φράσῃς μοι μὴ πέρα.

V. 85. κρυφῇ δὲ κεῦθε] De abundantia locutionis vide quae ad O. R. 65. adnotavimus; de σὺν adverbialiter posito monuit Matth. §. 594. 1.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

οἴμοι, καταύδα. πολλὸν ἐχθίων ἔσει
σιγῶσ', ἐὰν μὴ πᾶσι κηρύξῃς τάδε.

ΙΣΜΗΝΗ.

θερμὴν ἐπὶ ψυχροῖσι καρδίαν ἔχεις.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ἀλλ' οἶδ' ἀρέσκουσ' οἷς μάλισθ' ἁδεῖν με χρή.

ΙΣΜΗΝΗ.

εἰ καὶ δυνήσει γ' ἀλλ' ἀμηχάνων ἐρᾷς.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

οὐκοῦν, ὅταν δὴ μὴ σθένω, πεπαύσομαι.

ΙΣΜΗΝΗ.

ἀρχὴν δὲ θηρᾶν οὐ πρέπει τἀμήχανα.

V. 86. οἴμοι] Molestia ac dolore affici se Antigona ait, quod Ismenae pium illud officium, quod fratri mortuo praestitura sit, tanquam malum facinus, celandum et occultandum videatur. Non prorsus dissimiliter οἴμοι v. 320 positum. Scholiasta: οἴμοι καταύδα· διὰ τούτου δηλοῖ· ὅτι ἐφ' οἷς ποιῶ ἀγάλλομαι· πᾶσιν οὖν ἀπάγγελλε αὐτά. ἅμα δὲ καὶ ἐφυβρίζει ἐν οἷς δοκεῖ αὐτῇ προσχαρίζεσθαι. De forma πολλὸν cfr. Trachin. 1196. huius fab. 1223. 1236. De accusativo πολλὸν Matth. §. 425. 1. a.

V. 87. σιγῶσ', ἐὰν etc.] Apte Neuius de abundantia locutionis confert Aesch. Choeph. 742: ἡ δὴ κλύων ἐκεῖνος εὐφρανεῖ νόον, εὖτ' ἂν πύθηται μῦθον. Vide quae ad Trach. 895. adnotavimus.

V. 88. Schol.: θερμὴν ἐπὶ ψυχροῖσι· ἐπὶ ἀδυνάτοις νεανιεύῃ καὶ ἐπὶ ἀηδέσι τέρπῃ τὴν ψυχήν. Multo hic rectius sensum loci perspexit quam plerique recentiorum interpretum. Hoc sibi vult Ismena: a qua re alii abhorrent, ad eam tu summo animi impetu raperis. Quod dicit, quia ex verbis, quae modo protulit Antigona, οἴμοι — τάδε, eam intellexit facinus, quod susceptura est, a quo ipsa vehementissime abhorret, adeo praeclarum et laude dignum existimare, ut evulgari etiam per totam urbem cupiat. De nomine ψυχρὸς confer v. 650. Hermannus adscripsit Aesch. Prom. 692: δείματ' ἀμφήκει κέντρῳ ψύχειν ψυχὰν ἐμάν, Neuius Pind. Pyth. IV, 73: κρυόεν μάντευμα. Isthm. I, 37: ἐν κρυοέσσᾳ συντυχίᾳ. Hom. II. ι, 2. et ν, 48, ubi φόβος dicitur κρυερὸς et κρυόεις id est gelidus.

V. 89. Schol.: οἷς μάλισθ' ἁδεῖν με χρή· τῇ τῶν θεῶν ὁσίᾳ διὰ τὸ θάπτειν τὸν νεκρόν, καὶ μάλιστα ἀδελφόν.

V. 90. ἀμηχάνων ἐρᾷς] Adscripsit Wexius Lucian. D. D. VIII: πλὴν οἶδα, ὅτι ἀδυνάτων ἐρᾷς. Eur. Herc. f. 318: ἄλλως δ' ἀδυνάτων ἔοικ' ἐρᾶν. Proverbiorum in numero habent ἀδύνατα θηρᾷς Zenobius et Suidas. Stobaeus p. 45. inter Chilonis dicta refert: μὴ ἐπιθύμει ἀδύνατα. Vide Hemsterh. ad Lucian. T. II. p. 275.

V. 91. οὐκοῦν — πεπαύσομαι] De οὐκοῦν monuit

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

εἰ ταῦτα λέξεις, ἐχθαρεῖ μὲν ἐξ ἐμοῦ,
ἐχθρὰ δὲ τῷ θανόντι προςκείσει δίκη.
95 ἀλλ' ἔα με καὶ τὴν ἐξ ἐμοῦ δυςβουλίαν
παθεῖν τὸ δεινὸν τοῦτο. πείσομαι γὰρ οὐ
τοσοῦτον οὐδὲν, ὥςτε μὴ οὐ καλῶς θανεῖν.

ΙΣΜΗΝΗ.

ἀλλ', εἰ δοκεῖ σοι, στεῖχε· τοῦτο δ' ἴσθ', ὅτι
ἄνους μὲν ἔρχει, τοῖς φίλοις δ' ὀρθῶς φίλη.

ΧΟΡΟΣ.

(στροφὴ ά.)

100 Ἀκτὶς ἀελίοιο, κάλλιστον ἐπταπύλῳ φανὲν

V. 93. Vulgo ἐχθρανῇ, quod primus correxit Erfurdtius ex Ald. et marg. Turneb. In La est ἐχθρανῇ· γρ. ἐχθαρῇ.

V. 100. ἀελίοιο ex La et Ald. restitui; vulgo ἀελίου. Tum contra libros omisi cum Bothio articulum τὸ ante κάλλιστον inepte additum.

Matth. §. 610. 5, qui idem de futuri πεπαύσομαι usu egit §. 498. Vide Rost. §. 116. 11.

V. 92. ἀρχὴν] Hermannus, ἀρχήν, inquit, est statim ab initio. Atqui quod statim ab initio non est, non est omnino.

V. 93. ἐχθαρεῖ] De futuro sec. medii passive usurpato vide ad O. R. 1466.

V. 94. προςκείσει] I. e. ἔσει. Vide quae ad El. v. 233 sqq. adnotata sunt.

V. 95. ἔα] Hoc loco monosyllabon est, ut O. R. 1451. O. C. 1192. Eur. Ion. 540. Sic ἐᾶτε disyllabon Trach. 1005. Apud Homerum ἔα saepius monosyllabon est. Cfr. Heynius ad Il. V, 256. ERF. De locutione τὴν ἐξ ἐμοῦ δυςβουλίαν vide ad v. 193.

V. 96 sq. Schol.: πείσομαι γὰρ οὐ τοσοῦτον οὐδέν· οὐδὲν δεινὸν, φησὶ, πείσομαι, ὅπερ με τῆς εὐκλείας τοῦ καλοῦ θανάτου ἀποστερήσει· ἀντὶ τοῦ· οὐδὲν τηλικοῦτον κακὸν πείσομαι, ὥςτε μὴ οὐ καλῶς ἀποθανεῖν. De οὐ traiecto confert Neuius Ai. 545. 551. 682. 1330. O. R. 137. O. C. 125. 363. 906. 1000. Trach. 44. 425. Phil. 12. 887. Adde quae ad huius fab. 223. adnotavimus, et ad O. C. 1360 ed. meae.

V. 99. Schol.: ἄνους μὲν ἔρχῃ· ἀνοήτως μὲν καὶ φιλοκινδύνως πράττεις, εὐνοϊκῶς δὲ τῷ θανόντι. De ὀρθῶς, quod vere significat, vide 403. et O. R. 505: ὀρθὸν ἔπος, et Eur. Iph. T. 596: τοῖς φίλοις ὀρθῶς φίλος. De verbo ἔρχεσθαι, abire significante, vid. ad Philoct. 48.

V. 100. sqq. Schol.: Σύνοδος τινῶν Θηβαίων γερόντων, ἐξ ὧν ὁ χορὸς συνέστηκε. Μετάπεμπτοι δὲ ἐοίκασιν οὗτοι ὑπὸ τοῦ Κρέοντος (vid. 159 sq.) γεγενῆσθαι, ἐπεὶ καὶ τὰς προφάσεις τῆς εἰςόδου τῶν χορῶν πιθανὰς εἶναι δεῖ· καὶ ἐπειδὴ κατωρθώκασι τῇ προτεραίᾳ οἱ Θηβαῖοι, καὶ οἱ ἄριστοι πάντες τῶν Ἀργείων ἀνῄρηνται,

Θήβᾳ τῶν προτέρων φάος,
ἐφάνθης ποτ', ὦ χρυσέας
ἁμέρας βλέφαρον,
105 Διρκαίων ὑπὲρ ῥεέθρων μολοῦσα,
τὸν λευκάσπιν Ἀργόθεν
φῶτα βάντα πανσαγίᾳ
φυγάδα πρόδρομον ὀξυτέρῳ
κινήσασα χαλινῷ·
(σύστημα ά.)
110 ὃς ἐφ' ἁμετέρᾳ γᾷ Πολυνείκους

V. 106. Ἀργόθεν] Defectum syllabae alii aliter explendum putarunt. Brunckius ἐξ Ἀργόθεν, Erfurdtius ἀπ' Ἀργόθεν, Hermannus Ἀργόθεν ἔκ coniecit.

V. 110. ὃς — Πολυνείκους] Sic ex coni. Scaligeri et Mudgii cum Brunckio aliisque scripsi pro ὃν — Πολυνείκης, quae εἰκότως περιχαρεῖς εἰσι, καὶ τῇ παρούσῃ ἡμέρᾳ εὐχαριστοῦσιν. Ὁ δὲ λόγος· ὦ φίλη ἡμέρα, παρὰ τὰς πρόσθεν ἡμέρας φαιδρὰ ἡμῖν φανεῖσα. Vide etiam quae rectissime Scholiasta de nexu totius cantus ad v. 155 sqq. monuit.

V. 100. ἀελίοιο] Eadem forma usus est Sophocles infra v. 1107 ed. meae. Vide quae in notis crit. ad O. R. 1070. et 1191. adnotavi, frustra a novissimo editore impugnata.

V. 100 sqq. κάλλιστον — φάος] De superlativo vide v. 1212 sq. et Matth. §. 464. De syllaba brevi in φάος et hiatu v. 119. vide quae ad O. R. 1173 in adnotatione critica monita sunt.

V. 103. ἐφάνθης ποτ'] De ποτὲ tandem significante vide ad Phil. 1071., de correpta syllaba prima adi. χρύσεος Passov. Lex. sub hac voce. Ceterum Musgravius: haec maiorem elegantiam habebunt, si statim post solis exortum dicta esse concipias. Vide ad v. 16.

V. 103 sqq. Schol.: ὦ χρυσέας ἁμέρας· ὡς ἀκτὶς τῆς ἡμέρας ὀφθαλμός· ὁ δὲ νοῦς· ὦ καλλίστη ἡμέρα, ἐφάνης ἐν Θήβαις, βάντα τὸν Ἀργολικὸν στρατὸν τὸν λευκάσπιν, πανσαγίᾳ, τουτέστι πάσῃ σάγῃ καὶ σκευῇ χρησάμενον, ὀξυτέρῳ κινήσασα χαλινῷ φυγάδα. Locutionem χρυσέας ἁμέρας βλέφαρον illustravit exemplis Blomf. gloss. ad Aesch. Sept. c. Th. 386.

V. 105. Schol.: Δίρκη κρήνη καὶ ποταμὸς Θηβῶν. De eius situ Mueller. de Orchom. p. 486 sq.

V. 106. Schol.: λεύκασπιν· καὶ Εὐριπίδης (Phoen. 1106.) λεύκασπιν εἰς ορῶμεν Ἀργείων στρατόν. Adde Aesch. Spt. c. Th. 89 sq.: βοᾷ ὑπὲρ τειχέων ὁ λεύκασπις ὄρνυται λαὸς εὐτρεπής. Est autem ὁ λεύκασπις φὼς totus Argivorum exercitus. Cfr. Matth. §. 293.

V. 107. Schol.: πανσαγίᾳ, σὺν πανοπλίᾳ.

V. 108 sq. φυγάδα — χαλινῷ] postquam fecisti, ut praecipiti cursu aufugeret celerius arreptis habenis. Nam ὀξυτέρῳ χαλινῷ sic dictum videtur, ut habenis tributum sit quod cursui sive fugae tribuendum erat. Compara-

ἀρθεὶς νεικέων ἐξ ἀμφιλόγων,
ὀξέα κλάζων,
αἰετὸς εἰς γᾶν ὡς ὑπερέπτα,
λευκῆς χιόνος πτέρυγι στεγανός,
115 πολλῶν μεθ' ὅπλων
ξὺν θ' ἱπποκόμοις κορύθεσσι.

codicum scriptura est, cui minime convenit v. 114. et 117., in quibus verba λευκῆς χιόνος πτέρυγι στεγανὸς et στὰς δ' ὑπὲρ etc. necessario ad totum Argivorum exercitum, minime vero ad unum Polynicem referenda sint. Qui scripturam vulgatam tuiti sunt, ii omissum aliquod verbum a librariis putant. Erfurdtius ἐπόρευσε, θοῶς δ', Boeckhius ἀγαγὼν θούριος ante ὀξέα, Hermannus συναγείρας ante ὑπερέπτα, alii alia excidisse opinantur. Lacunam autem prodi putant turbata aequalitate antisystematis. At exempti sunt anapaesti responsione antistrophica. Cfr. huius fab. 809 sqq. 826 sqq. ed. meae, O. C. 137 sqq. 167 sqq. ed. meae, Phil. 144 sqq. 159 sqq.

tivo autem illo hoc videtur significari, sole orto celerius quam noctu fugere coepisse. Tum de coniunctis adiectivis φυγάδα πρόδρομον vide ad O. C. 1076 sq. ed. meae, de πρόδρομος confer Aesch. Spt. c. Th. 196: ἀλλ' ἐπὶ δαιμόνων πρόδρομος ἦλθον ἀρχαῖα βρέτη. Eur. Iph. A. 424: ἐγὼ δὲ πρόδρομος σῆς παρασκευῆς χάριν ἥκω. Porro φυγάδα πρ. κινήσασα ex usu tragicorum dictum pro φυγάδα πρ. ποιήσασα. Cfr. Advers. in Soph. Philect. p. 52. Postremo dies quod dicitur fugasse Argivos, de eo confert Neuius El. 179. Ai. 131. 646. 714. O. R. 438. O. C. 1215.

V. 110 sq. ὃς ἐφ' — ἀμφιλόγων] qui (sc. exercitus Argivorum) adversus civitatem nostram excitus propter iurgia ambigua Polynicis. De hoc usu verbi αἴρειν confert Musgrav. Aesch. Pers. 795: ἀλλ' εὐσταλῆ τοι λεκτὸν ἀροῦμεν στόλον. Agam. 46: Μενέλαος ἄναξ ἠδ' Ἀγαμέμνων — στόλον Ἀργείων χιλιοναύταν τῆσδ' ἀπὸ χώρας ἦραν. Eur. El. 2: ὦ γῆς παλαιὸν Ἄργος, — ὅθεν ποτ' ἄρας ναυσὶ χιλίαις Ἄρην ἐς γῆν ἔπλευσε Τρῳάδ' Ἀγαμέμνων ἄναξ. Hec. 1141: γνόντες δ' Ἀχαιοὶ ζῶντα Πριαμιδῶν τινα Φρυγῶν ἐς αἶαν αὖθις ἄρειαν στόλον. Simili modo ab Herodoto participium aor. pass. ἀερθεὶς usurpatum est I, 165: οἱ δὲ αὐτῶν τὸ ὅρκιον ἐφύλασσον, ἀερθέντες ἐκ τῶν Οἰνουσσέων ἔπλεον. et c. 170: ὃς ἐκέλευε κοινῷ στόλῳ Ἴωνας ἀερθέντας πλέειν ἐς Σαρδώ. — De locutione νεικέων ἀμφιλόγων confer Eur. Phoen. 503: ἀμφίλεκτός ἔρις et de Πολυνείκους et νεικέων Valck. ad Phoen. 639.

V. 112. ὀξέα κλάζων] Confert Neuius Hom. Il. μ, 125: τοὶ δ' ἅμ' ἕποντο ὀξέα κεκλήγοντες. ρ, 88: βῆ δὲ διὰ προμάχων — ὀξέα κεκληγώς et π, 429: οἳ δ', ὥστ' αἰγυπιοὶ γαμψώνυχες, ἀγκυλοχεῖλαι, πέτρῃ ἐφ' ὑψηλῇ μεγάλα κλάζοντε μάχωνται.

V. 113. αἰετὸς — ὑπερέπτα] Ceu aquila in terram nostram desuper involavit. Cfr. 117: στὰς δ' ὑπὲρ etc.

V. 114. Schol.: λευκῆς χιό-

(ἀντιστροφὴ α'.)

στὰς δ' ὑπὲρ μελάθρων φονώσαισιν ἀμφι-
χανὼν κύκλῳ
λόγχαις ἑπτάπυλον στόμα,
ἔβα, πρίν ποθ' ἁμετέρων
αἱμάτων γένυσιν
πλησθῆναί τε καὶ στεφάνωμα πύργων
πευκάενθ' Ἥφαιστον ἑλεῖν.
τοῖος ἀμφὶ νῶτ' ἐτάθη

V. 117 sq. Pro στὰς Struvius apud Lob. ad Phryn. p. 255, coniecit πτάς. Tum φονώσαισιν ex Bothii coniectura scripsi. Libri φονίαισιν, nisi quod Aug. b. et Dresd. a. φοινίαισιν.

νος πτέρυγι· τοῦτο ἀλληγορικῶς φησιν, ὡς ἐπὶ ἀετοῦ· δηλοῖ δὲ, ὅτι λεύκασπις ἦν ὁ τῶν Ἀργείων στρατός. De locutione πτέρυγι χιόνος vide Matth. §. 316. f.

V. 117 sq. Schol.: στὰς δ' ὑπὲρ μελάθρων· ὡς ἀετὸς κυκλώσας τὰς Θήβας ταῖς τῶν φόνων ἐρώσαις λόγχαις, ἀμφιχανὼν ἔβα· ἐνέμεινε δὲ τῇ μεταφορᾷ. — De usu verbi φονᾶν vide Erotianum v. φονᾷ p. 592., Hesychium in v. φονᾶν, φονώντων, φονῶσα. Etym. M. p. 798, 10. Bachmanni Anecd. Vol. I. p. 408, 1. et Soph. Phil. 1209.

V. 119. ἑπτάπυλον στόμα] Conferunt Soph. frugm. apud Dicaearchum p. 36. edit. Manzi: Θήβας λέγεις μοι τὰς πύλας ἑπταστόμους. Eur. Suppl. 401: Ἐτεοκλέους θανόντος ἀμφ' ἑπταστόμους πύλας. Phoen. 294: ἐλήλυθας ἑπτάστομον πύργωμα Θηβαίας χθονός.

V. 121. αἱμάτων γένυσιν] De numero plurali αἱμάτων vide Blomf. ad Aesch. Choeph. gl. 60., de dativo γένυσι, qui dativus loci est, ad O. C. 309 sq. extr. Scholiasta adnotat: παρήλλαξε τὸ ὄνομα, τὰ χείλη τοῦ ἀετοῦ γένυς εἰπών. Eadem Neuii sententia est, conferentis Eur. Hel. 1110: σὲ ἀναβοάσω, τὰν ἀηδόνα δακρυόεσσαν, ἔλθ' ὦ διὰ ξουθᾶν γενύων ἐλελιζομένα. Mihi poeta apte eiusmodi nomen elegisse videtur, quod et ad aquilam et ad hostem referri posset.

V. 122. στεφάνωμα πύργων] I. e. πύργους τὴν πόλιν στεφανοῦντας. Cfr. O. C. 14 sq.: πύργοι μέν, οἳ πόλιν στέφουσιν, si ita, ut videtur, a Sophocle scriptum fuit. Glossator: τὸν κύκλον τοῦ ἄστεος.

V. 123. Schol.: πευκάενθ' Ἥφαιστον ἑλεῖν· τὸν ἐκ τῆς πεύκης ἐγειρόμενον. Similiter Trach. 757: φλὸξ αἱματηρά. Confert Neuius Virg. Aen. XI, 786: pineus ardor. Adde Aen. V, 662: furit immissis Vulcanus habenis transtra per et remos et pictas abiete puppis.

V. 124 sqq. Schol.: δυςχείρωμα δράκοντι· ἀπὸ τοῦ δράκοντος τοὺς Θηβαίους δηλοῖ, ἐπεὶ δρακοντογενεῖς εἰσιν [Cfr. Eur. Suppl. 579: τίς δ' ἐκ δράκοντος θοῦρος ἂν γένοιτ' Ἄρης; Ovid. Met. III, 531: anguigenae]. Ὁ δὲ λόγος τοιοῦτος· πάταγος Ἄρεως περὶ τὰ νῶτα τοῦ ἀετοῦ ἐτάθη, τοῦ-

125 πάταγος Ἄρεος ἀντιπάλῳ
δυςχείρωμα δράκοντι.
(ἀντισύστ. α'.)
Ζεὺς γὰρ μεγάλης γλώσσης κόμπους
ὑπερεχθαίρει· καί σφας ἐςιδὼν
πολλῷ ῥεύματι προςνισσομένους
130 χρυσοῦ καναχῆς ὑπεροπτίας,
παλτῷ ῥιπτεῖ πυρὶ βαλβίδων
ἐπ' ἄκρων ἤδη
νίκην ὁρμῶντ' ἀλαλάξαι

V. 130. ὑπεροπτίας corruptum est. Brunckius καναχῇ ὑπεροπλίαις coll. Hom. Il. α, 205, Hermannus non mutatis ceteris verbis ὑπερό-

τέστι, δραπετεύειν καὶ νῶτα αὐτὸν διδόναι πεποίηκεν ὑπὸ τοῦ ἀντιπάλου δράκοντος, ὃς (sc. ὁ πάταγος Ἄρεως) ἐποίησεν αὐτὸν τὸν δράκοντα δυςχερῶς χειρωθῆναι. Πολέμιον δὲ ζῶόν ἐστιν ὁ δράκων πρὸς τὸν ἀετόν, ὥς φησι Νίκανδρος [Ther. 448. Cfr. Hom. Il. μ, 200 sqq. Aesch. Choeph. 244 sqq. Plut. Tim. c. 26. Aristot. H. A. IX, 1. Ovid. Met. IV, 362. Plin. H. N. X, 4.]. τὸ δὲ ἀντιπάλῳ δράκοντι ἀντὶ τοῦ ὑπὸ τοῦ ἀντιπάλου δράκοντος, ὡς Ἀχιλῆϊ δαμασθείς. Sensus igitur hic est: tantus impetus in Argivos a Thebanis factus est, ut is non posset superari sive reprimi, sed ut Argivi terga dare cogerentur. De duplici nominativo vide Matth. §. 433. not. 3.

V. 127 sq. μεγάλης γλώσσης] Cfr. 1350: μεγάλοι λόγοι, et de Argivorum iactantia Eur. Phoen. 1179 sqq. Aesch. Spt. c. Th. 425 sq., de sententia Aesch. Pers. 827: Ζεύς τοι κολαστὴς τῶν ὑπερκόμπων ἄγαν φρονημάτων ἔπεστιν. Prom. 829. Eur. Bacch. 385 sq. Herod. VII, 10: φιλέει γὰρ ὁ θεὸς τὰ ὑπερέχοντα πάντα κολούειν. WEX.

V. 129. πολλῷ ῥεύματι προςν.] Apte confert Erfurdtius Aesch. Pers. 410: ῥεῦμα Περσικοῦ στρατοῦ. Eur. Iph. T. 1448: ῥεῦμά τ' ἐξορμῶν στρατοῦ. Plura composuit Blomf. ad Aesch. Spt. c. Th. gl. 64.

V. 130. Schol.: καὶ τὴν τοῦ χρυσοῦ φαντασίαν ὑπερβεβηκότας τῇ ἰδίᾳ ὑπεροψίᾳ· ὑπερήφανον γάρ τι ὁ χρυσός. Unde Martinus collegit Scholiastam legisse comparativum adiectivi e verbo ὑπερορᾶν ducti. Probabilior mihi Emperii coniectura videtur, in nota crit. commemorata.

V. 131. Schol.: παλτῷ ῥιπτεῖ πυρί· τῷ κεραυνῷ τῷ ἄνωθεν παλθέντι. Τὸ δὲ βαλβίδων μεταφορικῶς ἀπὸ τῶν δρομέων. βαλβίδων· τῶν κρηπίδων τοῦ τείχους.

V. 133. ὁρμῶντ'] Capaneum. Significat Sophocles Iovem totius exercitus insolentiam in uno eius duce punire voluisse, ut bene monuit H. Stephanus. ERF. Participium ὁρμῶντα hoc sensu dictum: aliquem, qui parabat. Cfr. Electr. 1323. De Capaneo vide Eur. Phoen. 1187 sqq. Apollod. III, 6. Pausan. IX, 8.

Ibid. Schol.: ἀλαλάξαι.

(στροφὴ β'.)

ἀντιτύπᾳ δ' ἐπὶ γᾷ πέσε τανταλωθεὶς,
135 πυρφόρος ὃς τότε μαινομένᾳ ξὺν ὁρμᾷ
βακχεύων ἐπέπνει
ῥιπαῖς ἐχθίστων ἀνέμων.
εἶχε δ' ἄλλᾳ μὲν ἄλλ',
ἄλλα δ' ἐπ' ἄλλοις ἐπενώμα στυφελίζων μέγας Ἄρης
140 δεξιόσειρος.

πτας scripsit, quod in La super vulg. notatum est. Emperius coniecit χρυσοῦ καναχῇ θ' ὑπεροπλῆντας, i. e. ὑπεροπλήεντας. Quod non improbo.

V. 134. ἀντιτύπᾳ cum Porsono Adv. p. 169. scripsi pro vulgari ἀντίτυπα. Recte enim Neuius defendi scripturam vulgatam posse negat loco addubitato, qui est apud Eur. Hipp. 1130: νυμφίδια δ' ἀπόλωλε etc. Idem ex Eustathii verbis p. 1701, 18. (458, 24.) iure collegit antiquam scripturam ἀντιτύπᾳ fuisse.

V. 138. εἶχε δ' etc.] Olim cum Boeckhio scripsi: εἶχε δ' ἄλλα τὰ μέν, ἄλλα etc. Libri veteres: εἶχε δ' ἄλλα, τὰ μὲν ἄλλα, τὰ etc. Nunc quod posui ex Emperii coniectura recepi.

παιωνίσαι· ἀλάλαγμα δέ ἐστιν ἐπινίκιος ᾠδή.

V. 134. ἀντιτύπᾳ δ' ἐπὶ γᾷ] Ita dicitur decidisse, ut a terra, in quam deciderit, repercussus sit. Et sic iam unus Scholiastarum haec interpretatus est: ἄνωθεν τυπεὶς ὑπὸ τοῦ κεραυνοῦ, κάτωθεν δὲ ὑπὸ τῆς γῆς. De terminatione vocabuli ἀντιτύπᾳ cfr. Pors. praef. ad Eur. Hec. p. X sq. ed. Lips. tert. et ad Med. 822.

Ibid. πανταλωθεὶς] Scholiasta: ὅτι δὲ τανταλωθεὶς σημαίνει τὸ διασεισθείς, μαρτυρεῖ καὶ Ἀνακρέων· μελαμφύλλῳ δάφνα χλωρᾷ τ' ἐλαίᾳ τανταλίζει.

V. 135. Schol.: πυρφόρος· πῦρ φέρων ἐν αὐτῷ· ὁ πῦρ τοῖς τείχεσι προσάγων. De postposito pronomine relativo cfr. 182. Ai. 358. 1414.

V. 136. Schol.: βακχεύων· ἐνθουσιῶν καὶ μέγα φυσῶν, καὶ πνέων ὀργήν. Confert Erfurdtius Aesch. Spt. c. Th. 343: μαινόμενος δ' ἐπιπνεῖ λαοδάμας Ἄρης.

V. 137. ῥιπαῖς ἐχθίστων ἀνέμων] I. e. infensissimi spiritus (animi elati) ardore. Simillime infra 928: ἔτι τῶν αὐτῶν ἀνέμων αὐταὶ ψυχῆς ῥιπαὶ τήνδε γ' ἔχουσιν. Locutione ἀνέμων ῥιπαὶ usus est Plutarch. T. II. p. 1103: ὠκείας τε ἀνέμων ῥιπάς. Adscripsit praeterea Erfurdtius Eur. Phoen. 457: θυμοῦ πνοάς, et Aristoph. Av. 1397: καταπαύσω τὰς πνοάς.

V. 138 sq. εἶχε δ' ἄλλᾳ etc.] Videtur hoc dicere poeta: Alia mala avertit Mars, alia aliis inferebat. De ἔχειν sic usurpato cfr. Phil. 1098 sq.: στυγερὰν ἔχε δύσποτμον ἀρὰν ἐπ' ἄλλοις, et quae ad v. 303. eiusdem fab. adnotata sunt. Scholiasta: τὸ εἶχεν οὐκέτι ἐπὶ τοῦ Καπανέως, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ Ἄρεως ἔστιν· ὅτι Ἄρης βοηθῶν ἡμῖν πανταχοῦ τροπὰς ἐποιεῖτο τῶν

(σύστημα β'.)

ἑπτὰ λοχαγοὶ γὰρ ἐφ' ἑπτὰ πύλαις
ταχθέντες ἴσοι πρὸς ἴσους ἔλιπον
Ζηνὶ τροπαίῳ πάγχαλκα τέλη,
πλὴν τοῖν στυγεροῖν, ὧ πατρὸς ἐνὸς
145 μητρός τε μιᾶς φύντε καθ' αὑτοῖν
δικρατεῖς λόγχας στήσαντ' ἔχετον
κοινοῦ θανάτου μέρος ἄμφω.

(ἀντιστροφὴ β'.)

ἀλλὰ γὰρ ἁ μεγαλώνυμος ἦλθε Νίκα

πολεμίων. — στυφελίζων· ταράσσων.

V. 140. Schol.: δεξιόσειρος· ὁ γενναῖος· οἱ γὰρ ἰσχυροὶ ἵπποι εἰς τὴν δεξιὰν σειρὰν ζεύγνυνται τοῦ ἅρματος. Recte Boeckhius, ut hoc epitheton a σειραφόρῳ desumtum sit, tamen significari simul monuit τὸν δεξιὸν Ἄρην, Martem propitium et faustum. Idem monuit Seidlerus. coll. Aesch. Agam. 850: μόνος δ' Ὀδυσσεύς, ὅςπερ οὐχ ἑκὼν ἔπλει, ζευχθεὶς ἕτοιμος ἦν ἐμοὶ σειραφόρος.

V. 141. ἑπτὰ λοχαγοὶ γὰρ] De septem ducibus illis vide ad O. C. 1308 sqq. Γὰρ particula ratio redditur eorum, quae modo dicta sunt, Martem saevisse in Argivos. De positu eius particulae vide notam ad Phil. 1422 sq.

V. 142. ἴσοι πρὸς ἴσους] Confert Erfurdtius Eur. Phoen. 757: ἴσους ἴσοισι πολεμίοισιν ἀντιθείς. Apollod. III. p. 154: Ἐτεοκλῆς, καταστήσας ἡγεμόνας, ἴσους ἴσοις ἔταξε. Adde quae ad v. 13. monita sunt.

V. 143. τέλη] Dona dis oblata videtur significare Trach. 238. Eur. Med. 1393. Hinc arma ab Argivis ducibus gestata, postquam ab ipsorum corporibus derepta tropaeum ornabant, sarcastice dicuntur dona Iovi Tropaeo oblata. Τέλος donum habet Aesch. Spt. c. Th. 266. Eurip. apud Athen. p. 40. D.: μικρὰ θύοντες τέλη. MVSG. Boeckhius: „Πάγχαλκα τέλη sind nicht Waffen, die als Weihgeschenke aufgehängt werden, sondern zu Tropäen geordnete πανοπλίαι, wie schon Ζηνὶ τροπαίῳ zeigt."

V. 144. Tricl.: πλὴν τοῖν στυγεροῖν· οὗτοι γὰρ εἰ καὶ ἀπέθανον, ἀλλὰ διότι οὐ διεκρίθη αὐτῶν ἡ νίκη, διὰ τοῦτο οὐκ ἀνετέθη τὰ ὅπλα αὐτῶν τοῖς θεοῖς.

V. 145. Schol.: καθ' αὑτοῖν· ἀντὶ τοῦ κατ' ἀλλήλων. Cfr. Matth. §. 489. III. et Meinek. ad Menandr. fr. 316.

V. 146. Schol.: δικρατεῖς λόγχας· ἀμφοτέρωθεν ἠκονημένας· ἢ δικρατεῖς φησιν, ὅτι ἀλλήλους ἀπέκτειναν, καὶ ἡ ἑκατέρου λόγχη οὐκ εἰς κενὸν ἀπεπέμφθη, ἀλλ' ἐκράτησε τοῦ ἑτέρου. Mihi δικρατεῖς et numeri videtur significationem habere et victoriae. Nam nihil nisi δισσὰς significare equidem non crediderim. Simillime dicti sunt Atridae δικρατεῖς Ai. v. 252, ita ut et ad numerum et ad potentiam respiceretur. Vide quae in Censura Aiac. ab Lobeck. iterum edit. attuli p. 90 sq.

V. 148. Schol.: ἁ μεγαλώνυμος· ἡ μεγάλην περιποιοῦσα δόξαν. De ἀλλὰ γὰρ particulis vide Matthiaeum ad

τᾷ πολυαρμάτῳ ἀντιχαρεῖσα Θήβᾳ,
150 ἐκ μὲν δὴ πολέμων
τῶν νῦν θέσθε λησμοσύναν,
θεῶν δὲ ναοὺς χοροῖς
παννυχίοις πάντας ἐπέλθωμεν· ὁ Θήβας δ' ἐλελίχθων
Βάκχιος ἄρχοι.

(ἀντισύστ. β'.)

155 ἀλλ' ὅδε γὰρ δὴ βασιλεὺς χώρας,

Eurip. Phoen. 371. Nexus hic est: Verum quum venerit victoria, obliviscamur iam belli.

V. 149. τᾷ πολυαρμάτῳ] Vide 845. et, quem Neuius conferri iubet, Boeckh. Expl. Pind. Ol. VI, 85. p. 161. Significatur autem eo adiectivo virtus Thebanorum; quamobrem Victoria dici videtur ad Thebanos venisse ἀντίχαρεῖσα, quod cxplicat Scholiasta: ἀντὶ τοῦ ἴσον αὐτῇ χαρεῖσα, ὡς ἀντίθεος. θέλει δὲ εἰπεῖν, ὅτι ὅσον ἐφίλει τὴν νίκην, καὶ ἡ νίκη αὐτὴν ἀντεφίλησεν· πρὸς χαίρουσαν γὰρ αὐτὴν καὶ αὐτὴ χαρεῖσα ἦλθεν. De dativo ex ἦλθεν apto vide ad O. C. 70.

V. 150 sq. ἐκ μὲν δὴ — λησμοσύναν] I. e. post bella haec obliviscimini eorum. Nam θέσθαι λησμοσύνην idem fere est atque λαθέσθαι. De nomine πολέμων ad verba etiam θέσθε λησμ. referendo vide ad Philoct. 512. Ceterum comparandus cum hoc loco est Homer. Od. ω, 483 sq. ἡμεῖς δ' αὖ παίδων τε κασιγνήτων τε φόνοιο ἔκλησιν θέωμεν.

605 τό τ' ἔπειτα καὶ τὸ μέλλον
καὶ τὸ πρὶν ἐπαρκέσει
νόμος ὅδ', οὐδὲν ἕρπει
θνατῶν βιότῳ πάμπολις ἐκτὸς ἄτας.

V. 601. Retinui codicum scripturam, quamvis vitiosam, ut ex numeris versus antistrophici apparet. Sed nondum liquet, quid Sophocles scripserit. Illud tamen certum videtur, ἀκάματοι alius vocabuli interpretationem esse. Hinc Dindorfius nuper ita hunc locum corrigendum putavit, οὔτ' ἄκοποι θεῶν νιν.

V. 602. In paucis codicibus legitur ἀγήρως. Veram scripturam esse ἀγήρῳ intelligitur ex Polluce II, 14: Ὑπερίδης δὲ τὸν ἀγήρατον χρόνον, Σοφοκλῆς δὲ τὸν ἀγήρω, καὶ Πλάτων τὸν ἀγήρω κόσμον.

V. 605 — 608. Locus valde corruptus, qui sine melioribus codicibus sanari vix poterit. Brunckius pro πάμπολις scripsit πάμπολύ γ', quem secutus Hermannus praeterea ἕρπει in ἕρπειν mutavit. Ne quis restitutum ita locum putet, id unum moneo, ceteris omissis ἐπαρκέσει non posse significare valebit. — Illud diu est ex quo monui G. Dindorfium, verba οὐδὲν ἕρπει ex v. 613. temere huc illata videri.

summam potentiam Somni agnoscit Il. ω, 5: οὐδέ μιν ὕπνος ἥρει πανδαμάτωρ. Od. ι, 373: κάδ δέ μιν ὕπνος ἥρει πανδαμάτωρ. Neque dubium videtur, quin id ipsum, quod πανδαμάτωρ valet, Sophocles addito adiectivo significare voluerit. Quo tamen sensu quum accipi παντογήρως non possit, hoc quidem a librariis profectum, a Sophocle autem eiusmodi quid scriptum esse cum Emperio censendum erit, quale est παντοδμάτωρ. De Temporis potentia cfr. O. C. 609: ὁ παγκρατὴς χρόνος. Ai. 646. 714.

V. 601 sq. Schol.: οὔτ' — μῆνες· ἀντὶ τοῦ· ἡ τοῦ χρόνου περίοδος. De locutione θεῶν μῆνες cfr. Hom. Il. β, 134: ἐννέα δὴ βεβάασι Διὸς μεγάλου ἐνιαυτοί. Indefessi autem menses dicuntur propter continuum cursum. Similiter ἔτη dicta sunt πολύπλαγκτα Aiac. v. 1186.

V. 603 sq. Ὀλύμπου — αἴγλαν] Imitatus est Homericum αἰγλήεντα Ὄλυμπον. Cfr. Il. α, 532. ν, 243. Od. ν, 103.

V. 605 — 608. τό τ' ἔπειτα — ἐκτὸς ἄτας] Locus corruptus. Ex antecedentibus et sequentibus verbis colligas hanc fere sententiam positam hic a poeta fuisse: neque id ulla unquam lege humana perfici poterit, sive neque id unquam usu veniet, ut mortales calamitatem fatalem effugiant.

V. 605. Schol.: τό τ' ἔπειτα· τὸ ἐσόμενον καὶ μετ' ἐκεῖνο μέλλον καὶ πάλιν ἐσόμενον. Τινὲς δὲ τὸ ἔπειτα ἰδίως ἐπὶ ἐνεστῶτος λελέχθαι φασὶν ἀντὶ τοῦ νῦν. Hermannus: „τὸ ἔπειτα, dehinc, aliquam continet praesentis temporis notationem, a quo proximum est cum

(ἀντιστροφὴ β'.)

610 ἁ γὰρ δὴ πολύπλαγκτος ἐλπὶς πολλοῖς μὲν
ὄνασις ἀνδρῶν, 615
πολλοῖς δ' ἀπάτα κουφονόων ἐρώτων·
εἰδότι δ' οὐδὲν ἕρπει,
πρὶν πυρὶ θερμῷ πόδα τις προσαύ- 620
615 σῃ. σοφίᾳ γὰρ ἔκ του κλεινὸν ἔπος πέφανται,
τὸ κακὸν δοκεῖν ποτ' ἐσθλόν

eoque cohaeret." Conferunt Eur. Iph. T. 1263: τά τε πρῶτα τά τ' ἔπειθ' ὅσα τ' ἔμελλε τυχεῖν. et Cic. de Fin. I, 20: sed etiam spe eriguntur consequentis ac posteri temporis. Tum καὶ τὸ πρὶν valet ut olim.

V. 610 sqq. ἁ γὰρ δὴ etc.] Explicat, qui fiat, ut homines calamitatem illam non effugiant, hanc reddens rationem: nam vaga illa spes, fore, ut aliquid prospere procedat, etsi multis hominibus utilitati est, multorum tamen animos leves cupidosque decipit, ita ut non ante deceptos se sentiant, quam in summum discrimen adducti fuerint. Rursus qui fiat, ut homines ita decipiantur neque cavere sibi queant, ne decipiantur deceptique in pernictem ruant, explicat v. 614 sqq. Facile autem apparet perapte hic sententiam illam elatam esse; omnes enim, qui ex gente Labdacidarum adhuc misere perierant, spe illa excitati, fore, ut recte plaeclareqne facerent, in perniciem ruerant, Laius, Oedipus, Eteocles, Polynices; atque ipsa Antigona, quum praeclarum existimaret fratrem sepelire, neque vidit se scelus committere, quum legem civitatis violabat, et perniciem sibi paravit.

V. 611. Schol.: κουφονόων ἐρώτων· ἀντὶ τοῦ τῶν κουφῶν ἐπιθυμιῶν, ἐν αἷς πολλοὶ ἠπάτηνται, ἕτερα προσδοκήσαντες ἑτέρων ἀποβάντων. Verbis κουφ. ἐρ. proprie significantur leves animi cupiditates, id est hoc loco leves cupidique animi, qui decipi facile spe illa dicuntur.

V 612. εἰδότι δ' οὐδὲν] Nihil sentienti. Eur. Iph T. 477: πάντα γὰρ τὰ τῶν θεῶν εἰς ἀφανὲς ἕρπει, κοὐδὲν οἶδ' οὐδεὶς κακόν. Sic etiam nescio a poetis Latinis usurpatur pro non sentio, quam significationem Ruhnkenius in praef. ad Schell. Lex. p. XI. illustrat loco Lucani VII, 173: sua quisque pericula nescit. Inven. IX, 129: obrepit non intellecta senectus. Cic. Cat. II, 14. ERF. Subiectum verbi ἕρπει est ἡ ἐλπὶς ἀπάτη γενομένη.

V. 613. Schol.: προσαύσῃ· προσάρῃ. πρὶν τοῖς δεινοῖς ἐπικύρσῃ, καὶ εἰς αὐτὸν ἐμπέσῃ τὸν κίνδυνον. Similiter ἐν πυρὶ βέβηκας Musgravius adnotavit teste Suida de iis dici, qui in magno discrimine versentur. De verbo προσαύω vide Lobeck. ad Ai. p. 358 ed. sec.

V. 614 sq. σοφίᾳ — πέφανται] De locutione πέφανται ἔπος cfr. Trach. 1: λόγος μέν ἐστ' ἀρχαῖος ἀνθρώπων φανείς.

V. 616 sqq. Schol.: σοφίᾳ — ἔπος· μετὰ σοφίας γὰρ ὑπο τινος ἀοίδιμον καὶ κλεινὸν ἔπος πέφανται, τὸ ὅταν δ' ὁ δαίμων ἀνδρὶ πορσύνῃ κακά, τὸν νοῦν ἔβλαψε

τῷδ' ἔμμεν, ὅτῳ φρένας
θεὸς ἄγει πρὸς ἄταν·
πράσσει δ' ὀλιγοστὸν χρόνον ἐκτὸς ἄτας. 625
620 ὅδε μὴν Αἵμων, παίδων τῶν σῶν
νέατον γέννημ'· ἆρ' ἀχνύμενος
τάλιδος ἥκει μόρον Ἀντιγόνης,
ἀπάτας λεχέων ὑπεραλγῶν; 630

ΚΡΕΩΝ.

625 Τάχ' εἰσόμεθα μάντεων ὑπέρτερον.

V. 622. Libri veteres τῆς μελλογάμου νύμφης τάλιδος habent. Νύμφης omissum apud Pollucem III, 45. deleverunt editores. In libris Triclinianis totum hoc τῆς μελλογάμου νύμφης recte omissum esse praeclare probavit Dindorfius in Adnot. in Soph. tragg. Oxon. 1836. edit. p. 209 sq.

πρῶτον φ βουλεύεται. Confert Erfurdtius fragment. Aeschyli: θεὸς μὲν αἰτίαν φύει βροτοῖς, ὅταν κακῶσαι δῶμα παμπήδην θέλῃ, apud Platon. de Rep. p. 380. et iambos a Lycurgo c. Leocratem §. 92. p. 198. R. excitatos: ὅταν γὰρ ὀργὴ δαιμόνων βλάπτῃ τινά, τοῦτ' αὐτὸ πρῶτον ἐξαφαιρεῖται φρενῶν, τὸν νοῦν τὸν ἐσθλόν, εἰς δὲ τὴν χείρω τρέπει γνώμην, ἵν' εἰδῇ μηδὲν ὧν ἁμαρτάνει. Homericos locos, in quibus mente occoecati a deo dicuntur qui aliquid mali susceperint, adscripsit hos Neuius: Il. ζ, 234. ι, 277. ρ, 469. σ, 311. τ, 86 sqq. 137. coll. [Ruhnk. ad Vellei II. 57. p. 265. 266.] Wyttenb. ad Plut. de aud. poetis p. 17. B. et Fr. Iacobs. Demosthen. Staatsreden ed. sec. p. 394 sq. not. 26.

V. 619. Schol.: ὀλιγοστόν· ἀντὶ τοῦ οὐδὲ ὀλίγον. Scilicet ὀλιγοστός, paucesimus, unum de paucis, itaque hic partem exigui temporis notat. HERM. Locutio πράσσει ἐκτὸς ἄτας similis illis est, εὖ, κακῶς πράττειν. Cfr. Monk. ad Eur. Alc. 615.

V. 623. Schol.: τάλιδος· τᾶλις λέγεται παρ' Αἰολεῦσιν ἡ ὀνομασθεῖσά τινι νύμφη. Καλλίμαχος (Fr. CCX.)· αὐτίκα τὴν τᾶλιν παιδὶ σὺν ἀμφιθαλεῖ. Photius p. 567, 17. τάλιδος· τῆς μελλογάμου. οὕτως Σοφοκλῆς. Hesychius: τᾶλις· ἡ μελλόγαμος παρθένος καὶ κατωνομασμένη τινί· οἱ δὲ γυναῖκα γαμετήν· οἱ δὲ νύμφην. De accusativo μόρον ex ἀχνύμενος apto cfr. Matth. §. 414. 12. Rost. §. 104. not. 3.

V. 624. ἀπάτας — ὑπεραλγῶν] Recte Scholiasta: ὑπὲρ τῆς τῶν λεχέων ἀποτυχίας ἀχθόμενος. Ita Eur. Hipp. 260: ὡς κἀγὼ τῆσδ' ὑπεραλγῶ. Alc. 885: μία γὰρ ψυχή· τῆς ὑπεραλγεῖν ἄχθος μέτριον. Alibi enim ὑπεραλγεῖν est nimis dolere, ut Eur. Med. 118. Heracl. 620, quod ὑπεράχθεσθαι dicit Sophocles El. 177, ibidem ὑπεραλγῆ χόλον eo significatu addens. HERM. Adde huius fab. 82: ὑπερδέδοικά σου. Ai. 1310: τοῦδ' ὑπερπονουμένῳ. 1346: τοῦδ' ὑπερμαχεῖς. O. R. 264 sq.: τοὐμοῦ πατρὸς ὑπερμαχοῦμαι.

V. 625. Schol.: τάχ' εἰσόμεσθα· ὁ λόγος παροιμιακῶς, ὁπότε μὴ στοχασμῷ χρώμεθα, ἀλλ' αὐτόπται τῶν πραγμάτων

ὦ παῖ, τελείαν ψῆφον ἆρα μὴ κλύων
τῆς μελλονύμφου πατρὶ λυσσαίνων πάρει;
ἢ σοὶ μὲν ἡμεῖς πανταχῇ δρῶντες φίλοι;

ΑΙΜΩΝ.

πάτερ, σός εἰμι, καὶ σύ μοι γνώμας ἔχων 635
630 χρηστὰς ἀπορθοῖς, αἷς ἔγωγ' ἐφέψομαι.
ἐμοὶ γὰρ οὐδεὶς ἀξίως ἔσται γάμος
μείζων φέρεσθαι σοῦ καλῶς ἡγουμένου.

ΚΡΕΩΝ.

οὕτω γάρ, ὦ παῖ, χρὴ διὰ στέρνων ἔχειν,
γνώμης πατρῴας πάντ' ὄπισθεν ἑστάναι. 640

V. 627. La pro varia lectione offert θυμαίνων, quod nescio an restituendum sit.

γινόμεθα· προγιγνώσκει μὲν γὰρ καὶ ὁ μάντις, ἀλλὰ στοχασμῷ χρῆται. τάχα οὖν ἀκριβῶς γνώσομαι ταῦτα παρὰ τοῦ παιδὸς πυνθανόμενος. Neuius confert Rhes. 949: ἤδη τάδ'· οὐδὲν μάντεως ἔδει φράσαι. Blomf. gloss. Aesch. Pers. 229.

V. 626. Schol.: τελείαν ψῆφον· τελείαν, τὴν ἤδη τετελεσμένην· τοῦτο δέ φησιν ὡς μὴ μεταβουλευσόμενος. Wexius adscripsit Aesch. Suppl. 739: ἐπεὶ τελεία ψῆφος Ἀργείων, τέκνα, θάρσει, μαχοῦνται περὶ σέθεν. Genitivus aptus est ex substantivo ψῆφον. Vide ad v. 11. — De ἆρα μὴ particulis vide Matth. §. 614.

V. 628. ἢ σοὶ μὲν — φίλοι] De μὲν particula vide huius fab. 1336. El. 552. O. C. 44. et Matth. §. 622. 6, de omisso ἐσμὲν eundem §. 306.

V. 629 sq. καὶ σύ μοι etc.] Recte Brunckius: tuque rectis praeditus consiliis me regis, quibus equidem obsequar. Quibus verbis hoc dicit Haemon: ac rectis consiliis tuis, si quibus me regis, equidem obsequar. Non enim omnibus omnino in rebus consiliisve patri se obediturum dicit. Schol. min.: σός εἰμι· ἤγουν τῷ σῷ θελήματι ὑπείκω· καὶ σὺ τὰ βέλτιστα ἐμοὶ καὶ λυσιτελοῦντα διανοούμενος ἀπευθύνεις.

V. 631 sq. Schol.: ἐμοὶ γὰρ οὐδεὶς ἀξίως· οὐδείς μοι προκριθήσεται γάμος τῆς σῆς ἀρχῆς, καλῶς σοῦ ἄρχοντος, πανταχοῦ δὲ μετὰ παρατηρήσεως. Hoc dicit: mihi enim nullum connubium merito potius erit quod consequar, quam si tu recte (me) gubernes. Id est: a te recte gubernari mihi pluris est quam quodvis connubium. De genitivo participii e comparativo apto vide 695 sq., de locutione καλῶς ἡγεῖσθαι Eur. Iph. A. 928 sq.: καὶ τοῖς Ἀτρείδαις, ἢν μὲν ἡγῶνται καλῶς, πεισόμεθ', ὅταν δὲ μὴ καλῶς, οὐ πείσομαι. — De infinitivo φέρεσθαι vide ad v. 437.

V. 633. οὕτω γάρ] De γὰρ particula vide ad Philoct. 740. Schol.: διὰ στέρνων ἔχειν· ἀντὶ τοῦ ἐνθυμεῖσθαι. Cfr. Matth. §. 580. b.

V. 634. Schol.: γνώμης —

635 τούτου γὰρ οὕνεκ' ἄνδρες εὔχονται γονὰς
κατηκόους φύσαντες ἐν δόμοις ἔχειν,
ὡς καὶ τὸν ἐχθρὸν ἀνταμύνωνται κακοῖς,
καὶ τὸν φίλον τιμῶσιν ἐξ ἴσου πατρί.
ὅστις δ' ἀνωφέλητα φιτύει τέκνα, 645
640 τί τόνδ' ἂν εἴποις ἄλλο πλὴν αὐτῷ πέδας
φῦσαι, πολὺν δὲ τοῖσιν ἐχθροῖσιν γέλων;
μή νύν ποτ', ὦ παῖ, τὰς φρένας γ' ὑφ' ἡδονῆς
γυναικὸς οὕνεκ' ἐκβάλῃς, εἰδὼς, ὅτι
ψυχρὸν παραγκάλισμα τοῦτο γίγνεται, 650
645 γυνὴ κακὴ ξύνευνος ἐν δόμοις. τί γὰρ
γένοιτ' ἂν ἕλκος μεῖζον ἢ φίλος κακός;
ἀλλὰ πτύσας ὡςεί τε δυςμενῆ μέθες
τὴν παῖδ' ἐν Ἅιδου τήνδε νυμφεύειν τινί.

V. 640. Ex scholiis recepi πέδας. Vulgo πόνους. Vide Comment. meam de Schol. in Soph. tragg. auctoritate p. 17 sq.

V. 642. Quum γ', quod Brunckius addidit, in uno Par. T. legatur, Hermannus suspicatur Sophoclem πρὸς ἡδονῆς scripsisse; de quo usu praepositionis πρὸς vide ad v. 51. Mihi quidem valde displicet hic γὲ particula.

ὄπισθεν· οἷον τῆς πατρῴας γνώμης πάντα εἶναι δεύτερα· οἷον χρὴ τὴν πατρῴαν πράττοντα γνώμην περὶ τῶν ἄλλων οὐδένα λόγον ἔχειν· ἀσφαλῶς δὲ προςέθηκε τὸ πάντα, μὴ ἄρα ἐκ τοῦ παιδὸς ὑπαντηθῇ, ὅτι πλὴν τῶν χρησίμων.

V. 637. τὸν ἐχθρὸν ἀνταμ. κακοῖς] De locutione conferunt Thucyd. I, 42: ἀξιούτω τοῖς ὁμοίοις ἡμᾶς ἀμύνεσθαι. Soph. O. C. 873: φρονοῦσ', ὅτι ἔργοις πεπονθὼς ῥήμασίν σ' ἀμύνομαι.

V. 640. Schol.: πόνους· γρ. πέδας, ἵν' ᾖ ἐμπόδιον, δεσμούς, κώλυμα τοῦ πράττειν ἃ βούλεται.

V. 642. ὑφ' ἡδονῆς] Prae voluptate sive propter voluptatem. Vide ad 221 sq. De locutione τὰς φρένας ἐκβάλλειν, mentem abiicere, sive mentem sibi excuti pati, vide ad O. C. 630, ubi similia adlata sunt.

V. 644. Schol.: παραγκάλισμα· φίλημα, στέργηθρον, κοινώνημα, παρακοίμημα, περιπλοκή. De τοῦτο vide Matth. §. 472. 2. e.

V. 646. ἕλκος] Dolor, ut Aesch. Ag. 641: πόλει μὲν ἕλκος ἓν τὸ δήμιον τυχεῖν. Hesychius: ἕλκη, λῦπαι. ERF.

V. 647. Schol.: πτύσας· καταπτύσας, ἐν οὐδενὶ λόγῳ θέμενος, καταφρονήσας. De ὡςεί τε, verbo non adiuncto, confert Neuius Hom. Il. λ, 474. π, 192. τ, 366. ψ, 598. Od. ξ, 254. ρ, 111. Pindar. Pyth. I, 44. IV, 112. — De μέθες idem adhibet El. 647.

V. 648. νυμφεύειν τινὶ] Νυμφεύειν τινὶ quanquam vulgo significat uxorem dare alicui, tamen quum alibi tum hic

ἐπεὶ γὰρ αὐτὴν εἷλον ἐμφανῶς ἐγὼ 655
650 πόλεως ἀπιστήσασαν ἐκ πάσης μόνην,
ψευδῆ γ' ἐμαυτὸν οὐ καταστήσω πόλει,
ἀλλὰ κτενῶ. πρὸς ταῦτ' ἐφυμνείτω Δία
ξύναιμον· εἰ γὰρ δὴ τά γ' ἐγγενῆ φύσει
ἄκοσμα θρέψω, κάρτα τοὺς ἔξω γένους. 660
655 ἐν τοῖς γὰρ οἰκείοισιν ὅστις ἔστ' ἀνὴρ
χρηστός, φανεῖται κἀν πόλει δίκαιος ὤν.
ὅστις δ' ὑπερβὰς ἢ νόμους βιάζεται,
ἢ τοὐπιτάσσειν τοῖς κρατύνουσιν νοεῖ,
οὐκ ἔστ' ἐπαίνου τοῦτον ἐξ ἐμοῦ τυχεῖν. 665

V. 658. κρατύνουσιν νοεῖ ex Dindorfii coniectura scripsi, postulante quodammodo codice La, qui a prima manu habet κρατ.... οῦσιν νοεῖ. Vulgo κρατοῦσιν ἐννοεῖ.

et infra 816. Ἀχέροντι νυμφεύσω valet uxorem dari alicui, sive nubere alicui. Similis usus est verbi τυμβεύειν, de quo vide ad v. 875.

V. 650. ἀπιστήσασαν] Vide ad v. 219.

V. 651. ψευδῆ γ' ἐμ. etc.] Similiter Xen. An. VII, 7, 24: τὸ δὲ μέγιστον (sc. ἐδόκει μοι εἶναί σοι) μηδαμῶς ἄπιστον σαυτὸν παταστῆσαι ὅ τι λέγοις.

V. 652. πρὸς ταῦτ etc.] Verba πρὸς ταῦτ' — ξύναιμον hoc sensu dicta: nihil curans, quod cognata mihi est.

V. 652 sq. Δία ξύναιμον] Schol. min.: τὸν ἔφορον τῆς συγγενείας. Idem dicitur ὁμόγνιος. Vide ad O. C. 1328.

V. 653 sq. εἰ γὰρ — γένους] Scholiasta: ἀπὸ κοινοῦ τὸ θρέψω. — θρέψω· ἀντὶ τοῦ ἔξω. — ἐγγενῆ· συγγενῆ. De significatu n. ἄκοσμα vide ad 724, de verbi τρέφειν usu ad 884.

V. 653—656. εἰ γὰρ — δίκαιος ὤν] His verbis Creon explicat, cur Antigonae, quamvis cognatae sibi, non debeat parcere, hanc adferens causam, quod, si suorum delicta inulta relinquat, multo minus sibi in alienos animadvertere liceat, quum is denique, qui severus etiam in suos sit, laudem iustitiae a civibus consequatur.

V. 657 sqq. ὅστις δ' etc.] Inde ab hoc loco incipit ostendere Creon, cur eiusmodi delictum, quod commisisse Antigonam constabat, inultum relinqui non debeat. Dicit enim hoc: non decet autem quemquam aut leges violare aut imperare regnantibus velle (i. e. convenit autem severum me esse in eos, qui aut leges violare aut imperare regnantibus velint), sed quem civitas regem fecerit, eius imperium aequum et iniquum ferendum est. Atque ita qui iussis aliorum obtemperare didicerit, domi militiaeque et civis bonus et magistratus erit.

V. 657. Schol.: ὑπερβάς· λείπει τὸ δίκαιον. Nihil omissum, sed ὑπερβαίνειν hic, ut saepe ad Homerum, valet insolentem esse. Sic supra 605. ὑπερβασία est insolentia.

660 ἀλλ' ὃν πόλις στήσειε, τοῦδε χρὴ κλύειν
καὶ σμικρὰ καὶ δίκαια καὶ τἀναντία.
καὶ τοῦτον ἂν τὸν ἄνδρα θαρσοίην ἐγὼ
καλῶς μὲν ἄρχειν, εὖ δ' ἂν ἄρχεσθαι θέλειν,
δορός τ' ἂν ἐν χειμῶνι προστεταγμένον 670
665 μένειν δίκαιον κἀγαθὸν παραστάτην.
ἀναρχίας δὲ μεῖζον οὐκ ἔστιν κακόν.
αὕτη πόλεις τ' ὄλλυσιν, ἥδ' ἀναστάτους
οἴκους τίθησιν, ἥδε σὺν μάχῃ δορὸς
τροπὰς καταῤῥήγνυσι· τῶν δ' ὀρθουμένων 675
670 σώζει τὰ πολλὰ σώμαθ' ἡ πειθαρχία.

V. 668. Corruptam scripturam vulgatam esse, quam retinui, iam olim monui. Nunc non dubito, quin scripserit poeta, quod Emperius coniecit, σὺν δόρει μάχης.

V. 660. Schol.: στήσειε· καταστήσειεν ἄρχοντα. Tum post κλύειν vulgo comma positum, quod delevi, quum accusativus σμικρὰ etc. ex ipso verbo κλύειν aptus sit. Vide ad 64.

V. 661. Schol.: τὰ ἐναντία· τῷ δικαίῳ δηλονότι. Recte Brunckius: τἀναντία notat καὶ μεγάλα καὶ ἄδικα. Idem confert Senec. Med. 195: aequum atque iniquum regis imperium feras.

V. 662. Schol.: τοῦτον· τὸν τῷ βασιλεῖ πειθόμενον.

V. 662 sq. θαρσοίην ἂν — ἄρχειν] De structura verbi θαρσεῖν ad Philoct. 589 diximus.

V. 664. Schol.: δορός· ἀντὶ τοῦ τῆς μάχης. Hinc iudice Valckenario ad Phoen. 148, quem adfert Erfurdtius, expressum illud Platonis in Apol. Socr. p. 28. D: οὗ ἄν τις ταχθῇ, ἐνταῦθα δεῖ μένοντα κινδυνεύειν.

V. 667. αὕτη πόλεις τ'] Exorsus est orationem, ut si deinde dicturus esset: καὶ ἀναστάτους οἴκους τίθησι, quod mutans, pro καὶ posuit ἥδε. Eadem figura supra v. 296: τοῦτο καὶ πόλεις πορθεῖ, τόδ' ἄνδρας ἐξανίστησιν δόμων, pro καὶ ἄνδρας. HERM.

V. 668 sq. ἥδε — καταῤῥήγνυσι] Ut ἕλκος ῥῆξαι valet vulnus rumpendo facere, ita τροπὰς καταῤῥῆξαι significat fugam rumpendo (sc. ordines) efficere. Eodem modo rumpi a poetis Latinis usurpatur, veluti à Virg. Aen. VIII, 391: tonitru quum rupta corusco ignea rima micans percurrit lumine nimbos, ubi rima rupta est rima rumpendo facta. Hoc ergo poeta dicit: in pugna etiam exercitum, si qui edicto ducis non obediat, in fugam coniici. Ceterum lege notam criticam, ex qua intelliges iungenda esse τροπὰς μάχης, coll. Aiac. 1275. Rhes. 82. 116.

V. 669 sq. τῶν δ' — πειθαρχία] Eorum autem, qui erecti stant nec in fugam proripiuntur, plurimi servantur; atque hoc ut fiat, ut stent ac serventur, facit obedientia duci praestita. Itaque verbis ἥδε — πειθαρχία hoc dicit: immodestia militum facit,

οὕτως ἀμυντέ' ἐστὶ τοῖς κοσμουμένοις,
κοὔτοι γυναικὸς οὐδαμῶς ἡσσητέα.
κρεῖσσον γάρ, εἴπερ δεῖ, πρὸς ἀνδρὸς ἐκπεσεῖν·
κοὐκ ἂν γυναικῶν ἥσσονες καλοίμεθ' ἄν. 680

ΧΟΡΟΣ.

675 ἡμῖν μέν, εἰ μὴ τῷ χρόνῳ κεκλέμμεθα,
λέγειν φρονούντως ὧν λέγεις δοκεῖς πέρι.

ΑΙΜΩΝ.

πάτερ, θεοὶ φύουσιν ἀνθρώποις φρένας
πάντων ὅσ' ἐστὶ κτημάτων ὑπέρτατον.

ut terga dent in pugna et perdantur; modestia, ut stent ac serventur. Priore in membro omisit poeta addere, quod quum per se notum tum ex posteriore apparebat, cum exitio coniunctam fugam esse. Apte Scholiasta adscripsit Hom. Il. ε, 531: αἰδομένων δ' ἀνδρῶν πλέονες σόοι ἠὲ πέφανται, Erfurdtius Aesch. Spt. c. Th. 203: πειθαρχία γάρ ἐστι τῆς εὐπραξίας μήτηρ, γυνὴ σωτῆρος. Adde Xenoph. Cyr. III, 3, 45: μωρὸς δὲ καὶ εἴ τις ζῆν βουλόμενος φεύγειν ἐπιχειροίη, εἰδώς, ὅτι οἱ μὲν νικῶντες σώζονται, οἱ δὲ φεύγοντες ἀποθνήσκουσι μᾶλλον τῶν μενόντων.

V. 671. οὕτως etc.] Οὕτως valet quae quum ita sint, ut 465: οὕτως ἔμοιγε etc. Tum Scholiasta τοῖς κοσμουμένοις interpretatur τοῖς ἄρχουσι, coll. Hom. α, 16: κοσμήτορε λαῶν. At non potuit κοσμεῖσθαι activo sensu a Sophocle usurpari. Rectius Erfurdtius cum Musgravio aliisque τοῖς κοσμ. genus neutrum esse putarunt, explicantes: iis, quae decreta et edicta sunt. Itaque satis bene Brunckius ita haec vertit: sic operam dare oportet, ut servetur ordo et disciplina. De ἀμύνειν verbisque eiusdem notionis ita usurpatis conferunt Eur. Orest. 522: αμυνῶ τῷ νόμῳ. Thucyd. I, 150: δικαιῶ τοῖς κοινῇ δόξασι βοηθεῖν, et alia exempla. — De numero plurali ἀμυντέα et versu sq. ἡσσητέα vide Matth. §. 443.

V. 672. κοὔτοι — ἡσσητέα] Adscripsit Erfurdtius Aristoph. Lys. 450: οὐ γυναικῶν οὐδέποτ' ἐσθ' ἡττητέα ἡμῖν. De structura cfr. Matth. §. 447. 2.

V. 675. Schol.: εἰ μὴ τῆς φρονήσεως ὑπὸ τοῦ γήρως σεσυλήμεθα, λέγειν φρονούντως δοκεῖς περὶ ὧν λέγεις. Ὁ δὲ λόγος πάνυ προεσβυτικῶς καὶ αἰδημόνως εἴρηται. Proprie εἰ μὴ — κεκλέμμεθα valet: nisi aetate, in qua sumus, i. e. senectute, decepti sumus. Schaeferus confert 1218: ἢ θεοῖσι κλέπτομαι. De notione τοῦ χρονοῦ vide 729 huius fab. et ad Philoct. 304.

V. 377 — 686. πάτερ — τάδε] Tanta cum moderatione Haemon ad oppugnandam patris sententiam aggredi, tantaque cum verecundia animi sensa expromere incipit, ut hoc orationis eius initium lectori non attentissimo aliquanto obscurius videri possit. Equidem sensum nexumque hunc puto esse: summum omnium bonorum mens est, cuius ope omnibus in rebus quid

ἐγὼ δ' ὅπως σὺ μὴ λέγεις ὀρθῶς τάδε, 685
680 οὔτ' ἂν δυναίμην μήτ' ἐπισταίμην λέγειν·
λέγοιτο μεντἂν χἀτέρῳ καλῶς ἔχον.
σοῦ δ' οὖν πέφυκα πάντα προσκοπεῖν, ὅσα
λέγει τις ἢ πράσσει τις ἢ ψέγειν ἔχει.
τὸ γὰρ σὸν ὄμμα δεινὸν ἀνδρὶ δημότῃ 690
685 λόγοις τοιούτοις, οἷς σὺ μὴ τέρψει κλύων·
ἐμοὶ δ' ἀκούειν ἔσθ' ὑπὸ σκότου τάδε,

V. 681. λέγοιτο de meo scripsi. Libri γένοιτο. Tum Hermannus pro χἀτέρῳ scripsit χἀτέρως.

optimum factu sit dispicimus. Ego autem licet neque sim ita intelligens neque esse cupiam, ut ea quae tu dicis non recte se habere ostendere possim, tamen fortasse etiam alius sententia, tuae contraria, recte se habeat. Iam vero meum est tui commodi causa speculari, quidquid alii de te dicant, aut faciant, aut in te reprehendant, quum coram te quae sentiunt libere dicere non audeant. Hinc mihi quidem licet audire quantopere civitas Antigonam deploret.

V. 677 sq. πάτερ — ὑπέρτατον] Cfr. 1050 sq. et 1348. et Aesch. Ag. 900. Blomf.: καὶ τὸ μὴ κακῶς φρονεῖν θεοῦ μέγιστον δῶρον. et Platon. de Legg. L. I. p. 631: ὃ δὴ πρῶτον αὖ τῶν θείων ἡγεμονοῦν ἐστὶν ἀγαθῶν, ἡ φρόνησις.

V. 679. ὅπως — λέγεις] Vide de hoc ὅπως particulae usu Matth. §. 534. n. 2. §. 623. ὅπως. 3.

V. 680. οὔτ' ἂν δυν. μήτ' ἐπ.] De οὔτ ἂν et μήτε coniunctis vide Matth. §. 608. 4. et huius fab. 498. Latine dicas: nec possum nec opto ut possim dicere.

V. 681. λέγοιτο — ἔχον] Pronomen ἕτερος non ἐγώ, sed σὺ pronomini oppositum est. Quanquam enim in verbis ἐγὼ δ' ὅπως — λέγειν duo sunt, quibus aliquid opponi debuisse videatur, alterum hoc: ego non possum iudicare, verane sint quae iudicas de Antigona, alterum hoc: tuane vera sit sententia, quam habes de Antigona, non possum ego iudicare, tamen facile apparet inutile fuisse, ad prius aliquid praeterea reponere, quum sic responsum sit ad posterius: dicatur tamen etiam ab alio quod bene se habeat, i. e. tamen fortasse etiam alius sententia, tuae contraria, bene se habeat. De omisso τὶ vide Matth. §. 487. 7.

V. 682. σοῦ δ' οὖν — προσκοπεῖν] De locutione σοῦ προσκοπεῖν, i. e. σκοπεῖν πρὸ σοῦ, vide ad v. 624, de προσκοπεῖν σοῦ πάντα ad Philoctet. 15.

V. 684 sq. τὸ γὰρ σὸν — τοιούτοις] Id est: σὲ γὰρ φοβεῖται ἀνὴρ δημότης λόγοις τοιούτοις, ita ut λόγοις τοιούτοις idem sit atque λέγων τοιαῦτα.

V. 686. ὑπὸ σκότου] Scholiasta: ἐμοὶ δὲ πάρεστιν ἀκούειν τῶν λάθρᾳ κατὰ σοῦ λεγο-

τὴν παῖδα ταύτην οἷ' ὀδύρεται πόλις,
πασῶν γυναικῶν ὡς ἀναξιωτάτη
κάκιστ' ἀπ' ἔργων εὐκλεεστάτων φθίνει, 695
690 ἥτις τὸν αὐτῆς αὐτάδελφον ἐν φοναῖς
πεπτῶτ' ἄθαπτον μήθ' ὑπ' ὠμηστῶν κυνῶν
εἴασ' ὀλέσθαι μήθ' ὑπ' οἰωνῶν τινος·
οὐχ ἥδε χρυσῆς ἀξία τιμῆς λαχεῖν;
τοιάδ' ἐρεμνὴ σῖγ' ἐπέρχεται φάτις. 700
695 ἐμοὶ δὲ σοῦ πράσσοντος εὐτυχῶς, πάτερ,
οὐκ ἔστιν οὐδὲν κτῆμα τιμιώτερον.
τί γὰρ πατρὸς θάλλοντος εὐκλείας τέκνοις
ἄγαλμα μεῖζον, ἢ τί πρὸς παίδων πατρί;
μή νυν ἓν ἦθος μοῦνον ἐν σαυτῷ φόρει, 705

μένων. Ceterum recte Hermannus: quoniam quae clam dicuntur etiam audiuntur clam, ad audiendum transtulit poeta quod de dicentibus dici debebat.

V. 690. Schol.: διὰ τούτων ὑπεραπολογεῖται τῆς κόρης, ὑπερευπρεπῶς τῇ πόλει περιθεὶς τὸν λόγον. Aristoteles Rhet. III, 17: περὶ μὲν οὖν πίστεων ταῦτα. εἰς δὲ τὸ ἦθος, ἐπειδὴ ἔνια περὶ αὐτοῦ λέγειν ἢ ἐπίφθονον, ἢ μακρολογίαν ἢ ἀντιλογίαν ἔχει, καὶ περὶ ἄλλου ἢ λοιδορίαν ἢ ἀγροικίαν, ἕτερον χρὴ λέγοντα ποιεῖν, ὅπερ Ἰσοκράτης ποιεῖ —, καὶ ὡς Σοφοκλῆς τὸν Αἵμονα ὑπὲρ τῆς Ἀντιγόνης πρὸς τὸν πατέρα, ὡς λεγόντων ἑτέρων.

V. 691. ὠμηστῶν κυνῶν] In La ad κυνῶν adscriptum γρ. λύκων. Supra 257. canes cum feris consociantur, et 206. cum avibus, ut apud Aesch. Spt. c. Th. 1022, 1028, ubi 1043. Antigona: τούτου δὲ σάρκας οὐδὲ κοιλογάστορες λύκοι σπάσονται. Canes ὠμησταὶ ab Homero Il. χ, 67. dicti. HERM. Μή particulam, pro qua οὐκ exspectes, positam puto a poeta, quod sensu conditionali membrum relativum accipi voluerit. Eadem videtur ratio esse Philoct. v. 715: ὦ μελέα ψυχά, ὃς μηδ' οἰνοχύτου πώματος ἥσθη δεκέτει χρόνῳ.

V. 693. Schol.: τιμῆς· γρ. στήλης. Genitivus aptus est ex verbo λαχεῖν. Vide quae ad Philoct. 62. sq. ed. sec. adnotavi.

V. 694. Schol.: ἐρεμνή· σκοτεινή, λαθραία σου. Ad verbum ἐπέρχεται supple μοί.

V. 695. σοῦ πράσσοντος εὐτυχῶς] De genitivo participii cfr. 697 et 632.

V. 697 sq. εὐκλείας — ἄγαλμα] Dictum hoc est ut εὐκλείας στέφανος Ai. 465. Eur. Suppl. 315: πόλει παρόν σοι στέφανον εὐκλείας λαβεῖν. Antiop. fr. IV, 4. ERF.

V. 698. Schol. min.: ἢ τί πρὸς παίδων πατρί· ἤγουν οὐδὲ ὁ πατὴρ μείζονα ἄλλην χάριν παρὰ τῶν παίδων δέχεται, ἢ εὐτυχοῦντας τούτους ὁρῶν.

V. 699. μή νυν] Noli igitur etc. Sic supra 648: μή νύν ποτ' etc. Vide, quos Wexius conferri iubet, Blomf. ad Aesch. Spt. 228. et Monk. ad Eur. Alc. 1096. Adde Soph. Ai. 1129: μή νυν ἀτίμα etc. O. R. 644. 707. De μοῦνον vide Excurs. ad O. C. p. 224 sqq.

700 ὡς φῂς σύ, κοὐδὲν ἄλλο, τοῦτ' ὀρθῶς ἔχειν.
ὅστις γὰρ αὐτὸς ἢ φρονεῖν μόνος δοκεῖ,
ἢ γλῶσσαν, ἣν οὐκ ἄλλος, ἢ ψυχὴν ἔχειν,
οὗτοι διαπτυχθέντες ὤφθησαν κενοί.
ἀλλ' ἄνδρα, κεἴ τις ἦ σοφός, τὸ μανθάνειν 710
705 πόλλ' αἰσχρὸν οὐδὲν καὶ τὸ μὴ τείνειν ἄγαν.
ὁρᾷς παρὰ ῥείθροισι χειμάῤῥοις ὅσα
δένδρων ὑπείκει κλῶνας ὡς ἐκσώζεται·
τὰ δ' ἀντιτείνοντ' αὐτόπρεμν' ἀπόλλυται.
οὕτως δὲ ναὸς ὅστις ἐγκρατῆ πόδα 715

V. 700. ὡς φῂς σὺ—ἔχειν] Recte Brunckius: ut, quod tu dicis, aliud praeterea nihil, rectum esse putes. De ὡς particulae usu vide Matth. §. 485.

V. 701 sqq. ὅστις—κενοί] De sententia confer Theogn. 655: ὅστις τοι δοκέει τὸν πλησίον ἴδμεναι οὐδέν, ἀλλ' αὐτὸς μοῦνος ποικίλα δήνε' ἔχειν, κεἰνός γ' ἄφρων ἐστί, νόου βεβλαμμένος ἐσθλοῦ· ἴσως γὰρ πάντες ποικίλ' ἐπιστάμεθα.

V. 703. Schol.: διαπτυχθέντες· ἀνακαλυφθέντες· μετέβη δὲ ἀπὸ ἑνικοῦ ἀριθμοῦ, τοῦ ὅστις γάρ, εἰς πληθυντικόν, τὸ οὗτοι. Cfr. Matth. §. 475. a. Rost. §. 100. not. 7. Graecos imitati sunt Latini. Cfr. Terent. Eun. prol. v. 1 sqq. Andr. IV, 1, 2 sq. De aoristo ὤφθησαν vide Matth. §. 502. 3. et Rost. §. 116. 8. not. 4.

V. 704 sq. ἄνδρα—οὐδέν] Ordo est: οὐδὲν αἰσχρόν ἐστι τὸ ἄνδρα μανθάνειν πολλὰ etc. Vide Matth. §. 278. not. 2. et §. 540. — Tum de εἰ cum coni. iuncto vide Matth. §. 525. 7. b. et Rost. §. 121. not. 10, et de articulo infin. praeposito Matth. §. 543.

V. 705. Schol.: καὶ τὸ μὴ τείνειν ἄγαν· μὴ αὐθάδη εἶναι ἀτιτείνοντα τοῖς συμβουλεύουσιν.

V. 708. Schol.: αὐτόπρεμνα· αὐτόῤῥιζα. Vide Blomf. gloss. Aesch. Spt. c. Th. 71. et de compositione gloss. Ag. 134.

V. 709 sqq. ναὸς—μηδέν] Ordo est: ὅστις πόδα ναὸς ἐγκρατῆ τείνει, μηδὲν ὑπείκων, Verba ἐγκρατῆ τείνειν πόδα ναὸς per prolepsin quandam dicta, de qua ad v. 25. monitum, sic ut ἐγκρατῆ sit ὥστε ἐγκρατῆ εἶναι, et ἐγκρατῆ τείνειν nobis reddi possit straff spannen, coll. v. 474 huius fabulae. Similia sunt μείζον' ἐκτενῶ λόγον Trach. 679. πλεῦνα ἐκτεῖναι λόγον Herod. VII, 51. et Latinum longum prorogat aevum Hor. Ep. ad Pis. 346. — De nomine πούς recte Seidlerus ad Iph. T. 1104: „Navis πόδες erant duo funes, qui ab utraque inferiore veli parte, sive ab angulis veli, exeuntes in navi puppim versus alligabantur. Schol. ad Eur. Or. 704: λέγεται δὲ οὕτω (πούς) σχοινίον τὸ κάτωθεν τοῦ ἱστίου. Clarius Schol. Aristoph. ad Eq. 436: πόδας δὲ καλοῦσιν οἱ ναῦται τοὺς παρ' ἑκάτερα τὰ μέρη κάλως ἐκδεδεμένους τῆς ὀθόνης." Conferendus autem cum hoc Antigonae loco Eur. Or. 705 sq.: καὶ ναῦς γὰρ ἐνταθεῖσα πρὸς βίαν ποδὶ ἔβαψεν, ἔστη δ' αὖθις, ἦν χαλᾷ πόδα.

710 τείνας ὑπείκει μηδὲν ὑπτίοις κάτω
στρέψας τὸ λοιπὸν σέλμασιν ναυτίλλεται.
ἀλλ' εἶκε θυμοῦ καὶ μετάστασιν δίδου.
γνώμη γὰρ εἴ τις κἀπ' ἐμοῦ νεωτέρου
πρόσεστι, φήμ' ἔγωγε πρεσβεύειν πολὺ 720
715 φῦναι τὸν ἄνδρα πάντ' ἐπιστήμης πλέων·
εἰ δ' οὖν, φιλεῖ γὰρ τοῦτο μὴ ταύτῃ δέπειν,
καὶ τῶν λεγόντων εὖ καλὸν τὸ μανθάνειν.

V. 712. Male plerique editores recentiores ex aliquot codd. scripserunt θυμῷ. Nam εἴκειν θυμῷ non potest quidquam aliud significare quam indulgere animo: quae significatio alienissima ab hoc loco est.

V. 710 sq. ὑπτίοις — ναυτίλλεται] Recte suspicatur Emperius κάτω στρέφειν simili ellipsi a Graecis intellecto nomine τὴν ναῦν dictum videri nostrum verbum umwerfen. Sensum totius loci quod attinet, recte monuit Boeckhius supinis transtris cursum continuaturum dici qui eversa navi undis submersum iri significetur. Simillima ratio est v. 310 sq. et Ai. 100: θανόντες ἤδη τἄμ' ἀφαιρείσθων ὅπλα. Wexius adiicit in exemplaris Bosiani margine hoc se notatum vidisse: εἰρωνικῶς ἀντὶ τοῦ εἰς βυθὸν τοῦ πελάγους καταποντίζεται.

V. 712. ἀλλ' — δίδου] Quum ex toto hoc loco, tum imprimis ex antecedentibus apparet nomen θυμὸν non iram, ut vulgo explicatur, sed animum sive voluntatem significare. Itaque hoc dicit: sed cede voluntate eiusque mutationem praebe, i. e. sed cede atque voluntatem tuam muta. Iterum dicit, ut solent qui instanter aliquid ab aliquo petunt, quod iam v. 699 sq. dixerat. — Ceterum in verbo εἴκειν cum genitivo iuncto non erat haerendum; notum est enim verba omnia, quae missum quid facere vel cedere aliqua re significent, saepe cum eo casu coniungi. Cfr. Matth. §. 332. et Rost. §. 108. II. 5. c. Ita ipsum illud εἴκειν cum genitivo χώρας, πολέμου, et aliis simili sensu iungitur. Accedit, quod addita sunt verba μετάστασιν δίδου, ad quae praecipue nomen θυμοῦ adsumendum est, ita ut adeo similis hic locus v. 535. videri possit. De locutione autem θυμοῦ μετάστασιν δίδου monitum ad O. C. 462 sq. et huius fab. 150 sq. Wexius adscripsit Eur. Med 911: σὸν μεθέστηκεν κέαρ. Androm. 1004 sq.: οὐδέν μετάστασις γνώμης ὀνήσει.

V. 714 sq. Schol.: πρεσβεύειν· ὑπερέχειν. ἐγώ, φησί, τοῦτο οἶμαι ὑπερέχειν, τὸ τὸν ἄνθρωπον φῦναι πάντα ἐπιστάμενον. Recte Scholiasta ἐπιστήμης πλέων explicat ἐπιστάμενον, ita ut in accusativo πάντα nihil offensionis sit. Erfurdtius confert Trach. 338: τούτων ἔχω γὰρ πάντ' ἐπιστήμην ἐγώ. — De sententia adscripserunt Hesiod. Op. et D. 291: οὗτος μὲν πανάριστος, ὃς αὐτὸς πάντα νοήσῃ, φρασσάμενος τά κ' ἔπειτα καὶ ἐς τέλος ἧσιν ἀμείνω· ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται. ὃς δέ κε μήτ' αὐτὸς νοέῃ, μήτ' ἄλλου ἀκούων ἐν θυμῷ βάλληται, ὁ δ' αὖτ'

ΧΟΡΟΣ.

ἄναξ, σέ τ' εἰκός, εἴ τι καίριον λέγει,
μαθεῖν. σέ τ' αὖ τοῦδ' εὖ γὰρ εἴρηται διπλῆ. 725

ΚΡΕΩΝ.

720 οἱ τηλικοίδε καὶ διδαξόμεσθα δὴ
φρονεῖν πρὸς ἀνδρὸς τηλικοῦδε τὴν φύσιν;

ΑΙΜΩΝ.

μηδὲν τὸ μὴ δίκαιον· εἰ δ' ἐγὼ νέος,
οὐ τὸν χρόνον χρὴ μᾶλλον, ἢ τἔργα σκοπεῖν.

V. 719. Ex La διπλῇ restitui. Vulgo διπλᾶ.

ἀχρήϊος ἀνήρ. Addo Herodot. VII, 16, 1: ἴσον ἐκεῖνο, ὦ βασιλεῦ, παρ' ἐμοὶ κέκριται, φρονέειν τε εὖ καὶ τῷ λέγοντι χρηστὰ πείθεσθαι. Cic. orat. Cluent. c. 31: sapientissimum esse dicunt eum, cui quod opus sit ipsi veniat in mentem; proxime accedere illum, qui alterius bene inventis obtemperet. Liv. XXII, 29: saepe ego audivi, milites, eum primum esse virum, qui ipse consulat, quid in rem sit; secundum eum, qui bene monenti obediat; qui nec ipsi consulere, nec alteri parere sciat, eum extremi ingenii esse.

V. 716. Schol.: εἰ δ' οὖν· εἰ δέ τις ἀνόητος. εὑρεθῇ. Cfr. Matth. §. 617. a. b.

Ibid. φιλεῖ—ῥέπειν] Confert Musgravius Rhes. 106: οὐ γὰρ αὐτὸς πάντ' ἐπίστασθαι βροτῶν πέφυκεν.

V. 717. καὶ—μανθάνειν] Ordo est: καὶ καλὸν τὸ μανθάνειν τῶν εὖ λεγόντων. De εὖ postposito vide 166. 410. Ai. 1252, de sententia 1031 sq.: τὸ μανθάνειν δ' ἥδιστον εὖ λέγοντος.

V. 720 — 753. In hoc colloquio, quod mira arte compositum a poeta est, facile intelliges Haemonem satis tranquillo, Creontem affecto animo loqui, illum leni et modesta, hunc aspera et feroci oratione uti, illum argumentis, hunc conviciis potius contra adversarium pugnare. Nam simulatque indigna Creontis contumelia Haemon ira exarsit (v. 756 sqq. ed. meae), diutius colloqui cum eo desiit scenaque discessit.

V. 720. καὶ διδαξόμεσθα] Respondet καὶ particulae, in interrogatione ita positae, nostrum gar. Sic v. 764: ἄμφω γὰρ αὐτὰ καὶ κατακτεῖναι νοεῖς; Ai. 1325: τί γάρ σ' ἔδρασεν, ὥςτε καὶ βλάβην ἔχειν; El. 385: ἦ ταῦτα δή με καὶ βεβούλευνται ποιεῖν; Eur. Or. 1331: ἦ τοῦδ' ἕκατι καὶ βοὴ κατὰ στέγας; — De futuro medii notione passiva posito vide ad v. 93.

V. 722. Schol.: μηδὲν διδάσκου, ὃ μὴ δίκαιόν ἐστί σοι μανθάνειν. Vide ad v. 358 sq. Tum de notione voc. χρόνος monitum ad v. 675.

V. 723. τἔργα] Opera sua quum spectanda dicit, significat id, quod faciundum suaserit oratione illa, qua patrem de sententia sua demovere studuerit. Non dissimiliter dictum Phil. 99: νῦν δ' εἰς ἔλεγχον ἐξιὼν ὁρῶ βροτοῖς τὴν γλῶσσαν, οὐχὶ

ΚΡΕΩΝ.

ἔργον γάρ ἐστι τοὺς ἀκοσμοῦντας σέβειν; 730

ΑΙΜΩΝ.

725 οὐδ' ἂν κελεύσαιμ' εὐσεβεῖν ἐς τοὺς κακούς.

ΚΡΕΩΝ.

οὐχ ἥδε γὰρ τοιᾷδ' ἐπείληπται νόσῳ;

ΑΙΜΩΝ.

οὔ φησι Θήβης τῆσδ' ὁμόπτολις λεώς.

ΚΡΕΩΝ.

πόλις γὰρ ἡμῖν ἁμὲ χρὴ τάσσειν ἐρεῖ;

ΑΙΜΩΝ.

ὁρᾷς τόδ' ὡς εἴρηκας ὡς ἄγαν νέος; 735

ΚΡΕΩΝ.

730 ἄλλῳ γὰρ ἢ 'μοὶ χρή γε τῆσδ' ἄρχειν χθονός;

ΑΙΜΩΝ.

πόλις γὰρ οὐκ ἔσθ' ἥτις ἀνδρός ἐσθ' ἑνός.

ΚΡΕΩΝ.

οὐ του κρατοῦντος ἡ πόλις νομίζεται;

τἄργα, πάνθ' ἡγουμένην, ubi τὴν γλῶσσαν, οὐχὶ τἄργα nobis est: das Reden, nicht das Thun.

V. 724. Schol.: ἀκοσμοῦντας· ἀπειθοῦντας, καὶ ἄκοσμα διαπραττομένους. Cfr. 660. et Philoct. 387. Acerbe Creon repetit voc. ἔργον, ut hoc dicat: opusne hoc tuum est, i. e. faciundumne hoc putas, ut immodestos colas. Eum enim se esse ostenderat Haemon, qui Antigonam poena liberandam adeoque honore afficiendam putaret.

V. 725. οὐδ' ἂν — κακούς] Ne auctor quidem sim, ut malos colas, i. e. non modo ipse id non facio, sed etiam alios (te) id committere nolo.

V. 727. ὁμόπτολις λεώς] Vide quae ad v. 7. notata sunt.

V. 728 — 733. πόλις γὰρ etc.] In regno etiam cives in consilium adhibendos eorumque voluntates explorandas Haemon ostendit, quum contra Creon ad regis unius arbitrium nutumque totos se fingere cives et accomodare debere contendat.

V. 730. ἄλλῳ γὰρ ἢ 'μοὶ χρή] Confert Erfurdtius Thom. M. in χρή· χρή με ποιῆσαι πάντοτε λέγε, οὐ χρή μοι, ὡς καὶ Σοφοκλῆς ἅπαξ. Eur. Ion. 1317: τοῖσι δ' ἐνδίκοις ἱερὰ καθίζειν ἐχρῆν. Lucian. Hermotim. T. I. p. 798: χρὴ γάρ, οἶμαι, σοὶ τῷ πρώτῳ χρηστῷ καὶ ἀξίῳ ἐντυχόντι ἀποφέρεσθαι.

V. 732. οὐ τοῦ — νομίζεται] Eadem structura verbi νομίζεσθαι Ο. C. 38: τίς δ' ἔσθ' ὁ χῶρος; τοῦ θεῶν νομίζεται;

ΑΙΜΩΝ.

καλῶς ἐρήμης γ' ἂν σὺ γῆς ἄρχοις μόνος.

ΚΡΕΩΝ.

ὅδ', ὡς ἔοικε, τῇ γυναικὶ συμμαχεῖ. 740

ΑΙΜΩΝ.

εἴπερ γυνὴ σύ· σοῦ γὰρ οὖν προκήδομαι.

ΚΡΕΩΝ.

ὦ παγκάκιστε, διὰ δίκης ἰὼν πατρί.

ΑΙΜΩΝ.

οὐ γὰρ δίκαιά σ' ἐξαμαρτάνονθ' ὁρῶ.

ΚΡΕΩΝ.

ἁμαρτάνω γὰρ τὰς ἐμὰς ἀρχὰς σέβων;

ΑΙΜΩΝ.

οὐ γὰρ σέβεις, τιμάς γε τὰς θεῶν πατῶν. 745

ΚΡΕΩΝ.

ὦ μιαρὸν ἦθος καὶ γυναικὸς ὕστερον.

ΑΙΜΩΝ.

οὐτἂν ἕλοις ἥσσω γε τῶν αἰσχρῶν ἐμέ.

ΚΡΕΩΝ.

ὁ γοῦν λόγος σοι πᾶς ὑπὲρ κείνης ὅδε.

ΑΙΜΩΝ.

καὶ σοῦ γε κἀμοῦ καὶ θεῶν τῶν νερτέρων.

ΚΡΕΩΝ.

ταύτην ποτ' οὐκ ἔσθ' ὡς ἔτι ζῶσαν γαμεῖς. 750

V. 741. οὐτἂν cum Hermanno scripsi, cuius vide dissertationem quam scripsit de mensura utriusque ἄν, Opusc. Tom. IV. p. 380 sq. Libri habent οὐκ ἄν, Brunckius scripsit οὐκ ἄν γ'.

V. 736. Schol.: διὰ δίκης ἰών· δικασάμενος, δικαιολογούμενος, παρρησιαζόμενος. Cfr. Matth. §. 580. c. Rost. §. 110. 2.

V. 737. οὐ — ἐξαμαρτάνονθ'] I. e. ἄδικον ἁμαρτίαν ἁμαρτάνοντα (cfr. Philoct. 1248 sq.), idque verecundiae causa posuit Haemon pro eo, quod in mente habebat, ἀνόσιον ἁμαρτίαν ἁμαρτάνοντα, sive ὕβριν ὑβρίζοντα.

V. 740. Schol.: γυναικὸς ὕστερον· ἀντὶ τοῦ ἡττηθὲν ὑπὸ γυναικός. Cfr. Philoct. 181. Eodem sensu statim ἥσσω positum.

ΑΙΜΩΝ.

ἦδ' οὖν θανεῖται καὶ θανοῦσ' ὀλεῖ τινα.

ΚΡΕΩΝ.

ἦ κἀπαπειλῶν ὧδ' ἐπεξέρχει θρασύς;

ΑΙΜΩΝ.

τίς δ' ἔστ' ἀπειλὴ πρὸς κενὰς γνώμας λέγειν;

ΚΡΕΩΝ.

κλαίων φρενώσεις, ὧν φρενῶν αὐτὸς κενός.

ΑΙΜΩΝ.

εἰ μὴ πατὴρ ἦσθ', εἶπον ἄν σ' οὐκ εὖ φρονεῖν.

V. 745. ἦδ' οὖν — τινα] Alio sensu dicta haec Creon putavit, quam quo accipi Haemon voluit. Creon enim, cuius animum odiosae suspiciones iam insedissent, filium minari opinatur, se patri, si Antigona occidatur, necem illaturum esse; contra Haemon, quod antea minus aperte, ut tum convenit, ostenderat, liberius nunc dicere cogitur, caedem Antigonae Creonti summam perniciem adlaturam esse. Eo spectant quae dixit v. 701 sqq: ἐμοὶ δὲ σοῦ πράσσοντος εὐτυχῶς etc. 714 sqq.: τὰ δ' ἀντιτείνοντ' αὐτόπρεμν' ἀπόλλυται etc. v. 741: σοῦ προκήδομαι, et v. 749: καὶ σοῦ γε etc. sc. λόγος μοί ἐστιν. Dehortabatur enim, ne Antigonam interficeret, patrem, ne scelere nefario commisso (cfr. v. 692 sqq.) et deos et homines sibi iratos haberet. — Ceterum quod τινά, non σὲ dixit Haemon, id facile quivis intelliget verecundia quadam factum esse, de qua vide ad v. 55. 737. 749. Simili de causa supra v. 661 τἀναντία positum fuit. Postremo monendum est vehementer errare qui putent Haemonem his verbis ostendere, se sibimet ipsi, si Antigona cadat, necem paraturum esse. De ea enim et cogitavit demum et professus est, postquam ad summam desperationem Creontis contumelia adductus fuit, v. 756 sqq.

V. 746. ἦ — θρασύς] Adeone audax es, ut etiam minis me insequare?

V. 747. τίς δ' — λέγειν] Haec quoque paullo aliter quam debebat accepisse Creon videtur. Haemon hoc dicit: quae tandem minae hae sunt, quum contra non recta consilia dico? i. e. num ego quicquam tibi minor, quum te dehortor, ne interfici Antigonam iubeas? Id autem modo facere se velle dixerat Creon v. 744. De vocabulo γνῶμαι vide v. 635 sq. Ai. 1091. Phil. 431 sq. Ea consilia autem, sive id consilium rursus verecunde dixit κενόν, vanum (coll. A. Gellio N. A. XVIII, 4.), i. e. cuiusmodi ut caperet, iusta causa adduci non posset, quanquam Haemoni indignissimum turpissimumque videbatur esse. — Creon contra, ut videtur, eiusmodi quid dici ab Haemone putavit, quale Scholiasta posuit: ποίαν ὠφέλειαν ἔχει ἀπειλὴ πρὸς μωρὸν ἄνθρωπον λεγομένη;

V. 749. εἰ μὴ — φρονεῖν] Ut impietatis crimen effugeret, ita dixit, hoc significans: οὐκ εὖ φρονεῖς, quod ipsum verecunde dictum p[illegible]κῶς φρονεῖς sive παραφρο[illegible]. Obiicit autem hoc patri propterea, quod modo de-

ΚΡΕΩΝ.

750 γυναικὸς ὢν δούλευμα, μὴ κώτιλλέ με.

ΑΙΜΩΝ.

βούλει λέγειν τι καὶ λέγων μηδὲν κλύειν.

ΚΡΕΩΝ.

ἄληθες; ἀλλ' οὐ, τόνδ' Ὄλυμπον, ἴσθ' ὅτι
χαίρων ἐπὶ ψόγοισι δεννάσεις ἐμέ.
ἄγετε τὸ μῖσος, ὡς κατ' ὄμματ' αὐτίκα 760
755 παρόντι θνήσκῃ πλησία τῷ νυμφίῳ.

ΑΙΜΩΝ.

οὐ δῆτ' ἔμοιγε, τοῦτο μὴ δόξῃς ποτέ,
οὔθ' ἥδ' ὀλεῖται πλησία, σύ τ' οὐδαμᾶ

V. 751. Hermannus aliique interrogative haec dicta putant.

mentiae suae et impietatis poenas soluturus ab eo dictus erat, quum tamen persuasum haberet se, quod patrem a pernicioso consilio avocare studeret, summa potius pietatis laude et praemio dignum esse.

V. 750. μὴ κώτιλλέ με] Inepte vulgo κωτίλλειν hic interpretantur: garriendo enecare vel molestum esse. E sensu nexuque totius loci apparet valere ὑβρίζειν, sive, quo verbo v. 753. Creon usus est, δεννάζειν. Contumeliosa enim verba Haemonis putavit: εἰ μὴ — φρονεῖν.

V. 751. βούλει — κλύειν] Hoc potissimum dici ab Haemone Creon putat: qualis ego tibi videar dicis, qualis tu mihi videare ut dicam, non pateris. De participio praesentis λέγων confert Neuius Ai. 1089 sq.: καὶ σοὶ προφωνῶ τόνδε μὴ θάπτειν, ὅπως μὴ τόνδε θάπτων αὐτὸς εἰς ταφὰς πέσῃς.

V. 752. ἄληθες] Bekker. Anecd. p. 367, 7: ὅταν ἡ πρώτη ὀξύνηται, τάττεται ἐπὶ εἰρωνείας. Vide ad O. R. 345. — De dictione οὐ, τόνδ' Ὄλυμπον monitum ad O. R. 639; de ἴσθ' ὅτι vide ad huius fab. v. 276.

V. 753. Schol.: δεννάσεις· λυπήσεις, ὑβρίσεις. Tum ἐπὶ ψόγοισι videtur valere reprehendendo, accusando, coll. Matth. §. 586. γ., nisi corrupta scriptura vulgata est corrigendumque cum Emperio ἔτι.

V. 754. Schol.: τὸ μῖσος· τὴν Ἀντιγόνην φησίν.

V. 756. οὐ δῆτ' ἔμοιγε] Offensionis aliquid esse possit in ἔμοιγε pronomine, quod quum praepositum sit membris disiunctivis οὔθ' ἥδ' etc. et σύ τ' οὐδαμᾶ etc., utrique membro accommodari debuisse videatur. Sed apte comparat Neuius El. 913: ἀλλ' οὐδὲ μὲν δὴ μητρὸς οὔθ' ὁ νοῦς φιλεῖ τοιαῦτα πράσσειν, οὔτε δρῶσ' ἐλάνθανεν. ibid. 995 sq.: ποῖ γάρ ποτ' ἐμβλέψασα τοιοῦτον θράσος αὐτή θ' ὁπλίζει, κἄμ' ὑπηρετεῖν καλεῖς;

V. 757. οὔθ' ἥδ' — σύ τ' οὐδ.] Seidlerus confert Eur. Hippol. 302: οὔτε γὰρ τότε λόγοις ἐτέγγεθ' ἥδε, νῦν τ' οὐ πείθεται. et Thucyd. I, 5: οἳ οὔτε ὧν πυνθάνονται ἀπαβούντων τὸ ἔργον, οἷς τ' ἐπιτε-

τοὐμὸν προσόψει κρᾶτ' ἐν ὀφθαλμοῖς ὁρῶν,
ὃς τοῖς θέλουσι τῶν φίλων μαίνῃ ξυνών. 765

ΧΟΡΟΣ.

760 ἀνήρ, ἄναξ, βέβηκεν ἐξ ὀργῆς ταχύς·
νοῦς δ' ἐστὶ τηλικοῦτος ἀλγήσας βαρύς.

ΚΡΕΩΝ.

δράτω, φρονείτω μεῖζον ἢ κατ' ἄνδρ' ἰών·
τὰ δ' οὖν κόρα τάδ' οὐκ ἀπαλλάξει μόρου.

ΧΟΡΟΣ.

ἄμφω γὰρ αὐτὰ καὶ κατακτεῖναι νοεῖς; 770

ΚΡΕΩΝ.

765 οὐ τήν γε μὴ θιγοῦσαν. εὖ γὰρ οὖν λέγεις.

ΧΟΡΟΣ.

μόρῳ δὲ ποίῳ καί σφε βουλεύει κτανεῖν;

ΚΡΕΩΝ.

ἄγων ἔρημος ἔνθ' ἂν ᾖ βροτῶν στίβος

λὲς εἴη εἰδέναι οὐκ ὀνειδιζόντων. Addit Neuius I, 126: οὔτε ἐκεῖνος κατενόησε, τό τε μαντεῖον οὐκ ἐδήλου. Cfr. Matth. §. 609.

V. 758. προς ὄψει — ὁρῶν] Vide ad v. 227; de locutione ἐν ὀφθαλμοῖς monui ad Philoct. 61. Plura exempla attulit Matth. §. 396. n. 2.

V. 759. Schol.: ὡς τοῖς θέλουσι τῶν φίλων μέγης ξυνών· γρ. μαίνῃ. Ὡς μαίνῃ, φησί, παρὰ τοῖς φίλοις τοῖς θέλουσιν ὑπομεῖναι τὴν σὴν μανίαν.

V. 761. βαρύς] A quo grave quid metuendum. Vide ad O. R. 527. De sententia amborum versuum vide ad eand. fab. 1045.

V. 762. φρονείτω μεῖζον ἢ κατ' ἄνδρ' ἰών] Neuius comparat Ai. 761: ἔπειτα μὴ κατ' ἄνθρωπον φρονεῖ. De ἢ κατά vide Matth. §. 449, de ἀνήρ vocabuli notione ad O. C. 565 sq., denique de addito ἰών ad Philoct. 328. et 351.

V. 763 sqq. Quum supra v. 577 — 581 ed. Br. Creon, ut ferebat illius loci ratio, ita esset locutus, ut non solum Antigonam, sed etiam Ismenam morti devovere videretur, hoc loco v. 763 sqq. effecit poeta, ne falleretur exspectatio spectatorum, si de Antigona sola supplicium sumi postmodum viderent. DINDORF.

V. 764. αὐτὰ καὶ κατ.] De vocabulo καὶ confer 726: καὶ διδαξόμεσθα.

V. 766. μόρῳ δὲ ποίῳ καί σφε etc.] De locutione ποῖος καί, τίς καὶ et similibus optime exposuit Porsonus ad Eur. Phoen. 1373. Adde Herm. ad Vig. p. 837. et ad Eur. Alc. 498. Cfr. huius fab. 1314: ποίῳ δὲ κἀπελύσατ' etc. O. R. 722. 9[illegible] 1129. Ai. 1200. Trach. 314.

κρύψω πετρώδει ζῶσαν ἐν κατώρυχι,
φορβῆς τοσοῦτον, ὡς ἄγος, μόνον προθεὶς, 775
770 ὅπως μίασμα πᾶσ' ὑπεκφύγῃ πόλις.
κἀκεῖ τὸν Ἅιδην, ὃν μόνον σέβει θεῶν,
αἰτουμένη που τεύξεται τὸ μὴ θανεῖν,
ἢ γνώσεται γοῦν ἀλλὰ τηνικαῦθ', ὅτι
πόνος περισσός ἐστι τἀν Ἅιδου σέβειν. 780

ΧΟΡΟΣ.

(στροφὴ α'.)

775 Ἔρως ἀνίκατε μάχαν, Ἔρως, ὃς ἐν κτήμασι πίπτεις, ὃς ἐν μαλακαῖς παρειαῖς νεάνιδος ἐννυχεύεις·

V. 768. Schol.: πετρώδει ἐν κατώρυχι· ἐν ὑπογείῳ σπηλαίῳ. Cfr. 848: ἕρμα τυμβόχωστον τάφου ποταινίου. 885: κατηρεφεῖ τύμβῳ. 920: θανόντων κατασκαφάς. 1100: ἐκ κατώρυχος στέγης. 1204 sq.: λιθόστρωτον νυμφεῖον Ἅιδου. Ceterum conferatur Mure in Museo Rhen. 1839. Fasc. II. p. 265.

V. 769. ὡς ἄγος] Ἅγος h. l. est κάθαρσις Hesychius: ἅγος· ἅγνισμα θυσίας. Σοφ. Φαίδρᾳ. Eodem significatu positum Aesch. Choeph. 152. ERF. Scholiasta: φορβῆς τοσοῦτον· ἔθος παλαιὸν, ὥστε τὸν βουλόμενον καθειργνύναι τινὰ ἀφοσιοῦσθαι βραχύ τι θέντα τροφῆς. καὶ ὑπενόουν κάθαρσιν τὸ τοιοῦτο, ἵνα μὴ δοκῶσι λιμῷ ἀναιρεῖν· τοῦτο γὰρ ἀσεβές. Confert Neuius Xen. An. VII, 8, 19: καὶ διασώζονται, ἀνδράποδα ὡς διακόσια ἔχοντες καὶ πρόβατα ὅσον θύματα, i. e. et pecora, quot satis erant ad sacrificia.

V. 770. πᾶσ' ὑπ. πόλις] Et hic et alibi pronomen πᾶς idem fere significat atque πάντως, prorsus. Cfr. Ai. 275: κεῖνός τε λύπῃ πᾶς ἐλήλαται κακῇ· 519: ἐν σοὶ πᾶς ἔγωγε σώζομαι. 728: πᾶς — θανεῖν. O. R. 823: ἆρ' οὐχὶ πᾶς ἄναγνος; ibidem et El. 1497: πᾶσ' ἀνάγκη· Trachin. 91: πᾶσαν — ἀλήθειαν.

V. 772. τεύξεται τὸ μὴ θανεῖν] Verbum τυγχάνειν saepe etiam cum accusativo coniungi docui in Advers. ad Soph. Philoct. p. 82.

V. 773. ἀλλὰ τηνικαῦθ'] De ἀλλὰ particulae usu monitum ad v. 550.

V. 775—792. Ἔρως—Ἀφροδίτα] Summa totius cantus haec est: Amor non solum omnes homines pariter atque deos immortales vincit victosque in furorem agit, sed adeo viros honestos a prava facinora impellit, auctorque litis inter Haemonem et Creontem ortae exstitit.

V. 775. ἀνίκατε μάχαν] Ut dicitur νικᾶν μάχην is, qui e pugna victor discedit, ita recte ἀνίκητον μάχην dictum esse eum apparet, qui nulla in pugna vinci queat, vel qui ex quavis pugna victor discedat.

V. 776 sqq. ὃς ἐν — ἐννυχεύεις] Hoc dicit: qui divites potentesque non minus facile invadis quam

780 φοιτᾷς δ' ὑπερπόντιος, ἔν τ' ἀγρονόμοις αὐλαῖς· 735
καί σ' οὔτ' ἀθανάτων φύξιμος οὐδεὶς οὔθ' ἁμερίων ἐπ' ἀνθρώπων· ὁ δ' ἔχων μέμηνεν. 790
(ἀντιστροφὴ α'.)
785 σὺ καὶ δικαίων ἀδίκους φρένας παρασπᾷς· ἐπὶ λώβᾳ· σὺ καὶ τόδε νεῖκος ἀνδρῶν ξύναιμον ἔχεις ταράξας·

teneram formosamque puellam in potestate tua habes. Verbum ἐννυχεύειν similiter atque εὕδειν, de quo vide ad O. R. 65, usurpatum valet quiescere. Iam Scholiasta interpretatus est διατρίβειν. Tum adiectivum μαλακὸς quanquam coniunctum est cum nomine παρειαῖς, tamen referendum potissimum ad puellam est, quae potentibus opulentisque hominibus opponitur. Amor autem in genis tenerae puellae quiescere dicitur propterea, quod genae sive vultus virginis veluti sedes aut domicilium Amoris sunt. Cfr. Horat. Od. IV, 13, 6 sqq.: ille (Amor) virentis et doctae psallere Chiae pulchris excubat in genis, ibique Mitscherlichius. Postremo κτήματα de opulentis potentibusque recte accipi post Doederlinum in Spec. ed. nov. Soph. p. 33 sq. Steinbrüchelius, Huschkius, Passovius, Hermannus aliique iudicarunt. Abstractum enim positum pro concreto; vide ad v. 320.

V. 780. Schol.: φοιτᾶς δ' ὑπερπόντιος· διότι καὶ τὰ πόρρω θηρεύει ὁ ἐρῶν, καὶ διὰ θαλάσσης ἄπεισι καὶ πανταχοῦ, ὥστε τοῦ ἔρωτος ἐπιτυχεῖν. Nullo periculo impediri nullaque vi deterreri Amorem ait, quominus id, quod quaerat, persequatur. Itaque et mare traiicere et casas agricolarum intrare solere dicitur. Bene Iacobsius: ὑπερπόντιος, inquit, ut Paris Helenae causa fecit, ἐν ἀγρον. αὐλαῖς, ut Venus ad Anchisen pastorem accessit.

Ibid. ἀγρονόμοις αὐλαῖς] Recte Zehlickius haec verba non de lustris ferarum, quae nunquam αὐλαὶ dicuntur, sed de casis agricolarum accipienda monuit. Sunt autem proprie ἀγρονόμοι αὐλαὶ villae sive casae agrestes. Nam ἀγρονόμος apud tragicos nihil fere differt notione ab adiectivo ἄγριος. Sic O. R. 1103: πλάκες ἀγρονόμοι sunt saltus agrestes. Similia sunt quae Matth. §. 446. 3. a. adfert.

V. 781. καί σ' οὔτ' — φύξιμος] De accusativo, qui ex nomine φύξιμος aptus est, vide Matth. §. 422. et Rost. §. 104. 2. not. 3, de potestate activa eius nominis eundem §. 109. Buttm. Gr. ampl. §. 119. 76.

V. 782. οὔθ' ἁμερ. ἐπ' ἀνθρώπων] Neque inter brevis aevi homines. De ἐπὶ praepositione vide Matth. §. 584. η. coll. §. 320. not. et Bernhardy Gr. Synt. p. 246 sq. — De ἁμέριος vide Valck. ad Eur. Phoen. 1515.

Ibid. Schol.: ὁ δ' ἔχων· τὸν ἔρωτα. Wexius confert Platon. Phaedr. p. 239. C: ἀνὴρ ἔχων ἔρωτα, cum nota Astii. Eur. Hipp. 1264: θέλγει δ' Ἔρως, ᾧ μαινομένᾳ κραδίᾳ πτανὸς ἐφορμάσῃ.

V. 784 sq. Schol.: σὺ καὶ δικαίων ἀδίκους· σὺ καὶ

νικᾷ δ' ἐναργὴς βλεφάρων ἵμερος εὐλέκτρου 795
790 νύμφας, τῶν μεγάλων πάρεδρος θε-
σμῶν. ἄμαχος γὰρ ἐμπαίζει θεὸς Ἀφροδίτα. 800
νῦν δ' ἤδη 'γὼ καὐτὸς θεσμῶν
ἔξω φέρομαι τάδ' ὁρῶν, ἴσχειν δ'
795 οὐκ ἔτι πηγὰς δύναμαι δακρύων,
τὸν παγκοίταν ὅθ' ὁρῶ θάλαμον
τήνδ' Ἀντιγόνην ἀνύτουσαν. 805

V. 790. τῶν μεγάλων οὐχὶ πάρεδρος θεσμῶν olim scripsi ex Dindorfii coniectura, qui de hoc loco disseruit in Adnott. in Soph. tragg. Oxon. 1836. edit. p. 215 sq. Nunc vulgatam scripturam intactam relinquere satius putavi, nisi quod omisi verba ἐν ἀρχαῖς.

δικαίους διαφθείρεις, ὥςτε τὰς φρένας αὐτῶν ἀδίκους γίνεσθαι, ὡς Ἡρακλῆς ἐνεχόμενος τῷ ἔρωτι τῆς Ἰόλης τὰ ἐν Οἰχαλίᾳ ἔπραξεν, ἀφορμὴν τοῦ πολέμου μὴ ἔχων ἢ τὸν ἔρωτα μόνον. De prolepsi vide ad v. 25.

V. 786 sq. τόδε νεῖκος ἀνδρῶν ξύναιμον] I. e. τόδε νεῖκος ἀνδρῶν ξυναίμων. Cfr. Matth. §. 446. not. 1. — De ταράττειν confert Musgravius Plutarch. Themist. c. 5: δίκας τῷ ἀνθρώπῳ πρὸς οἰκείους τινὰς ταράξειν. Idem Cat. min. c. 22: στάσεις καὶ πολέμους ταράττειν. Vide quae in Censura Aiac. ab Lobeck. edit. p. 72. exposui.

V. 788 sq. νικᾷ δ' ἐναργὴς — νύμφας] Vicit autem splendidus oculorum nitor formosae sponsae. Plus ait apud Haemonem valuisse desiderabilem puellae suavitatem quam pietatem patri debitam, ita ut cum patre altercari quam amorem sponsae abiicere mallet. H. Stephanus in Thesauro: ἵμερος est etiam id in oculis, quo intuentium amor conciliatur. Pollux [illegible]r. 2, 63. de oculis loquens, [illegible]tquam docuit oculos posse describi πυρώδεις etc., subiungit: καὶ τὸ ἀπ' αὐτῶν ἀποῤῥέον ἵμερος.

V. 790. τῶν μεγάλων — θεσμῶν] De genitivo θεσμῶν ex adiectivo πάρεδρος apto cfr. Pindar. Olymp. VIII, 22: Θέμις Διὸς ξενίου πάρεδρος. Adscripsit Seidlerus Eur. Med. 843. τᾷ σοφίᾳ παρέδρους ἔρωτας, παντοίας ἀρετᾶς ξυνεργούς.

V. 791. ἄμαχος etc.] Insuperabilis enim insultat dea Venus. Quibus verbis hoc dicit: Venus enim quando cum pietate reverentiave conflictatur, nunquam non superior discedit.

V. 793 sqq. νῦν δ' ἤδη etc.] Hoc dicere Chorus videtur: ut Haemon summo in Antigonam amore abreptus pietatem adversus patrem violavit, similiter ego nunc ultra quam decorum est progredior, quum Antigonam videns in Orcum descendere temperare a lacrimis nequeo.

V. 796 sq. τὸν παγκοίταν — ἀνύτουσαν] De verbo ἀνύτειν venire significante vide ad O. C. 1546, ad quem locum adlata etiam exempla sunt huius verbi cum nudo accusativo coniuncti. Adde huius fab. 811 sq.

(στροφὴ α'.)

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ὁρᾶτέ μ', ὦ γᾶς πατρίας πολῖται,
τὰν νεάταν ὁδὸν
800 στείχουσαν, νέατον δὲ φέγγος λεύσσουσαν ἀελίου,
κοὔποτ' αὖθις· ἀλλά μ' ὁ παγκοίτας Ἅιδας ζῶσαν ἄγει 810
τὰν Ἀχέροντος
805 ἀκτάν, οὔθ' ὑμεναίων
ἔγκληρον, οὔτ' ἐπινύμφειός
πώ μέ τις ὕμνος ὕμνησεν, ἀλλ' Ἀχέροντι νυμφεύσω. 815

ΧΟΡΟΣ.

οὐκοῦν κλεινὴ καὶ ἔπαινον ἔχουσ'
810 ἐς τόδ' ἀπέρχει κεῦθος νεκύων,
οὔτε φθινάσιν πληγεῖσα νόσοις,

V. 806. ἐπινύμφειος ex coniectura Dindorfii restitui. Libri ἐπινυμφίδιος.

Tum de adiectivo παγκοίτης, quod sollemniter Orco tribuitur, vide quae ad O. C. 1547. adnotata sunt.

V. 799. τὰν νεάταν] I. e. τὴν ὑστάτην. Vide Seidl. ad Eur. Troad. 206.

V. 800. νέατον] Adverbialiter positum est; cfr. eundem Seidl. ad Troad. 206. Wexius adscripsit Ai. 858: πανύστατον δὴ κοὔποτ' αὖθις ὕστερον. Eur. Hec. 811: ὡς οὔποτ' αὖθις, ἀλλὰ νῦν πανύστατον.

V. 805. ὑμεναίων] Nuptiarum. Vide ad O. R. 417 sq. — Sequentia οὔτ' ἐπιν. — ὕμνησεν de cantu nuptiali accipienda sunt. Comprehendit utrumque duobus verbis infra v. 917: ἄλεκτρον, ἀνυμέναιον. Quod autem in his membris, quae sibi opposita sunt, verbum finitum oppositum est adiectivo, de eo dictum ad O. R. 447. Adde Pflugk. ad Eur. Med. 12. et huius fab. 1141 sqq. — De significatu vocis νυμφεύσω vide ad v. 648.

V. 809. κλεινὴ — ἔχουσ'] Decedere cum laude et gloria Chorus Antigonam ait, nisi fallor, propterea, quod factum eius, quanquam ipse improbavit (cfr. v. 843 sqq. 860 sqq. ed. meae), tamen singularem quandam animi magnitudinem prodidit. Nam quum virgo et Haemoni desponsata mori maluit quam iniustae legi tyranni obtemperare, profecto magnae cuiusdam fortitudinis laudem sibi paravit. Nondum enim a pietate eam laudari a Choro puto, de qua dictum infra v. 860 sqq., quum prorsus improbabile sit idem bis Sophoclem hic dixisse.

V. 811 sq. οὔτε φθινάσιν — λαχοῦσ'] Sensum horum v[illegible] suum recte Scholiasta extre[illegible]

οὔτε ξιφέων ἐπίχειρα λαχοῦσ'· 820
ἀλλ' αὐτόνομος ζῶσα μόνη δὴ
θνατῶν Ἅιδαν καταβήσει.

(ἀντιστροφὴ α'.)

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

815 ἤκουσα δὴ λυγροτάταν ὀλέσθαι

adnotatione palefecit ita: οὔτε νοσήσασα οὔτε ἀνειρεθεῖσα. Neque morbis consumta neque caede perempta descendere Antigona ad inferos dicitur. Nihilominus mihi nondum liquet, quid proprie significet ἐπίχειρα ξιφῶν λαχεῖν. Concedo Hermanno non recte Scholiastam interpretari: οὐ διὰ ξιφῶν τὸν μισθὸν τοῦ πλημμελήματος λαχοῦσα καὶ τιμωρίαν, sed nec adsentior ei adnotanti: „ξιφέων ἐπίχειρα sunt praemia ensium, i. e. id quod ensibus congrediendo efficitur, quod est vi aliquem interfici. Latine dicas: munere belli." Brunckius interpretatus est: nec gladiorum ictus perpessa. Iacobsio recte videtur ἐπίχειρα ξιφέων sic accipi posse, ut sit τραύματα ξίφεσι πεποιημένα.

Ibid. φθινάσιν νόσοις] Confert Neuius Ai. 59: μανιάσιν νόσοις. Trach. 980: φοιτάδα νόσον. huius fab. 1019: θυστώδας λιτάς.

V. 813. αὐτόνομος] Tuae ipsius lege obsequens. Opponitur hoc verbis οὔτε φθινάσιν — λαχοῦσα, quibus lege naturae aut violenta manu hominis demitti in Orcum negatur. Lex autem, cui obsecutam Chorus Antigonam ait, ea est, quam animo suo ita insculptam a dis dixit, ut violare Creontis legem ac supplicio affici quam huic non obtemperare mallet. Cfr. v. 863. Scholiastae haec adnotarunt, quae ad nominis αὐτόνομος explicationem pertinerent: μετ' ἐλευθερίας τεθνήξῃ, ἰδίῳ καὶ καινῷ νόμῳ περὶ τὸ τέλος (tria haec verba omitti debebant) χρησαμένη, ἢ ἀντὶ τοῦ ἰδίοις αὐτῆς νόμοις χρησαμένη. Quae extrema adnotatio vulgo male lemmati Ἅιδαν adscripta est.

V. 814. Ἅιδαν] Quum hoc vocabulum, tum alia eiusdem significationis saepe in hac fabula de specu saxeo, quem subire Antigonam oportebat, qui pro ipso sepulcro erat, dicuntur. Vide ad v. 879 sq.

Ibid. Ἅιδαν καταβήσει] Gravius finitur oratio additis his verbis, quae salvo quidem sensu omitti poterant. Cfr. O. R. 163 sqq.: προφάνητέ μοι — ἔλθετε καὶ νῦν. O. C. 1491 sqq.: βᾶθι, βᾶθ' — ἵκου. Philoct. 706 sqq.: οὐ φορβὰν — φορβάν. Non dissimilia reperiuntur apud scriptores Latinos. Cic. pro Muren. c. 39: hostis est enim non apud Anienem — in ipsa, inquam, curia non nemo hostis est. ibid. c. 40: obiicitur enim concionibus — solus opponitur. pro Sextio c. 3: ademit Albino soceri nomen mors filiae, sed caritatem — non ademit, ad quem locum alia exempla attulerunt interpretes.

V. 815 – 825. ἤκουσα — κατευνάζει] Niobe, filia Tantali, regis Lydiae, uxor Amphionis, regis Thebani, amissis subito liberis suis omnibus obriguisse dolore et conversa in saxum dicitur, quod perpetuo flere credebatur. Cfr. Hom. Il. ω, 602. Apollod. III, 5, 6. Ovid. Metam. VI, 146

τὰν Φρυγίαν ξέναν
Ταντάλου Σιπύλῳ πρὸς ἄκρῳ· τάν, κισσὸς
ὡς ἀτενής, 825
820 πετραία βλάστα δάμασεν· καί νιν ὄμβροι
τακομέναν,
ὡς φάτις ἀνδρῶν,
χιών τ' οὐδαμὰ λείπει, 830
τέγγει δ' ὑπ' ὀφρύσι παγκλαύτοις
825 δειράδας· ᾗ με δαίμων ὁμοιοτάταν κατευνάζει.

V. 820. Ex Musgravii coniectura scripsi ὄμβροι. Vulgatum ὄμβρῳ quomodo defendi possit non video.

V. 823. τέγγει δ' ex Bothii coniectura dedi. Libri τέγγει θ', quod mihi ineptum videtur. Errat manifesto Neuius.

—312. Hygin. fab. 9. Scholiasta: Τοῦτο δὲ ἔλαβε πρὸς τὸ ὅμοιον τοῦ θανάτου, ὅτι οὐδὲ ἡ Νιόβη ὑπό τινος ἀνῃρέθη.

V. 816 sq. τὰν Φρυγίαν πρὸς ἄκρῳ] Debebat Niobe Lydia dici, quemadmodum Sipylus mons Lydiae fuit. Sed Strabo lib. XII. p. 571 extr. monet montem Sipylum a quibusdam Phrygiae accenseri et hinc Tantalum et Nioben Φρυγίους dici. Vide etiam ad Ai. v. 1264. — De genitivo Ταντάλου e verbis τὰν Φρυγίαν ξέναν apto vide ad O. C. 622.

V. 817 sq. τὰν — πετραία βλάστα δάμασεν] Recte Scholiasta: ἣν ἐδάμασεν ἡ πέτρας βλάστησις, ὡς κισσὸς περιβαλοῦσα αὐτήν· περιέφυσεν αὐτῇ, φησίν, ἡ πέτρα, ὡς κισσὸς δένδρῳ.

Ibid. κισσὸς ἀτενής] Hedera firmiter adhaerens. Musgravius interpungit: τάν, κισσὸς ὡς, ἀτενὴς πετραία βλάστα. De voc. ἀτενὴς vide Ruhnk. ad Timaei Lexic. Platon. p. 53. ERF.

V. 819 sqq. καί νιν ὄμβροι etc.] De re confer Ovid. Metam. VI, 310 sq.: flet tamen, et validi circumdata turbine venti in patriam rapta est; ubi fixa cacumine montis liquitur et lacrimas etiamnum marmora manant. Propert. II, 16, 7 sq.: nec tantum Niobe bis sex ad busta superba sollicito lacrimas defluit a Sipylo. Seneca Ag. 371: stat nunc Sipyli vertice summo flebile saxum, et adhuc lacrimas marmora fundunt antiqua novas. Soph. El. 150: ἰὼ παντλάμων Νιόβα, σὲ δ' ἔγωγε νέμω θεόν, ἅτ' ἐν τάφῳ πετραίῳ ἀεὶ δακρύεις. Fontem famae ostendit Pausanias I, 21, 5. narrans: ταύτην τὴν Νιόβην καὶ αὐτὸς εἶδον ἀνελθὼν ἐς τὸν Σίπυλον τὸ ὄρος· ἡ δὲ πλησίον μὲν πέτρα καὶ κρημνός ἐστιν, οὐδὲν παρόντι σχῆμα παρεχόμενος γυναικός, οὔτε ἄλλως οὔτε πενθούσης· εἰ δέ γε πορρωτέρω γένοιο, δεδακρυμένην δόξεις ὁρᾶν καὶ κατηφῆ γυναῖκα.

V. 819 – 824. καί νιν — δειράδας] Hoc dicit: neque unquam, ut fama est hominum, deteritur imbribus et nive, qua liquescit (i. e. nullo non anni tempore liquitur), sed semper la-

ΧΟΡΟΣ.

ἀλλὰ θεός τοι καὶ θεογεννής,
ἡμεῖς δὲ βροτοὶ καὶ θνητογενεῖς· 835
καίτοι φθιμένῳ τοῖς ἰσοθέοις
ἔγκληρα λαχεῖν μέγ' ἀκοῦσαι.

(στροφὴ β'.)

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

830 οἴμοι γελῶμαι. τί με, πρὸς θεῶν πατρῴων,
οὐκ ὀλομέναν ὑβρίζεις, 840
ἀλλ' ἐπίφαντον; ὦ πόλις, ὦ πόλεως
πολυκτήμονες ἄνδρες,
ἰὼ
835 Διρκαῖαι κρῆναι, Θήβας τ'
εὐαρμάτου ἄλσος, ἔμπας 845
ξυμμάρτυρας ὔμμ' ἐπαυδῶμαι,

V. 828. φθιμένῳ ex Ricc. et La recepi. Vulgo φθιμένα. Tum reliqua verba in codd. hoc ordine posita sunt: μέγ' ἀκοῦσαι τοῖς ἰσοθέοις ἔγκληρα λαχεῖν, quem ordinem cum Hermanno mutavi.

V. 831. Intactam reliqui scripturam vulgatam, ὀλομέναν, quamvis antistrophico versui non respondentem. Verum ὀλλυμέναν, quod olim ex Dresd. a. recepi, ut praesens loci sensui non satis convenit. Fortasse οἰχομέναν scriptum fuit.

V. 837. ἐπαυδῶμαι pro vulg. ἐπικτῶμαι ex mea coniectura scripsi, quam et sensu loci flagitari et Scholiastae interpretatione confirmari, planum feci in Comment. de Schol. in Soph. tragg. auctoritate p. 16 sq.

crimantibus oculis cervicem humectat. Verbi τέγγει subiectum est Nioba. Recte autem comparaveris locutionem τέγγειν ὑπ' ὀφρύσι δειράδας cum Homerica ὑπ' ὀφρύσι δάκρυα λείβειν. Postremo adverte, perapte ea hic posita vocabula esse, ὀφρύς et δειράς, quae et montis et corporis humani partes significarint.

V. 826 sqq. ἀλλὰ — ἀκοῦσαι] Negat Chorus, qui omnem insolentiam reiicere soleat, Antigonam recte se comparare mortalem et ex mortalibus genitam cum Nioba dea et dis nata, concedit tamen magnum esse mortuo eandem cum semideis sortem nactum esse dici. Quibus verbis quum immodestiae cuiusdam Antigona argueretur, respondet illa: οἴμοι γελῶμαι.

V. 829. Schol.: ἔγκληρα· κοινά, ὅμοια, τοῦ αὐτοῦ κλήρου καὶ τύχης. Nomen ἔγκληρος similiter pro σύγκληρος, quod nomen Schaeferus requirebat, positum videtur atque ἐγγενής τινι pro συγγενής τινι dicitur.

V. 835 sq. Θήβας τ' εὐαρμάτου ἄλσος] De adiectivo εὐαρμάτου vide ad v. 149, de nomine ἄλσος, quo locus dis consecratus significatur, ad Electr. 5.

V. 837. ἐπαυδῶμαι] Scholiasta: ἐπιβοῶμαι.

οἷα φίλων ἄκλαυτος οἷοις νόμοις
πρὸς ἕρμα τυμβόχωστον ἔρχομαι τάφου ποταινίου,
840 ἰὼ δύστανος, 850
οὔτ' ἐν βροτοῖσιν οὔτ' ἐν νεκροῖσιν
μέτοικος, οὐ ζῶσιν, οὐ θανοῦσιν.

ΧΟΡΟΣ.

προβᾶσ' ἐπ' ἔσχατον θράσους
ὕψηλὸν ἐς Δίκας βάθρον

V. 839. ἕρμα iam Blomf. ad Aesch. Spt. c. Th. gloss. 552. scribendum putavit. Libri ἔργμα, Brunckius ἕργμα. Scholiasta: ἕρμα· περίφραγμα.

V. 841. Locus corruptus est. Mihi cum Theodoro Bergkio totus versus spurius videtur, additus, quum genuinus excidisset. Eum secutus Dindorfius eiecit.

V. 838. φίλων ἄκλαυτος] Ab amicis non defleta. Cfr. Matth. §. 345.

V. 838. οἷοις νόμοις] I. e. quam nefaria lege. Hinc statim a Choro admonetur sua ipsius culpa ad mortem adduci.

V. 839. πρὸς ἕρμα etc.] Nomen ἕρμα significat aggerem; unde ad tumulum refertur. Eur. Hel. 857: εἰ γὰρ εἰσιν οἱ θεοὶ σοφοί, εὔψυχον ἄνδρα, πολεμίων θανόνθ' ὕπο, κούφῃ καταμπίσχουσιν ἐν τύμβῳ χθονί, κακοὺς δ' ὑφ' ἕρμα στερεὸν ἐκβάλλουσι γῆς. Etiam Aeschylus Choeph. 152. videtur ἕρμα scripsisse, idem ut tumulum significaret. De τυμβόχωστον vide Blomf. gloss. ad Aesch. Spt. c. Theb. 1024. HERM.

Ibid. Schol.: ποταινίου· ἔστι μὲν προσφάτου· θέλει δὲ εἰπεῖν καινοῦ καὶ παρεξηλλαγμένου. Eustathius ad Il. ω. p. 1374: παρὰ τοῖς μεθ' Ὅμηρον πρόσφατον τὸ νεαρὸν καὶ ὡς εἰπεῖν ἐγγὺς φατὸν ἤτοι φανὲν καὶ δειχθέν· ἢ καὶ ἄλλως ἐγγὺς καὶ προσεχῶς φατὸν ἤτοι λεκτόν, ἐξ οὗ καὶ φατειός, οὐ κατ' ὁμοιότητα καὶ ποταίνιον οἱ ὕστερον τὸ νεωστὶ συμβὰν εἶπον, ταὐτὸν θέντες εἶναι τὸ ποτὶ καὶ τὸ πρός, ὁμοίως καὶ τὸ αἶνος καὶ τὸ φατός, κἀντεῦθεν εἰς ὅμοιον ἥκειν τὸ ποταίνιον καὶ τὸ προσφατον. Neuius conferri iubet Blomf. gloss. Aesch. Prom. 102. Vulgo male colon post ποταινίου positum; cohaerent enim verba πρὸς ἕρμα τυμβ. τάφ. ποτ. ἔρχομαι οὔτ' ἐν βροτοῖσιν — μέτοικος etc. verbis ἰὼ δύστανος positis διὰ μέσου, hoc sensu: ad tumulum aggestum sepulcri inauditi concedo habitatum neque apud homines neque apud manes etc. Sic 867: πρὸς οὓς — μέτοικος ἔρχομαι. Eodem sensu nomen μετοικίας 890. positum, vulgo male intellectum.

V. 844. ἐς Δίκας βάθρον] Confert Neuius Aesch. Ag. 383: λακτίσαντι μέγαν Δίκας βωμόν, et Eum. 539: βωμὸν αἴδεσαι Δίκας, μηδέ νιν κέρδος ἰδὼν πόδι λὰξ ἀτίσῃς. De βάθρον idem adscribit Ai. 860.

845 προςέπεσες, ὦ τέκνον, πολύ. 855
πατρῷον δ' ἐκτίνεις τιν' ἆθλον.

(ἀντιστροφὴ β'.)

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ἔψαυσας ἀγεινοτάτας ἐμοὶ μερίμνας,
πατρὸς τριπόλιστον οἶκτον
τοῦ τε τρόπαντος ἁμετέρου πότμου 860
850 κλεινοῖς Λαβδακίδαισιν.
ἰὼ
ματρῷαι λέκτρων ἆται,
κοιμήματά τ' αὐτογέννητ'

V. 848. Brunckius οἶτον, et cic Lb. eraso κ. Hermannus pro τριπόλιστον ex coniectura scripsit τριπλοιστόν.

V. 845. προςέπεσες πολύ] De πολύ vocabuli usu ad Philoct. 252. ed. sec. monitum est.

V. 846. πατρῷον δ' etc.] Recte Triclinius: ἤγουν ὅσον δυςτυχίας ἔμελλεν ἐκεῖνος δυςτυχῆσαι, τοῦτο αὐτὴ ἀποπληροῖς, τοιαύταις περιπεσοῦσα δυςτυχίαις. Adscripsit Wexius Herod. I, 91: Κροῖσος δὲ πέμπτου γονέος ἁμαρτάδα ἐξέπλησεν. Theogn. 178: ὑπερβασίην ἀντιτίνειν πατέρων. Adde huius fab. v. 582 sqq.

V. 847—850. ἔψαυσας — Λαβδακίδαισιν] Hoc dicit: excitasti acerbissimam mihi sollicitudinem, infinitum de patre luctum totaque sorte nostra clarorum Labdacidarum. Plerique μερίμνας genitivum putant esse, ita ut ἔψαυσας primum cum genitivo, deinde cum accusativo οἶκτον constructum sit. Quibus accedit Matth. §. 330. not. Musgravius contra pro accusativo habet; quo facto οἶκτον appositionis loco habendum est. Genitivi πατρὸς et τοῦ — πότμου apti sunt e nomine οἶκτον, de qua dicendi consuetudine vide Matth. §. 342. et Rost §. 109. 3. Tum recte Boeckhius ἁμετέρου explicari ait addito Λαβδακίδαισιν, qui dativus pro genitivo positus sit (cfr. Matth. §. 389. g. 3.), quod hoc loco eo minus mirum, quia πότμον τινὶ sit: das jedem zukommende Loos. Adde Rost. §. 105. 6. et v. 854: κοιμήματα πατρί. El. 1066: βροτοῖσι φάμα. De adiectivo τριπόλιστον recte Scholiasta adnotavit: τριπόλιστον οἶκτον· πολλάκις ἀναπεπολημένον, ἢ διάσημον καὶ πανταχοῦ ἀκουόμενον καὶ πολαύμενον. Glossa: πολυθρύλλητον καὶ πάνδημον δυςτυχίαν, ἣν πᾶς ἐλεεῖ. Boeckh. comparat ἀναπολεῖν Phil. 1238. et Pindar. Nem. VII extr.: ταὐτὰ δὲ τρὶς τετράκι τ' ἀμπολεῖν.

V. 849. Schol.: τοῦ τε πρόπαντος ἁμετέρου πότμου· καὶ τῆς προτέρας ἡμῶν δυςτυχίας.

V. 852. λέκτρων ἆται] Similiter O. C. 526: γάμων ἄτᾳ. De adiectivo ματρῷαι cum ἆται iuncto, quum pertineat potius ad nomen λέκτρων, vide ad 786 sq.

V. 853 sq. κοιμήματά τ'

ἀμῷ πατρὶ δυεμόρου ματρός, 865
855 οἵων ἐγώ ποθ' ἁ ταλαίφρων ἔφυν·
πρὸς οὓς ἀραῖος, ἄγαμος ἄδ' ἐγὼ μέτοικος ἔρχομαι.
ἰὼ δυεπότμων
κασίγνητε γάμων κυρήσας, 870
θανὼν ἔτ' οὖσαν κατήναρές με.

ΧΟΡΟΣ.

860 σέβειν μὲν εὐσέβειά τις,
κράτος δ', ὅτῳ κράτος μέλει,
παραβατὸν οὐδαμῇ πέλει·
σὲ δ' αὐτόγνωτος ὤλεσ' ὀργά. 875

V. 854. ἀμῷ ex cod. Dresd. a. et libris Tricl. rescripsi. Male vulgo ἐμῷ legitur.

— ματρός] Sensus est: et miserae matris concubitus cum eo, quem ipsa pepererat, patre meo. Cfr. O. R. 1248. 1405. De dativo ἐμῷ πατρί, qui aptus est ex voc. κοιμήματα, vide ad v. 847 sqq. Dicebatur autem κοιμᾶσθαί τινι.

V. 855. οἵων] Scholiasta refert ad nomen, quod praecedentibus verbis continetur, γονέων. Possit etiam ad κοιμήματα referri.

V. 856. Schol.: ἀραῖος· ἐπικατάρατος, διὰ τὰ ἐκείνων ἁμαρτήματα.

V. 857 sq. Schol.; δυεπότμων· διὰ τὴν πρὸς Ἄδραστον ἐπιγαμίαν, ἥτις αἰτία τοῦ πολέμου κατέστη. Consentaneum hoc est naturae humanae, ut in rebus adversis causam malorum ex longinquo repetant; illud si non esset factum, meliore se sorte usuros fuisse rati. Moneo hoc, ne quis reprehendendum putet poetam, quod non proximam causam commemorare Antigonam voluerit. Noluit quod poterat scribere, ἰὼ δυεπότμου κασίγνητε τάφου κυρήσας. Nam hoc si diceret Antigona, dubitaremus, an poeniteret eam, quod sepelire fratrem esset conata. HERM.

V. 859. θανὼν — με] Confert Nenius Ai. 1027: εἶδες, ὡς χρόνῳ ἔμελλέ σ' Ἕκτωρ καὶ θανὼν ἀποφθίσειν;

V. 860. σέβειν — τις] Pie facere pietas est, i. e. pie qui facit laudem pietatis consequitur, sive pie facere laudabile est. Nam εὐσέβεια etiam laus pietatis est; vide ad Philoct. 1415 sq. Pietatem autem dicit, quod fratrem Antigona sepeliendum putavit.

V. 861 sq. κράτος — πέλει] Recte Brunckius: sed nequaquam iussa transgredi licet eius, penes quem est imperium. De omisso τούτου ante ὅτῳ vide ad v. 36.

V. 863. Schol.: αὐτόγνωτος ὀργά· αὐθαίρετος καὶ ἰδιογνώμων τρόπος. Recte Erfurdtius: αὐτόγνωτος, inquit, est qui ex sua tantum animi sententia (γνώμῃ) unumquidque agit. Similia Schaeferus ad h. l. attulit. Hoc dicit: tu te ipsa perdidisti, ut

(ἐξοδός.)

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ἄκλαυτος, ἄφιλος, ἀνυμέναιος,
865 ταλαίφρων ἄγομαι τάνδ' ἑτοίμαν ὁδόν.
οὐκ ἔτι μοι τόδε λαμπάδος ἱρὸν ὄμμα
θέμις ὁρᾶν ταλαίνᾳ· 880
τὸν δ' ἐμὸν πότμον ἀδάκρυτον
οὐδεὶς φίλων στενάζει.

ΚΡΕΩΝ.

870 Ἆρ' ἴστ', ἀοιδὰς καὶ γόους πρὸ τοῦ θανεῖν
ὡς οὐδ' ἂν εἷς παύσαιτ' ἄν, εἰ χρείη λέγειν;
οὐκ ἄξετ' ὡς τάχιστα, καὶ κατηρεφεῖ 885
τύμβῳ περιπτύξαντες, ὡς εἴρηκ' ἐγώ,
ἄφετε μόνην ἔρημον, εἴτε χρῇ θανεῖν

V. 866. ἱρὸν ex mea coniectura scripsi, quam recepit Dindorfius. Libri ἱερόν.

V. 874. Ex Vat. ἄφετε recepi. Vulgo ἄπιτε. Tum pro librorum scriptura εἴτε χρὴ θανεῖν Hermannus εἰ χρήζει θανεῖν, ego ex coniectura Dindorfii εἴτε χρῇ θανεῖν scripsi.

quae obsequi tuae voluntati quam parere legi tyranni malueris.

V. 865. ἄγομαι — ὁδόν] De locutione ἄγεσθαι ὁδὸν vide Matth. §. 409. 4. coll. O. C. 96 sq.

V. 866. Schol.: λαμπάδος· τοῦ ἡλίου.

V. 868. ἀδάκρυτον] Recte Triclinius: τὸ ἀδάκρυτον σαφηνισμός ἐστι τοῦ οὐδεὶς στενάζει· τὸ γὰρ παρ' οὐδενὸς στεναζόμενον ἀδάκρυτόν ἐστιν. Cfr. Matth. §. 446. not. 2.

V. 870 sq. Schol.: ἆρ' ἴστ', ἀοιδὰς καὶ γόους· πρὸς τοὺς ὑπηκόους τοῦτό φησιν ὁ Κρέων, ὀργιζόμενος, ὅτι μὴ θᾶττον αὐτὴν ἀπήγαγον πρὸς εἱρκτήν. Ὁ δὲ λόγος· ἆρα ἴστε, εἰ χρείη λέγειν ἀοιδὰς καὶ γόους πρὸ τοῦ θανεῖν, οὐδέποτέ τις παύσαιτο; δεῖ οὖν ἐκ βίας ἕλκειν αὐτήν.

V. 871. εἰ χρείη] Interpretatur Schaeferus si utile sit, coll. v. 922. τί χρή με τὴν δύστηνον ἐς θεοὺς ἔτι βλέπειν; At dicendum fuisse, si liceat, videtur.

V. 872 sqq. οὐκ ἄξετ' — καὶ — ἄφετε] Recte haec coniuncta, siquidem verba interrogative elata, οὐκ ἄξετε, idem significant atque imperativus ἄγετε. Cfr. Matth. §. 498. c. β.

V. 873. περιπτύξαντες] Confert Musgravius Eur. Phoen. 1395: τειχέων περιπτυχαί.

V. 874 sq. Schol.: εἴτε χρῇ θανεῖν· εἰ χρήζει καὶ θέλει. Μετριάζειν δὲ προσποιεῖται τῇ κολάσει, ὡς δηλοῖ καὶ τὸ ἡμεῖς γὰρ ἁγνοί, τουτέστιν ἀκοινώνητοι τοῦ φόνου τούτου· φησὶ διὰ τὸ μὴ χερσὶν αὐτὴν ἀνῃρηκέναι. De verbo χρῇ haec adnotavit Dindorfius: Euripides apud M. Tullium ad Attic. VIII, 8.

875 εἶτ' ἐν τοιαύτῃ ζῶσα τυμβεύειν στέγῃ·
ἡμεῖς γὰρ ἁγνοὶ τοὐπὶ τήνδε τὴν κόρην·
μετοικίας δ' οὖν τῆς ἄνω στερήσεται. 890

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ὦ τύμβος, ὦ νυμφεῖον, ὦ κατασκαφὴς
οἴκησις ἀείφρουρος, οἷ πορεύομαι
880 πρὸς τοὺς ἐμαυτῆς, ὧν ἀριθμὸν ἐν νεκροῖς
πλεῖστον δέδεκται Περσέφασσ' ὀλωλότων·
ὧν λοισθία 'γὼ καὶ κάκιστα δὴ μακρῷ 895
κάτειμι, πρίν μοι μοῖραν ἐξήκειν βίου.
ἐλθοῦσα μέντοι κἀρτ' ἐν ἐλπίσιν τρέφω
885 φίλη μὲν ἥξειν πατρί, προσφιλὴς δὲ σοί,
μῆτερ, φίλη δὲ σοί, κασίγνητον κάρα·

et apud Suidam (s. v. παλαμᾶσθαι), πρὸς ταῦθ' ὅ τι χρῇ καὶ παλαμάσθω καὶ πᾶν ἐπ' ἐμοὶ τεκταινέσθω. Secunda persona usus est Sophocles Ai. 1373: σοὶ δὲ δρᾶν ἔξεσθ' ἃ χρῇς. Hesychius: χρῇς· θέλεις, χρῄζεις. Quae glossa ex Cratino sumpta videtur, quem citat Suidas s. v. χρή p. 3921: χρῇς δὲ τὸ χρῄζεις καὶ δέῃ. Κρατῖνος Νόμοις, νῦν γὰρ δή σοι πάρα μὲν θεσμοὶ τῶν ἡμετέρων, πάρα δ' ἄλλ' ὅ τι χρῇς.

V. 875. τυμβεύειν] Nihil offensionis in eo, quod τυμβεύειν passive hic dictum sepeliri significat, quum vulgo sepelire denotet. Eodem modo νυμφεύειν et active et passive usurpatum est. Vide ad 648. Hoc dicit poeta: sive mori vult sive tali in thalamo sepulta vivere.

V. 876. τοὐπὶ τήνδε τὴν κόρην] De locutione τὸ ἐπί τινα, quod attinet ad aliquem, vide Matth. §. 283. et §. 586. c. Ceterum totus hic versus pro parenthesi est.

V. 877. Schol.: μετοικίας δ' οὖν τῆς ἄνω· τὸ μεθ' ἡμῶν ἄνω οἰκεῖν. Hoc dicit: habitatum concedere ad superos prohibebitur. Similime dixit 1203: εὐνῆς τῆς κάτω. Vide etiam ad 830 sq.

V. 878 sqq. ὦ τύμβος etc.] Paullisper progressa et ad eum locum conversa, in quo sepulcrum situm fuit, Antigona haec dicit.

V. 879 sq. οἷ πορ. — ἐμαυτῆς] Specum illum saxeum, in quo condenda erat Antigona, pro ipso inferorum domicilio habet. Hinc οἷ πορεύομαι πρὸς τοὺς ἐμαυτῆς dixit. Vide ad 814. et confer 839 sqq. 856. 907.

V. 882. κάκιστα δὴ μακρῷ] Sed ego postrema et μακρῷ κάκιστα, i. e. longe deterrimo, sive multo maxime miserabili fato defuncta adveniam. CAMER.

V. 884. Schol.: ἐν ἐλπίσιν τρέφω· ἐλπίζω ἀποθανοῦσα πάντας ἕξειν φίλους. Εὐεπίφορος ὁ Σοφοκλῆς εἰς τὸ τρέφω ἀντὶ τοῦ ἔχω. Cfr. 660. 1089. Ai. 503. 644. 1124. O. R. 356. 374. Trach. 28. 117. Phil. 795.

V. 886. Schol.: κασίγνητον κάρα· ὦ Ἐτεόκλεις· ἐξῆς γὰρ τοῦ Πολυνείκους μετὰ οἴκτου μνημονεύει.

ἐπεὶ θανόντας αὐτόχειρ ὑμᾶς ἐγὼ 900
ἔλουσα κἀκόσμησα κἀπιτυμβίους
χοὰς ἔδωκα· νῦν δέ, Πολύνεικες, τὸ σὸν
890 δέμας περιστέλλουσα τοιάδ' ἄρνυμαι·
καίτοι σ' ἐγὼ 'τίμησα τοῖς φρονοῦσιν εὖ.
οὐ γάρ ποτ' οὔτ' ἂν εἰ τέκνων μήτηρ ἔφυν, 905
οὔτ' εἰ πόσις μοι κατθανὼν ἐτήκετο,
βίᾳ πολιτῶν τόνδ' ἂν ἠρόμην πόνον.

V. 894. Libri plerique ἀνηρόμην vel ἀνηρόμην. Par. E. ἂν ἠρόμην, quod Brunckius et Hermannus cum aliis receperunt. Sed

V. 889. ἔδωκα] Cfr. El. 451. 458. Δωρεῖσθαί τινα χοαῖς habet Eur. Or. 117. et ipsum διδόναι χοὰς Or. 124. Phoen. 940. Iph. T. 61. NEUIUS. De supplendo dativo ὑμῖν vide Matth. §. 428. 2.

V. 891. Schol.: καίτοι σ' ἐγὼ 'τίμησα· παρὰ τοῖς καλῶς φρονοῦσι δοκῶ σε τετιμηκέναι, ὥςτε τοὺς συνετοὺς ἀποδέξασθαι τὰ ὑπ' ἐμοῦ εἰς σὲ γενόμενα. Triclinius: πάντες γὰρ οἱ νουνεχεῖς καὶ τὰ πράγματα ὡς δεῖ διακρίνοντες ἠγάσαντό με τῆς περὶ σὲ σπουδῆς. σύναπτε δὲ τὸ εὖ πρὸς τὸ ἐτίμησα. De dativo vide Matth. §. 388. a. Rost. §. 105. 2.

V. 892—899. οὐ γάρ ποτ' — βλάστοι ποτέ] Negat se hoc officium praestituram fuisse aut liberis aut marito, quod liberi et maritus reparabiles, fratres autem mortuis parentibus irreparabiles sint. Manifestum est autem respici ad rem illam ab Herodoto III, 119. expositam. Quum enim infestus videretur Dario et studiosus novarum rerum unus ex septem coniuratis Intaphernes, non modo ipsum, sed etiam liberos reliquosque cognatos in carcerem coniecit. Quam calamitatem quum uxor Intaphernis vehementissime deploraret et quotiens ad fores regiae cum lacrimis et eiulatu adesset, tandem misericordia commotus Darius nuntiari iubet mulieri, velle se unum ex captivis ei condonare. Quo facto quum nihil cunctata fratrem dimitti voluisset, regi miranti quid esset, quod neglexisset et maritum et liberos, haec respondisse fertur narrante Herodoto: ὦ βασιλεῦ, ἀνὴρ μέν μοι ἂν ἄλλος γένοιτο, εἰ δαίμων ἐθέλοι, καὶ τέκνα ἄλλα, εἰ ταῦτα ἀποβάλοιμι· πατρὸς δὲ καὶ μητρὸς οὐκ ἔτι μεν ζωόντων, ἀδελφεὸς ἂν ἄλλος οὐδενὶ τρόπῳ γένοιτο. Ταύτῃ τῇ γνώμῃ χρεωμένη ἔλεξε ταῦτα. Atque hac oratione et iudicio mulieris admodum delectatus rex et fratrem, quem petierat, et maximum natu ei filium condonavit, reliquis omnibus interfectis. Tu vero noli credere, a Sophocle haec scripta esse, quae quin ab histrione addita sint, non dubitabit, qui diligenter reputaverit, quid dignum persona Antigonae sit. Cfr. Ueber die Tragödie Antigone von Theod Schacht. Darmst. 1842. p. 23—29.

V. 892 sq. εἰ τέκνων — ἐτήκετο] Hoc dicit poeta: neque si liberi mihi essent, neque si maritus, qui mortui putrescerent. Nam verba κατθανὼν ἐτήκετο ad liberos etiam referenda esse apparet.

V. 894. ἠρόμην] Recte mo-

ASHMOLEAN MUSEUM OXFORD

895 τίνος νόμου δὴ ταῦτα πρὸς χάριν λέγω;
πόσις μὲν ἄν μοι, κατθανόντος, ἄλλος ἦν,
καὶ παῖς ἀπ' ἄλλου φωτός, εἰ τοῦδ' ἤμ-
πλακον· 910
μητρὸς δ' ἐν Ἅιδου καὶ πατρὸς κεκευθότοιν,
οὐκ ἔστ' ἀδελφὸς ὅστις ἂν βλάστοι ποτέ.
900 τοιῷδε μέντοι σ' ἐκπροτιμήσασ' ἐγὼ
νόμῳ, Κρέοντι ταῦτ' ἔδοξ' ἁμαρτάνειν
καὶ δεινὰ τολμᾶν, ὦ κασίγνητον κάρα. 915
καὶ νῦν ἄγει με διὰ χερῶν οὕτω λαβὼν
ἄλεκτρον, ἀνυμέναιον, οὔτε του γάμου
905 μέρος λαχοῦσαν οὔτε παιδείου τροφῆς·
ἀλλ' ὧδ' ἔρημος πρὸς φίλων ἡ δύσμορος
ζῶσ' ἐς θανόντων ἔρχομαι κατασκαφάς· 920
ποίαν παρεξελθοῦσα δαιμόνων δίκην;
τί χρή με τὴν δύστηνον ἐς θεοὺς ἔτι
910 βλέπειν, τίν' αὐδᾶν ξυμμάχων; ἐπεί γε δὴ
τὴν δυσσέβειαν εὐσεβοῦσ' ἐκτησάμην.

imperfectum minus aptum huic loco. Itaque cum Neuio ἂν ἠρόμην scripsi.

net Neuius aoristum hunc satis tutum esse formis Homericis ἀρόμην, ἄρετο, ἄροντο, Il. ι, 124. 188. 266. 269. λ, 625. ψ, 592. et Sophocleis ἀρέσθαι et ἀροίμην, Ai. 247. El. 34. Scholiasta: ὑπέστην.

V. 895. Triclinius: τίνος νόμου· ἤγουν τίνι νόμῳ χαριζομένη, καὶ στέργουσα καὶ ἀποδεχομένη τοῦτον, λέγω ταῦτα; De locutione πρὸς χάριν νόμου vide ad v. 30.

V. 896. κατθανόντος] Sc. τοῦ πόσιος. Cfr. Matth. §. 563.

V. 897. καὶ παῖς — ἤμπλακον] Hoc dicit: et filius mihi ex alio marito esset, si cum marito filium amisissem. Pronomen τοῦδε ad nomen παῖς referendum esse certum est. Manifestum est autem haec dicenti obversatum maxime Intaphernis illius uxoris exemplum esse.

V. 898. κεκευθότοιν] De sensu intransitivo huius verbi vide ad O. R. 939.

V. 899. ὅστις ἂν βλάστοι] Vide Matth. §. 528. 2. et Rost. §. 123. 2.

V. 901. ταῦτ' — ἁμαρτάνειν] Vide quae de hac loquendi forma ad v. 66. monita sunt.

V. 903. Schol.: ἄγει με· ἐμφατικώτερον τὸ ἄγει. οὐ γὰρ εἶπεν, ὅτι ἐκέλευσέ με ἀχθῆναι, ἀλλ' αὐτὸς ἄγει.

V. 905. Schol.: οὔτε παιδείου τροφῆς· οὔτε παῖδα θρέψασαν.

V. 909. τί χρή] Vide ad v. 871; de βλέπειν εἴς τινα confer Ai. 39[illegible]14. El. 925.

V. 911. τὴν δυσσέβειαν] Impietatis crimen. Vide ad

ἀλλ' εἰ μὲν οὖν τάδ' ἐστὶν ἐν θεοῖς καλά, 925
παθόντες ἂν ξυγγνοῖμεν ἡμαρτηκότες·
εἰ δ' οἵδ' ἁμαρτάνουσι, μὴ πλείω κακὰ
915 πάθοιεν, ἢ καὶ δρῶσιν ἐκδίκως ἐμέ.

ΧΟΡΟΣ.

ἔτι τῶν αὐτῶν ἀνέμων αὐταὶ
ψυχῆς ῥιπαὶ τήνδε γ' ἔχουσιν. 930

ΚΡΕΩΝ.

τοιγὰρ τούτων τοῖσιν ἄγουσιν
κλαύμαθ' ὑπάρξει βραδυτῆτος ὕπερ.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

920 οἴμοι, θανάτου τοῦτ' ἐγγυτάτω
τοὔπος ἀφῖκται.

Phil. 1415. et Elmsleium ad Eur. Med. 213.

V. 912 sq. ἀλλ' εἰ μὲν — ἡμαρτηκότες] Mire in explicandis his verbis viri quidam docti errarunt. Hoc dicit Antigona: quodsi vero di haec probant et volunt, ut propter pietatem malis afficiamur (quasi pietatem colere peccatum sit), fatear merito me, ut quae in ea re peccaverim, malis affectam esse. De genere masculino cfr. Matth. §. 436. 4. Verba εἰ τάδ' — καλὰ recte iam Scholiasta explicavit: εἰ ταῦτα τοῖς θεοῖς ἀρέσκει.

V. 914 sq. Schol.: εἰ δ' οἵδ' ἁμαρτάνουσιν· ἐπὶ τὸν Κρέοντα ἡ ἀναφορά. ἐκδίκως· ἔξω τοῦ δικαίου. De ἢ καὶ vide Matth. §. 620. 2. Ceterum fallitur Wexius, qui pro inimicis precari Antigonam hic putat. Optat illa potius, ut, Creon si peccet, eadem aliquando mala patiatur, quibus ipsa iniuste nunc afficiatur. Ea autem quoniam gravissima sunt, summa intelligitur Creonti mala imprecari.

V. 916 sq. Schol.: ἔτι· ἔτι ἐν τῷ αὐτῷ κινήματι ἔοικεν ἡ παῖς εἶναι· οἷον· οὐκ ἐνδέδωκεν ὀδυρομένη. Recte Camerarius: Neque enim aut peccasse se fatetur, aut poenitere facti. Ideo dicit Chorus retinere pristinum animi impetum, a ventorum flatibus translatione ducta. De nomine ἄνεμος vide ad v. 137.

V. 918. τούτων] Recte Hermannus secundum Wexium τούτων refert ad ea, quae modo in scena acta sunt, i. e. quod conqueri et lamentari Antigonam, qui eam abducere debebant, passi sunt. De genitivo vide ad v. 1055, de numero plurali pronominis ad Phil. 1326 sq., de locutione κλαύμαθ' ὑπάρξει ad 230. huius fabulae.

V. 920 sq. οἴμοι — ἀφῖκται] Recte Brunckius videtur interpretatus: hei mihi, mortem proxime haec vox accedit. Cfr. O. C. 528. cum nota.

ΧΟΡΟΣ.

θαρσεῖν οὐδὲν παραμυθοῦμαι 935
μὴ οὐ τάδε ταύτῃ καταχυροῦσθαι.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ὦ γῆς Θήβης ἄστυ πατρῷον
925 καὶ θεοὶ προγενεῖς,
ἄγομαι δὴ κοὐκ ἔτι μέλλω.
λεύσσετε, Θήβης οἱ κοιρανίδαι, 940
τὴν βασιλίδα μούνην λοιπὴν,

V. 922 sq. Adsignavi hos versus cum Boeckhio Choro, vulgo male Creonti tributos. Fuisse autem iam olim qui Choro tribuerent ex Scholiis intelligitur.

V. 928. Manifestum est τὴν βασιλίδα a Sophocle scriptum esse non posse. Verum quid scriptum fuerit, nemini dum divinare licuit.

V. 922 sq. Schol.: οὐ παραμυθοῦμαί σε θαρρεῖν, ὡς μὴ κεκυρωμένον σοι τοῦ ἀποθανεῖν. τοῦτο δέ φησιν, ὡς οὐκ ἐνδιδούς, ἵνα μὴ ὑπονοήσῃ ἐκείνη μεταπεπεικέναι αὐτὸν δακρύουσα. ἢ ὁ Χορὸς λέγει, ὡς τοῦ Κρέοντος μὴ μεταπεισθέντος. Recte Boeckhius vidit nullo pacto Creonti tribui hos versus potuisse. De μὴ οὐ particulis vide Matth. §. 609. Rost. §. 135. 7. δ.

V. 924. ὦ γῆς — πατρῷον] Recte monet Neuius Θήβης ἄστυ, urbs Thebarum, idem esse quod ἄστυ Θήβη. Cfr. O. C. 297: πατρῷον ἄστυ γῆς ἔχει. De duplice genitivo vide ad O. C. 667 sq.

V. 925. καὶ θεοὶ προγενεῖς] Similiter μεταγενὴς est apud Menandrum, quem affert Athenaeus p. 559. F. Usitatiora sunt comparativa προγενέστερος et μεταγενέστερος. Postulat vero analogia, ut προγενεῖς non προγόνους, sed antiquos intelligamus, quemadmodum παλαίχθων Ἄρης ab Aeschylo dictus Spt. c. Th. 105. Sunt autem illi antiqui di Mars et Venus, Harmoniae, Cadmi coniugis, parentes. HERM.

V. 927. Schol.: οἱ κοιρανίδαι· κοίρανοι· τοῖς ἀπὸ τοῦ χοροῦ φησιν· εἰώθασι γὰρ οὐ μόνον τοὺς βασιλεῖς, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐνδόξους τῶν πολιτῶν οὕτω καλεῖν. Vide quae ad O. R. 85. et 882. adnotata sunt. De forma κοιρανίδαι confer Lobeck. ad Ai. 879. p. 367 sq.; de nominativo in compellatione Matth. §. 312. 1.

V. 928. Schol.: τὴν βασιλίδα· τὴν βασίλειαν. Nemo miretur magni animi puellam se solam e regia stirpe superstitem esse dicere. Non hoc incogitanti poetae excidit, ut Musgravio visum ad Iphig. T. 905. Consulto et ex naturae observatione Antigonam sic loquentem introduxit. Ad certam mortem dum abducitur, quam sibi ipsa pio facinore arcessivit, sororis meminisse non debet, quae eiusdem facti, timore mortis et Creontis reverentia, particeps esse noluit. Indigna genere suo Ismena illi videtur, nec eam amplius pro sorore habet. Praeterea ea vis est magni doloris, ut qui eo obruitur, se solum respiciat, nec quidquam aliud praeter se et id, quo movetur affectus, spectet. Unde intelligere est, quam bene

οἷα πρὸς οἴων ἀνδρῶν πάσχω,
930 τὴν εὐσεβίαν σεβίσασα.

ΧΟΡΟΣ.

(στροφὴ α'.)

Ἔτλα καὶ Δανάας οὐράνιον φῶς
ἀλλάξαι δέμας ἐν χαλκοδέτοις αὐλαῖς· 945

V. 930. Libri veteres εὐσέβειαν. Triclinius: τὴν εὐσεβίαν γράφε Ἰωνικῶς, ἵν ᾖ οἰκεῖον τῷ μέτρῳ. ἐκεῖνοι γὰρ τῶν τοιούτων προπαροξυτόνων θηλυκῶν ὀνομάτων τὰς διφθόγγους συστέλλοντες διὰ τοῦ ι μόνου ἐκφέρουσι παροξυτόνως.

apud Euripidem Iphigenia gaudio simul agniti fratris perturbata, et metu ne eum occidere cogatur, in se et fratre totius Agamemnonis stirpis salutem verti dicat, licet Electra superstes sit, v. 894 sqq.: τίς ἂν οὖν — δυοῖν τοῖν μόνοιν Ἀτρείδαιν φανεὶ κακῶν ἔκλυσιν; Confer Schol. ad Soph. El. 101. BR.

V. 931 — 968. Egregie instituit poeta, ut Chorus, misero Antigonae fato in dolorem non mediocrem coniectus, aliquo cantu prosecuturus decedentem virginem ac semet ipsum quodammodo consolaturus trium proferret hominum nobilium exempla, qui simili calamitate olim adfecti vivique in speluncas subterraneas inclusi essent, Danaae, Lycurgi, et Cleopatrae. Ex his quanquam Danae et Cleopatra liberatae postmodo e custodiis ab aliis scriptoribus traduntur, tamen illi valde errant interpretes, qui Chorum commemorandis exemplis illis simul Antigonae aliquam recuperandae libertatis spem iniicere voluisse suspicantur.

V. 931 — 940. ἔτλα — ἐκφύγοιεν] Sensus nexusque hic est: toleravit eandem fortunam Danae, ut in carcerem subterraneum includeretur; quanquam enim nobilis erat et a Iove amabatur, cuius compressu gravida facta est, tamen succubuit fato, cui nulla unquam vis resistere potest. Fabula, quam tangit Sophocles, haec est: Acrisius, rex Argivorum, quum ab oraculo monitus esset fore, ut Danae, filia ipsius, puerum pareret, a quo interficeretur, in conclavi aereo subterraneo eam inclusam custodivit. Nihilominus Iuppiter in imbrem aureum conversus et per tegulas demissus cum Danae rem habuit; unde natus postmodo Perseus est. Cfr. Apollod. II, 4, 1. Hygin. fab. 63. et Horat. Od. III, 16, 1 sqq. Schol. ad Apollon. Rhod. IV, 1091.

V. 931 sqq. Δανάας — αὐλαῖς] De periphrasi Δανάας δέμας vide Matth. §. 430. p. 798. Rost. §. 97. 2. b. Verba οὐρ. φῶς ἀλλάξαι recte interpretatus est Musgravius: tenebris mutare lucem coelestem. — De adi. χαλκοδέτοις apte confert Neuius El. 836: χρυσοδέτοις ἕρκεσι, et huius carminis 936: χρυσορύτους. De re vide Pausan. II, 23, 7: ἄλλα δέ ἐστιν Ἀργείοις θέας ἄξια. κατάγαιον οἰκοδόμημα, ἐπ' αὐτῷ δὲ ἦν ἡ χαλκοῦς θάλαμος, ὃν Ἀκρίσιός ποτε ἐπὶ φρουρᾷ τῆς θυγατρὸς ἐποίησε· Περίλαος

κρυπτομένα δ' ἐν τυμβήρει θαλάμῳ κατε-
ζεύχθη·
935 καίτοι γενεᾷ τίμιος, ὦ παῖ, παῖ,
καὶ Ζηνὸς τἀμιεύεσκε γονὰς χρυσορύτους. 950
ἀλλ' ἁ μοιριδία τις δύνασις δεινά·
οὔτ' ἄν νιν ὄμβρος, οὔτ' Ἄρης, οὐ πύργος,
οὐχ ἁλίκτυποι
940 κελαιναὶ ναῦς ἐκφύγοιεν.

(ἀντιστροφὴ α'.)

ζεύχθη δ' ὀξύχολος παῖς ὁ Δρύαντος, 955

V. 935. Hermannus καίτοι καὶ scripsit.
V. 938. Erfurdtius ὄλβος pro ὄμβρος scripsit, fortasse recte.
V. 941. ὀξύχολος cum Brunckio scripsi. Libri ὀξυχόλως.

δὲ καθεῖλεν αὐτὸν τυραννήσας. Apollod. II, 4, 1: δείσας οὖν Ἀκρίσιος τοῦτο, ὑπὸ γῆν θάλαμον κατασκευάσας χάλκεον τὴν Δανάην ἐφρούρει. Adde quae Mitscherl. ad Horat. Od. III, 16, 1—8. attulit. Boeckhio χαλκόδετοι αὐλαὶ dici videntur, quia parietes illius conclavis aereis laminis tabulati fuerint, religatis ad lapides clavorum iunctura.

V. 934. τυμβήρει θαλάμῳ] Adscripsit Neuius Philoct. 1262: τάνδε πετρήρεις στέγας. De κατεζεύχθη idem confert v. 941: ζεύχθη, et Philoct. 1025: κλοπῇ τε κἀνάγκῃ ζυγείς.

V. 936. Schol.: ταμιεύεσκε· ἀντὶ τοῦ ἐν αὐτῇ εἶχε τὰς γονὰς τοῦ Διός· ὃ ἔστιν· ἔγκυος ἦν. Vehementer errant qui hoc dicere his verbis Sophoclem putant, Danaen tum demum, quum iam gravida facta esset, a patre in domum illam aeratam inclusam esse. Immo secutus ille communem omnium famam Danaen detrusam in conclave sepulcrale ait, quamvis esset dilecta Iovi, a quo, quum ibi lateret, gravida facta sit. — De forma χρυσορύτους vide Matth. §. 40.

V. 938 sqq. οὔτ' ἄν — ἐκφύγοιεν] Recte, puto, Bothius: Nihil, quamvis praestans potensque, necessitati resistere sit Chorus, idque ita esse exemplis probat. Quid tempestate rapidius, Marte seu bello violentius, turre firmius, navibus ad effugiendum aptius? tamen horum nihil non fatale est et necessitate superatum divina.

V. 941—950. Alterum similis fati exemplum commemorat Lycurgi, regis Thracum, quem, quod Bacchum eiusque comites contemsisset et laesisset, antro inclusum esse tradit. Eadem de re exposuerunt Homerus Il. ζ, 130—140, qui occaecatum eum a Iove propter illum contemptum Bacchi narrat, Apollod. III, 5, 1. Diodor. III, 65. et Hygin. fab. 132. Ceterum Scholiasta ad hunc locum: ζεύχθη δ' ὀξύχολ.· τὸ ἐξῆς· ζεύχθη πετρώδει κατάφρακτος ἐν δεσμῷ· μὴ οὕτω δὲ αὐτὸ λάβωμεν, ὅτι καὶ ἡ Ἀντιγόνη ἀσεβὴς οὖσα πέπονθεν ὅπερ ὁ ἀσεβὴς Λυκοῦργος· ἀλλ' ἁπλῶς τῇ παραθέσει τῶν ὁμοίων δυστυχιῶν παραμυθεῖται τὴν κόρην.

V. 941. ὀξύχολος] Ita Virg. Aen. III, 13 sq.: terra procul

Ἠδωνῶν βασιλεύς, κερτομίοις ὀργαῖς,
ἐκ Διονύσου πετρώδει κατάφαρκτος ἐν δεσμῷ.
945 οὕτω μανίας δεινὸν ἀποστάζει
ἀνθηρόν τε μένος. κεῖνος ἐπέγνω μανίαις 960
ψαύων τὸν θεὸν ἐν κερτομίοις γλώσσαις.
παύεσκε μὲν γὰρ ἐνθέους γυναῖκας εὐΐόν τε πῦρ,
950 φιλαύλους τ' ἠρέθιζε Μούσας. 965

(στροφὴ β'.)

παρ δὲ Κυανέων πελαγέων διδύμας ἁλὸς

V. 944. Vulgo κατάφρακτος: illud La. Cfr. Schneider. et Passov. Lex. v. φάργνυμι et φαρκτός. Buttm. Gr. ampl. §. 19. not. 5. et quae ad Ai. 887. not. crit. monuimus.

V. 945. Articulum ante μανίας positum cum Brunckio delevi.

V. 946. Brunckius ἀνθηρόν τι.

V. 951. πὰρ δὲ ex mea coniectura scripsi. Libri παρὰ δέ. Vide quae ad h. l. in conspectu metrorum, huic fab. addito, exposui.

vastis colitur Mavortia campis (Thraces arant) *aori* quondam regnata Lycurgo.

V. 942. Ἠδωνῶν] Populi Thracii, ad Edonem montem et Strymonem fluvium incolentis. Vide Plin. H. N. IV, 11. et Gierig. ad Ovid. Met. XI, 69.

V. 942 sq. Schol.: κερτομίοις ὀργαῖς· διὰ τὰς κερτομίους ὀργάς. Erfurdtius: propter procax ingenium.

V. 944. πετρώδει — ἐν δεσμῷ] In antro montis Pangaei. Vide Apollod. III, 5: Ἠδωνοὶ δὲ — εἰς τὸ Παγγαῖον αὐτὸν ἀπαγαγόντες ὄρος ἔδησαν.

V. 945 sq. οὕτω — μένος] Sententia generalis est, sensusque hic: ita (i. e. istiusmodi poena), compescitur magna et vegeta vis insaniae sive furor. Glossa in cod. Dresd.: ἀποστάζει· ἀποῤῥέει πρὸς τοὺς αὐτὴν ἔχοντας. Scholiasta: ἀνθηρὸν δὲ, τὸ ἀκμαῖον καὶ ἀνθοῦν ἐν κακοῖς. Confert Musgravius Trach. 1000: τόδ' ἀκήλητον μανίας ἄνθος καταδερχθῆναι. ibid. 1089: ἤνθηκεν (sc. νόσος), ἐξώρμηκεν.

V. 946 sq. κεῖνος — γλώσσαις] Recte Scholiasta ἐπέγνω τὸν θεὸν coniunxit, cuius haec verba sunt: τὸ ἑξῆς, κεῖνος ἐπέγνω τὸν θεὸν κερτομίοις γλώσσης μανίαις ψαύων. Sensus est: ille cognovit deum, quum eum pro insania sua acerbis dictis laederet. HERM.

V. 948. Schol.: ἐνθέους· τὰς θεολήπτους Βάκχας. εὐΐόν τε πῦρ· τὸ ὑπὸ τῶν Βακχῶν αἰρόμενον ἐν ταῖς Διονυσιακαῖς δᾳδουχίαις. Neuius confert Eur. Bacch. 219, 564, 747: τελετὰς εὐΐους, εὐΐου βακχεύματος, εὐΐων ὀρῶν.

V. 950. Schol.: φιλαύλους ἠρέθιζε Μούσας· κακολογῶν αὐτὰς ἠρέθιζε καθ' αὐτοῦ· λέγει οὖν· ἐτάρασσε καὶ ἐσκόρπιζε τὰς τῶν αὐλῶν ᾠδάς. ἢ οὕτως· τὰς Μούσας τὰς περὶ τὸν Διόνυσον ἐχλεύαζε, τουτέστι, τοὺς ὕμνους ἢ τοὺς λόγους· τινὲς δέ φασιν, ὅτι καὶ τὰς Μούσας ὕβρισεν. De Musis Bacchi comitibus conferri Neuius iubet Creuzer. Symb. T. III. p. 181.

V. 951 — 968. πὰρ δὲ — ἔσχον, ὦ παῖ] Non dubium

ἀκτὰ Βοσπόριαι ἰδ' ὁ Θρῃκῶν ἄξενος
Σαλμυδησσός, ἵν' ἀγχίπτολις Ἄρης 970

V. 952. ἰδ' ex Dresd. a. rescripsi. Vulgo ἠδ'. Ibidem ex Boeckhii coniectura addidi ἄξενος. Nam aut hoc aut simile quid librariorum culpa excidisse metrum indicio est.

mihi videtur, quin sensus hic sit: Ne Cleopatra quidem fato resistere potuit, quanquam e dis orta fuit, sed in carcerem conclusa est; cuius calamitatem deplorantes filii misere tabescebant, a noverca etiam occaecati. Fecit enim poeta, quod saepe eum fecisse supra ad v. 155 sqq. monitum est, ut extremo loco poneret id, quod primarium fuit, praepositis iis, quae ad rem ipsam, de qua potissimum agitur, non necessario pertinebant. Nam quae de Phinidis commemoravit exornandae orationis causa adiecta sunt. Fabula autem, quam tetigit, haec fere fuisse statuenda est: Phineus, rex Salmydessi Thraciae, uxorem duxit Cleopatram, filiam Boreae et Orithyiae, ex qua duos genuit filios, Plexippum et Pandionem vulgo appellatos. Repudiata autem Cleopatra et in custodiam condita duxit Idaeam, filiam Dardani, regis Scytharum, quae privignos suos vim sibi inferre voluisse apud Phineum criminata perfecit, ut oculis illos privare per eum sibi liceret. Vide prae ceteris Diodorum Sic. L. IV. c. 43. 44, qui pluribus de ista fabula exposuit. Paucis de ea egit Apollodorus III, 15, 3, ex quo sua hausit Scholiasta ad huius fab. v. 980, admiscens nonnulla, de quibus Sophocles non cogitavit.

V. 951 sqq. πᾶρ δὲ — ἵν'] Admodum frequens est poetarum Graecorum et Romanorum inde ab Homero ea consuetudo, qua, quum ad rem aliquam narrandam accedunt, a loci, quo ea gesta sit, descriptione narrationem auspicantur, sollemni illa inversione: Est locus — ubi. Cfr. Trach. 235. 752. Eur. Hipp. 121. Hel. 179. Ovid. Met. I, 568. II, 195. III, 155. 407. V, 385. WEX. Itaque hoc dicit poeta: est apud Bosporum Thracium Salmydessus, ubi etc.

V. 951. πᾶρ δὲ — ἁλὸς] De παρὰ praepositione cum genitivo iuncta, pro quo dativum exspectaveris, cfr. 1123. et Matth. §. 588. a.; de abundantia locutionis πέλαγος ἁλὸς Hom. Od. ε, 335: νῦν δ' ἁλὸς ἐν πελάγεσσι. Eur. Troad. 88: πέλαγος Λιγαίας ἁλός. Rost. §. 97. 2. b. et Passov. in v. πέλαγος. — Mare autem Cyaneum appellatur ostium Ponti Euxini propter Cyaneas insulas sive petras, de quibus Mela II, 7, 19: contra Thracium Bosporum duae parvae (insulae), parvoque distantes spatio et aliquando creditae dictaeque concurrere, et Cyaneae vocantur et Symplegades. Plura vide apud Schirlitz, Handb. der alten Geogr. p. 241 sq. Similiter dicuntur Abydena aqua, unda Sicula, Carpathium pelagus, alia. Postremo διδύμη ἅλς ostium illud Ponti Euxini vocatur monente Scholiasta διὰ τὸ διαχωρίζεσθαι ὑπ' αὐτῶν τὴν θάλασσαν. Cfr. Eustathius ad Dionys. Perieg. 148. et ipse Dionys. 156: ἐκ τοῦ δ' ἂν καὶ πόντον ἴδοις διθάλασσον ἐόντα.

V. 952. ὁ Θρῃκῶν — Σαλμυδησσός] Schol. ad Apoll. Rh. II, 177: ὑπὸ πάντων ὁμο-

955 διϊσσοῖσι Φινεΐδαις εἶδεν ἀρατὸν ἕλκος
ἀραχθὲν ἐξ ἀγρίας δάμαρτος
ἀλαὸν ἀλαστόροισιν ὀμμάτων κύκλοις
ἄτερθ' ἐγχέων ὑφ' αἱματηραῖς
χείρεσσι καὶ κερκίδων ἀκμαῖσιν· 975

V. 955. Φινεΐδαις et versu antistr. Ἐρεχθεϊδᾶν scripsi. Vulgo Φινείδαις et Ἐρεχθειδᾶν. Vide ad v. 1096.

V. 956. ἀραχθὲν ipse de meo dedi. Libri τυφλωθέν. Verum ne Graecum quidem esse τυφλοῦν τινι τοῖς ὀφθαλμοῖς ἀλαὸν ἕλκος, necessarioque id quod restitui a Sophocle scriptum putandum esse, satis mihi videor demonstrasse in Censura Aiac. ab Lobeck. edit. p. 64 sqq.

V. 958. ἄτερθ' ἐγχέων ex Hermanni coniectura scripsi. Libri ἀραχθὲν ἐγχέων.

λογεῖται τὸν Φινέα περὶ τὸν Σαλμυδησσὸν κατοικῆσαι. Ὁ δὲ Σαλμυδησσὸς ἐπὶ τῆς Θρᾴκης ἐστὶ κατὰ τὰ ἀριστερὰ εἰς-πλέοντι τὸν Πόντον. Recte Cellarius Ge. Ant. T. I. p. 1077: „Et urbis et sinus et litoris commune nomen fuit; urbe excisa litori et sinui nomen apud scriptores posterioris aevi mansit.“

V. 954. Schol.: ἵν' ἀγχίπολις Ἄρης· παρὰ γὰρ Θρᾳξὶ τιμᾶται ὁ Ἄρης, ὡς ὁ ποιητής (Il. v, 301.)· τὼ μὲν ἄρ' ἐκ Θρῄκης Ἐφύρους μέτα θωρήσσεσθον. Mavortia regna Virg. Aen. III, 13. Thraciam appellat Passovius docet ἀγχίπολις esse i. q. πολίτης, ἐγχώριος, ἐμφύλιος, χθόνιος. Confert Valcken. ad Ammon. p. 246. Schol. Villois. ad Il. v, 404. Eur. Hippol. 1226.

V. 955—957. διϊσσοῖσι - - κύκλοις] Uterque dativus et διϊσσ. Φινεΐδαις et ἀλαστ. ὀμμ. κύκλοις aptus est e verbo ἀραχθέν. Cfr. Matth. §. 389. h. — De locutione ἕλκος ἀράσσειν τινὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς dixi in Censura Aiac. ab Lobeck. edit. p. 64 sqq. Additum adiectivum ἀλαὸν coniunctumque poetice cum substantivo ἕλκος, ita ut sensus sit, ὥςτε ἀλαοὺς sc. τοὺς ὀφθαλμοὺς γενέσθαι. Postremo quod scriptor prosaicus dixisset, ubi filii Phinei a noverca occaecati sunt, id poeta apte ita enuntiavit, ut diceret, ubi Mars, qui hominum vulneratorum adspectu gaudet, Phinidas occaecari a noverca vidit.

V. 956. ἐξ ἀγρίας δάμαρτος] Non pugnare secum Sophocles iudicandus est, quo auctore Schol. Apoll. Rh. II, 178 sqq. ab ipso patre propter novercam Phinidas occaecatos tradit. Adde Diodor. IV, 43. 44. Apollod. III, 15, 3. Valck. Diatr. c. XIX. p. 196. Recte enim Phineus oculis privasse filios suos dici poterat, quum occaecari eos a noverca passus esset.

V. 957. Schol.: τοῖς ἄλαστα πεπονθόσιν, ἢ τοῖς δυστυχέσι κύκλοις τῶν ὀμμάτων. De significatu adiectivi ἀλάστορος vide ad O. C. 784 sq. Welckerus: „ἀλάστορος bedeutet hier ungefähr so viel als racheschreiend. In den blutigen Augen der unschuldigen Kinder verkündigen sich sofort Rachegeister; diese Wunden sind als Wahrzeichen der Rache eingegraben, welche der That bevorsteht.“

V. 958. ὑφ' αἱματηραῖς etc.] Vide de hoc ὑπὸ praeposi-

(ἀντιστροφὴ β'.)

960 κἀδ δὲ τακόμενοι μέλεοι μελέαν πάθαν
κλαῖον, ματρὸς ἔχοντες ἀνύμφευτον γονάν· 980
ἁ δὲ σπέρμα μὲν ἀρχαιογόνων
ἄνταδ' Ἐρεχθειδᾶν, τηλεπόροις δ' ἐν ἄντροις
965 τράφη θυέλλῃσιν ἐν πατρῴαις
Βορεὰς ἅμιππος ὀρθόποδος ὑπὲρ πάγου 985
θεῶν παῖς· ἀλλὰ κἀπ' ἐκείνᾳ
Μοῖραι μακραίωνες ἔσχον, ὦ παῖ.

V. 960. κἀδ δὲ ex mea coniectura scripsi. Libri κατὰ δέ.
V. 962. ἀρχαιογόνων corruptum videtur esse, ut ex numeris versus antistrophici coniicere licet. Nec placet quod sequitur ἄνταδ'. Sed quid poeta scripserit, nondum indagare potui.

tionis usu poetico Matth. §. 395. not. Rost. §. 112. 3.

V. 960 sq. Schol.: ἀνύμφευτον γονάν· κακόνυμφον γονήν· ὅτι ἐπὶ κακῷ νυμφευθεῖσα δυστυχεῖς αὐτοὺς ἔτεκεν. Hoc dicit poeta: et tabescentes miseri miseram sortem suam deplorabant, ex infausto matris connubio nati. De locutione γονὴν ἔχειν μητρὸς vide O. C. 969: ὃς οὔτε βλάστας πω γενεθλίους πατρός, οὐ μητρὸς εἶχον, ἀλλ' ἀγέννητος τότ' ἦν.

V. 962 sqq. Schol.: ἁ δὲ σπέρμα μὲν ἀρχαιογόνων· Βορέας κῆδος συνῆψε τοῖς Ἀθηναίοις ἁρπάσας Ὠρείθυιαν τὴν Ἐρεχθέως, ἐξ ἧς ἔσχε Ζήτην καὶ Κάλαϊν (πτερωτοὺς addit Apollod. III, 15.) καὶ Κλεοπάτραν. Cetera quae addit Scholiasta narravi ad 951—968. Illud adiicio, ab Ilisso fluvio vel, ut alii tradunt, ex proximis petris abreptam dici Orithyiam. Vide qui pluribus de fabula illa disputavit Platon. Phaedr. p. 229. Significat autem ἀντᾶν τινος σπέρμα idem atque εἶναί τινος γένος, ita ut utraque in locutione genitivus ex verbo aptus sit, et σπέρμα ut γένος accusativus sit. Vide quae adnotavi ad Philoct. 237: ἐγὼ γένος μέν εἰμι τῆς περιῤῥύτου Σκύρου. De ἀντᾶν τινὸς vide Matth. §. 328. not., quem tamen in eo non probo, quod σπέρμα nominativum esse vult. — Ceterum confer Aiac. 202: ναὸς ἀρωγοὶ τῆς Αἰαντος γενεᾶς χθονίων ἀπ' Ἐρεχθειδᾶν.

V. 966. Schol.: ἅμιππος· ταχεῖα, ἴσον ἵππῳ δυναμένη τρέχειν. πάγου· ὑψηλοῦ ὄρους καὶ ἀκρωρείας. De Βορεάς, filia Boreae, vide Matth. §. 101.

V. 967. θεῶν παῖς] Deorum progenies. Nam et Boreas pro deo habebatur et Erechtheus, Orithyiae pater, inter deos relatus putabatur. Cic. de N. D. III, 19, 50: Erechtheus Athenis filiaeque eius in numero deorum sunt.

Ibid. Schol.: ἀλλὰ κἀπ' ἐκείνᾳ· ἀλλὰ καὶ κάτ' ἐκείνης, τῆς θυγατρὸς Βορέου, τῆς ἐξ Ἐρεχθειδῶν γεγοννίας, ἐνέσκηψαν οἱ πολυχρόνιοι Μοῖραι, καὶ μεγάλαι δυστυχῆσαι αὐτὴν πεποιήκασιν. Ἡ μεγάλαι δυστυχίαι καὶ ἐπ' ἐκείνῃ τῇ Κλεοπάτρᾳ ἦλθον. Intelligendum eam

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

Θήβης ἄνακτες, ἥκομεν κοινὴν ὁδὸν
970 δύ' ἐξ ἑνὸς βλέποντε. τοῖς τυφλοῖσι γὰρ
αὕτη κέλευθος ἐκ προηγητοῦ πέλει. 990

ΚΡΕΩΝ.

τί δ' ἔστιν, ὦ γεραιὲ Τειρεσία, νέον;

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

ἐγὼ διδάξω, καὶ σὺ τῷ μάντει πιθοῦ.

ΚΡΕΩΝ.

οὔκουν πάρος γε σῆς ἀπεστάτουν φρενός.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

975 τοιγὰρ δι' ὀρθῆς τήνδε ναυκληρεῖς πόλιν.

ΚΡΕΩΝ.

ἔχω πεπονθὼς μαρτυρεῖν ὀνήσιμα. 995

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

φρόνει βεβὼς αὖ νῦν ἐπὶ ξυροῦ τύχης.

ΚΡΕΩΝ.

τί δ' ἔστιν; ὡς ἐγὼ τὸ σὸν φρίσσω στόμα.

Cleopatrae calamitatem esse, quod repudiata a Phineo et in carcerem conjecta fuerit, iam supra monui.

V. 968. Schol.: μακραίωνες· ἀθάνατοι καὶ πολυχρόνιοι. Ἔσχον δὲ ἐπέσχον, ἐπιτέθησαν, ἐπεβάρησαν. De locutione ἐπί τινι vide Passov. Lex. v. ἔχω 2. h.

V. 969. Schol.: Θήβης ἄνακτες· καὶ νῦν ἄνακτάς φησι τοὺς ἀπὸ τοῦ Χοροῦ ἐντίμους. Vide ad 927.

V. 971. ἐκ προηγητοῦ] Haec verba per ἐπεξήγησιν addita praegressum αὕτη explicant. ERF.

V. 974. Schol.: οὔκουν πάρος γε· οἷον οὐδὲ τὴν ἀρχὴν τῆς σῆς κατωλιγώρουν μαντείας.

V. 975. δι' ὀρθῆς] Sc. ὁδοῦ, i. e. ὀρθῶς. Cfr. Matth. §. 580. g. Schaefer. ad Lamb. Bos. p. 43. De toto versu vide ad 1039.

V. 976. ἔχω — ὀνήσιμα] Referendum hoc ad servatam urbem, postquam filius Creontis, quem Megareum Sophocles, alii Menoeceum vocant, se pro patria devoverat. Eo spectant etiam quae infra v. 1162. dicuntur. HERM. De μαρτυρεῖν cum participio iuncto vide Matth. §. 555. not. 2. p. 1092.

V. 977. βεβὼς ἐπὶ ξυροῦ τύχης] Locutio est proverbialis, de qua vide Passov. Lex. v. ξυρόν, in summo discrimine versari significans. Nam βεβὼς idem est atque ὤν. Vide ad v. 67.

V. 978. Schol.: τὸ σὸν φρίσσω στόμα· ἀντὶ τοῦ τὸν σὸν λόγον. Cfr. v. 20.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

γνώσει τέχνης σημεῖα τῆς ἐμῆς κλύων.
ἐς γὰρ παλαιὸν θᾶκον ὀρνιθοσκόπον
ἵζων, ἵν' ἦν μοι παντὸς οἰωνοῦ λιμήν, 1000
ἀγνῶτ' ἀκούω φθόγγον ὀρνίθων, κακῷ
κλάζοντας οἴστρῳ καὶ βεβαρβαρωμένῳ,
καὶ σπῶντας ἐν χηλαῖσιν ἀλλήλους φοναῖς
ἔγνων· πτερῶν γὰρ ῥοῖβδος οὐκ ἄσημος ἦν.
V. 1188. ἀθλίας ἄσημα — βοῆς] Sic 1265: ἐμῶν ἄνολβα βουλευμάτων. Vide Matth. §. 442. 4. De verbo περιπολεῖ cfr. O. R. 1254: ἀλλ' εἰς ἐκεῖνον περιπολοῦντ' ἐλεύσσομεν. Eurip. Iph. T. 1455: οὓς ἐξεμόχθεις περιπολῶν καθ' Ἑλλάδα. Rhes. 773: λεύσσω δὲ φῶτε περιπολοῦνθ' ἡμῶν στρατὸν πυκνῆς δι' ὄρφνης.

V. 1189. μᾶλλον ἆσσον] Plura huius usus exempla attulit Matth. §. 458.

V. 1191 sq. δυςτυχεστάτην — ὁδῶν] Vide Matth. §. 464. Ceterum confer O. C. 1397: οὔτε ταῖς παρελθούσαις ὁδοῖς ξυνήδομαί σοι, νῦν τ' ἐφ' ὡς τάχος πάλιν, et Aiac. 994:

κέλευθον ἕρπω τῶν παρελθουσῶν ὁδῶν;
παιδός με σαίνει φθόγγος. ἀλλά, πρόςπολοι,
ἴτ' ἄσσον ὡκεῖς, καὶ παραστάντες τάφῳ 1215
1195 ἀθρήσαθ', ἁρμὸν χώματος λιθοσπαδῆ
δύντες πρὸς αὐτὸ στόμιον, εἰ τὸν Αἵμονος
φθόγγον συνίημ', ἢ θεοῖσι κλέπτομαι.
τάδ' ἐξ ἀθύμου δεσπότου κελεύσμασιν
ἠθροῦμεν· ἐν δὲ λοισθίῳ τυμβεύματι 1220
1200 τὴν μὲν κρεμαστὴν αὐχένος κατείδομεν,
βρόχῳ μιτώδει σινδόνος καθημμένην,
τὸν δ' ἀμφὶ μέσσῃ περιπετῆ προςκείμενον,
εὐνῆς ἀποιμώζοντα τῆς κάτω φθορὰν
καὶ πατρὸς ἔργα καὶ τὸ δύστηνον λέχος. 1225
1205 ὁ δ' ὡς ὁρᾷ σφε, στυγνὸν οἰμώξας ἔσω
χωρεῖ πρὸς αὐτόν, κἀνακωκύσας καλεῖ·

ὁδός θ' ὁδῶν πασῶν ἀνιάσασα δὴ μάλιστα τοὐμὸν σπλάγχνον, ἣν δὴ νῦν ἔβην.

V. 1193. σαίνει] Recte Neuius: mulcet, leniter tangit. Versu sequenti de locutione ἴτε ὡκεῖς vide ad Philoct. 1062.

V. 1195 sq. ἁρμὸν — δύντες] Ubi in commissuram tumuli saxei solutam ad ipsum ostium penetraritis, i. e. ubi soluta ad ipsum ostium tumuli saxei compage in tumulum penetraritis. Iubentur ergo famuli ad ipsum ostium speluncae evellere lapides, quibus introitus, postquam inclusu Antigona fuit, obstructus erat, iisque evulsis in speluncam penetrare, quemadmodum statim post (1205 sq. ed. meae) Creon ipse penetravit. De πρὸς praepositione confer Phil. 22: εἴτ' ἔχει χῶρον πρὸς αὐτὸν τόνδε. — Ceterum ne quis reiiciendam hanc interpretationem propterea putet, quod compages illa sepulcri soluta esse debuerit Haemone ingresso, monendum est Creontem id nondum scivisse atque hoc unum praecepisse, ut famuli, cuius ipsius rei causa illuc se contulerat, lapides evellerent, quibus introitus obstructus erat, et Haemon num forte inesset, viderent. Is qui ingressus esset, ea de re cogitare non erat Creontis, summo tum dolore obstupefacti.

V. 1197. Schol.: ἢ θεοῖσι κλέπτομαι· ἢ ἀπατεῶμαι ὑπὸ θεῶν. Vide v. 681.

V. 1198 sq. τάδ' — ἠθροῦμεν] I. e. haec, ut iusserat herus examinatus, exploravimus. Eo enim sensu iam ante verba ἀθρήσατε, εἰ τὸν Αἵμονος etc. posita erant, videte, i. e. explorate, num Haemonis vox sit, quam audio. De locutione κέλευσμα ἐξ ἀθ. δεσπότου dictum ad v. 95.

V. 1200. κρεμαστὴν αὐχένος] Cfr. Matth. §. 331.

V. 1201. Schol.: καθημμένην· τὸν τράχηλον δεδεμένην.

V. 1202. ἀμφὶ μέσσῃ] Vide quae ad Trachin. 626 sq. adnotavimus.

V. 1203. εὐνῆς — τῆς κάτω] Bene Brunckius: sponsae Orco demissae. Simillime dixit 877: μετοικίας τῆς ἄνω.

ὦ τλῆμον, οἷον ἔργον εἰργάσαι; τίνα
νοῦν ἔσχες; ἐν τῷ ξυμφορᾶς διεφθάρης;
ἔξελθε, τέκνον· ἱκέσιός σε λίσσομαι. 1230
1210 τὸν δ' ἀγρίοις ὄσσοισι παπτήνας ὁ παῖς,
πτύσας προσώπῳ, κοὐδὲν ἀντειπὼν, ξίφους
ἕλκει διπλοῦς κνώδοντας, ἐκ δ' ὁρμωμένου
πατρὸς φυγαῖσιν ἤμπλακ'· εἶθ' ὁ δύσμορος
αὐτῷ χολωθεὶς, ὥσπερ εἶχ', ἐπενταθεὶς 1235
1215 ἤρεισε πλευραῖς μέσσον ἔγχος, ἐς δ' ὑγρὸν
ἀγκῶν' ἔτ' ἔμφρων παρθένῳ προσπτύσσεται·

V. 1207 sq. εἰργασαι — ἔσχες] De coniunctis temporibus perfecto et aoristo confer quae ad Philoct. 910. diximus.

V. 1208. ἐν τῷ ξυμφορᾶς] I. e. ἐν τίνι ξυμφορᾷ; Cfr. Matth. §. 442. 3. Rost. §. 108. not. 13.

V. 1211. Schol.: πτύσας προσώπῳ· οἷον ἀποστραφεὶς καὶ σκυθρωπάσας, καὶ ἐκ τοῦ προσώπου καταμεμψάμενος. οὐ κυρίως προσπτύσας τῷ πατρί, ὡς καὶ ἡμεῖς ἐν τῇ συνηθείᾳ φαμὲν, κατέπτυσεν αὐτοῦ, ὃ ἔστι κατεφρόνησε τῶν λόγων αὐτοῦ. Vide v. 653.

V. 1211 sqq. ξίφους — ἤμπλακ'] In summo, quo erat Haemon, dolore ac paene furore, exsanguem amplexus sponsam, quam propter praeclarum facinus indignissime a patre punitam crederet, quid magis facere eum consentaneum fuit, quam ut patrem, totius mali auctorem, quum e complexu sponsae suae, ad quam moriturus cum ea in specum saxeum descenderat (cfr. v. 751.), eripere eum vellet, gladio peteret, ne divelleretur a sponsa sua, prohibiturus?

V. 1212. Schol.: διπλοῦς κνώδοντας· ἀντὶ τοῦ διπλᾶς ἀκμάς· ἄμφηκες γὰρ τὸ ξίφος· κνώδων δὲ τὸ ὀξὺ τοῦ ξίφους παρὰ τὸ καίνειν τοῖς ὀδοῦσι. Vide ad Ai. 998. De locutione ἐξορμᾶσθαι φυγαῖς vide quae ad Philoct. 1126 sq. adnotata sunt.

V. 1214. ἐπενταθεὶς] Recte Erfurdtius: in ensem protentus.

V. 1215. Schol.: τὸ ἔγχος οἱ τραγικοὶ καὶ ἐπὶ ξίφους λαμβάνουσιν. Vide Ai. 95. 287. 658. 907, coll. cum v. 30. 828. 1034. O. R. 1255. Trach. 1034. Dictum autem μέσσον ἔγχος hoc sensu: ut medius esset inter costas.

V. 1215 sq. ἐς δ' ὑγρὸν — προσπτύσσεται] Insolentius quidem, sed recte tamen ita poeta locutus est, hoc dicens: et languescentibus lacertis mentis etiamtum compos virginem complectitur. Nam qui complectitur aliquem, eum in brachia sua veluti includit vel recipit; quo sensu quum poeta verba παρθένῳ προσπτύσσεται accipi vellet, recte addidit ἐς ὑγρὸν ἀγκῶνα. De adiectivi autem ὑγρὸς notione, debilem sive languescentem significantis, apte contulit Brunckius Eur. Phoen. 1448, ubi de moituro Eteocle dictum: ἤκουσε μητρὸς κἀπιθεὶς ὑγρὰν χέρα. Latine vero ὑγρὸν ἀγκῶνα deficientem manum dixeris, coll. Tibull. I, 1, 60: te teneam moriens deficiente manu. Postremo προσπτύσσεται con-

καὶ φυσιῶν ὀξεῖαν ἐκβάλλει πνοὴν
λευκῇ παρειᾷ φοινίου σταλάγματος.
κεῖται δὲ νεκρὸς περὶ νεκρῷ, τὰ νυμφικὰ 1240
1220 τέλη λαχὼν δείλαιος ἓν γ' Ἅιδου δόμοις,
δείξας ἐν ἀνθρώποισι τὴν ἀβουλίαν
ὅσῳ μέγιστον ἀνδρὶ πρόσκειται κακόν.

ΧΟΡΟΣ.

τί τοῦτ' ἂν εἰκάσειας; ἡ γυνὴ πάλιν
φρούδη, πρὶν εἰπεῖν ἐσθλὸν ἢ κακὸν
λόγον. 1245

ΑΓΓΕΛΟΣ.

1225 καὐτὸς τεθάμβηκ', ἐλπίσιν δὲ βόσκομαι
ἄχη τέκνου κλύουσαν ἐς πόλιν γόους
οὐκ ἀξιώσειν, ἀλλ' ὑπὸ στέγης ἔσω
δμωαῖς προθήσειν πένθος οἰκεῖον στένειν.

V. 1220. ἐν γ' ex Heathii coniectura scripsi. Libri plerique ἐν, pauci εἰν. Vide quae ad Philoct. 675 ed. sec. in nota critica monui.

iunctum cum dativo, pro quo vulgo accusativus poni solet, etiam Trach. 767: προσπτύσσεται πλευραῖσιν. De toto loco confer Propert. II, 8, 21: Quid? non Antigonae tumulo Boeotius Haemon corruit ipse suo saucius ense latus? Et sua cum miserae commiscuit ossa puellae, qua sine Thebanam noluit ire domum?

V. 1218. Schol.: φοινίου σταλάγματος· τὴν πνοὴν τοῦ φοινίου σταλάγματος ἐκβάλλει τῇ λευκῇ αὐτῆς παρειᾷ, ὃ ἔστιν αἷμα ἐξέπνευσεν.

V. 1219. νεκρὸς περὶ νεκρῷ] Erfurdtius conferri iubet Eurip. Phoen. 888: πολλοὶ δὲ νεκροὶ περὶ νεκροῖς πεπτωκότες, ibique Valcken. Hic quidem mutuus amplexus significatur, quem ipsum respiciens poeta addidit: τὰ νυμφικὰ τέλη λαχών.

Ibid. Schol.: τὰ νυμφικὰ τέλη· τοὺς γὰρ γαμοῦντας τελείους ἐκάλουν. Vide ad O. R. 901.

V. 1221 sq. τὴν ἀβουλίαν — κακόν] Simillime O. C. 1197 sq.: γνώσει κακοῦ θυμοῦ τελευτὴν ὡς κακὴ προσγίγνεται. De verbo πρόσκειται vide ad El. 233.

V. 1223 sq. τί τοῦτ' — λόγον] De sententia vide quae ad O. R. 1045. adnotata sunt.

V. 1225 sqq. Schol.: ἐλπίσιν δὲ βόσκομαι· ἐλπίζω αὐτὴν μὴ βούλεσθαι δημοσίᾳ θρηνεῖν, ἀλλ' ἐν τῷ οἰκήματι μετὰ τῶν θεραπαινίδων.

V. 1227 sq. οὐκ ἀξιώσειν etc.] Ad ἀξιώσειν e sequentibus intellige στένειν. Nam uti Ai. 581. dictum γόους δακρύειν, ita recte γόους εἰς πόλιν στένειν dici apparet. Tum δμωαῖς προθήσειν στένειν eodem sensu dictum est, quo supra v. 216: νεωτέρῳ τῷ βαστάζειν πρόθες.

γνώμης γὰρ οὐκ ἄπειρος, ὥςθ' ἁμαρ-
τάνειν. 1250

ΧΟΡΟΣ.

1230 οὐκ οἶδ· ἐμοὶ δ' οὖν ἥ τ' ἄγαν σιγὴ βαρὺ
δοκεῖ προςεῖναι χὴ μάτην πολλὴ βοή.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ἀλλ' εἰσόμεσθα, μή τι καὶ κατάσχετον
κρυφῇ καλύπτει καρδίᾳ θυμουμένη,
δόμους παραστείχοντες. εὖ γὰρ οὖν λέ-
γεις. 1255

1235 καὶ τῆς ἄγαν γάρ ἐστί που σιγῆς βάρος.

ΧΟΡΟΣ.

καὶ μὴν ὅδ' ἄναξ αὐτὸς ἐφήκει
μνῆμ' ἐπίσημον διὰ χειρὸς ἔχων,
εἰ θέμις εἰπεῖν, οὐκ ἀλλοτρίαν
ἄτην, ἀλλ' αὐτὸς ἁμαρτών. 1260

(στροφὴ α'.)

ΚΡΕΩΝ.

1240 ἰὼ
φρενῶν δυςφρόνων ἁμαρτήματα

V. 1229. Schol.: οὐκ ἀνύητος, φησίν, ὑπάρχει, ὥςτε δημοσίᾳ ὀδύρεσθαι. ἁμαρτάνειν δὲ λέγει νῦν τὸ ἐμφανῶς θρηνεῖν. Rectius Triclinius: ἀνοίκεια ἑαυτῇ ἔργα ποιεῖν· λέγω δὴ τὸ δρᾶσαί τι περὶ αὐτὴν δυςχερὲς ἐπὶ τῷ παραδόξῳ τῆς τοῦ παιδὸς συμφορᾶς ἀκούσματι.

V. 1230 sq. βαρὺ — προςεῖναι] De neutro βαρὺ vide ad 1174, de significatione ad 761, de verbo προςεῖναι ad El. 233.

V. 1232 sq. μὴ — καλύπτει] Vide quae ad El. 567. adnotata sunt. Verbum κατάσχετον recte Erfurdtius interpretatur repressum, nobis verhalten. De verbis καρδίᾳ θυμουμένη confert Neuius Hom. Il. ω, 114. 135: φρεσὶ μαινομένῃσιν. 584: ἀχνυμένῃ κραδίῃ. Scholiasta: ἀλλ' ἴσως ἀπελθόντες μαθησόμεθα, μή τι καὶ μανιώδες πρόφα βουλεύεται, ἀνελεῖν ἑαυτὴν πειρωμένη.

V. 1237. Schol.: μνῆμα· τὸν νεκρόν. Locutionem διὰ χειρὸς explicat ipse poeta dicens v. 1279. πρὸ χειρῶν, et 1297. ἐν χείρεσσιν.

V. 1238. εἰ θέμις εἰπεῖν] De sententia vide 801 sq. Tum appositionis loco sunt verba οὐκ ἀλλ. ἄτην, ad μνῆμα referenda. Vide Matth. §. 432. Schol.: οὐκ ἀλλοτρίαν ἄτην· οὐ δι' ἄλλον ἀποθανόντα, οὐκ ἐξ ἄλλου νεκρωθέντα.

V. 1239. αὐτὸς ἁμαρτών] Neuius adscripsit Eur. Or. 638: οὐκ ἐξαμαρτὼν αὐτός, ἀλλ' ἁμαρτίαν τῆς σῆς γυναικὸς ἀδικίαν τ' ἰώμενος.

στερεά, θανατόεντ',
ὦ κτανόντας τε καὶ
θανόντας βλέποντες ἐμφυλίους,
1245 ὤμοι ἐμῶν ἄνολβα βουλευμάτων. 1265
ἰὼ παῖ, νέος νέῳ ξὺν μόρῳ,
αἰαῖ, αἰαῖ,
ἔθανες, ἀπελύθης,
ἐμαῖς, οὐδὲ σαῖσι δυςβουλίαις.

ΧΟΡΟΣ.

1250 οἴμ', ὡς ἔοικας ὀψὲ τὴν δίκην ἰδεῖν. 1270

ΚΡΕΩΝ.

οἴμοι,
ἔχω μαθὼν δείλαιος· ἐν δ' ἐμῷ κάρᾳ
θεὸς τότ' ἄρα τότε μέγα βάρος μ' ἔχων
ἔπαισεν, ἐν δ' ἔσεισεν ἀγρίαις ὁδοῖς,

V. 1253. Non male videtur Erfurdtius scribi voluisse: τότ' ἄρα τότε θεὸς μέγα βάρος μ' ἔχων.

V. 1241. φρενῶν δυςφρόνων] Vide ad v. 500 sq. Adiectivum στερεὰ non ad solum substantivum ἁμαρτήματα referendum, sed ad verba φρ. δυςφ. ἁμαρτ., quae in unam fere notionem coalescunt. Vide ad v. 786 sq. Scholiasta: θανατόεντα· θανάτου ἄξια, ἢ θανάτου αἴτια. Vera posterior explicatio est.

V. 1243 sq. ὦ κτανόντας — ἐμφυλίους] Chorum his verbis appellat: o cernentes! pro eheu! cernitis.

V. 1246. νέῳ ξὺν μόρῳ] Immaturo fato. De σὺν praepositione cfr. v. 172. et quae ad O. C. 814. monita sunt.

V. 1248. ἀπελύθης] Vide quae ad v. 1292. adnotata sunt.

V. 1250. οἴμ', ὡς ἔοικας etc.] Eodem modo hic quo v. 320. οἴμ', ὡς dictum esse, Hermanni causa moneo.

V. 1252 sqq. ἐν δ' ἐμῷ κάρα — ἔπαισεν] Ordo verborum est: ἐν δ' ἐμῷ κάρᾳ θεὸς ἄρα τότε με ἔπαισε μέγα βάρος ἔχων. Vide ad O. C. 1223. Locutione autem παίειν τινὰ ἐν κάρᾳ hoc significatur, mentem concutere sive auferre alicui. Denique de βάρος ἔχων, quod idem valet atque βαρύνων, vide ad Ai. 532. Praeterea confer O. C. 1142: βάρος γὰρ ἡμᾶς οὐδὲν ἐκ τούτων ἔχει.

V. 1253. τότε — τότε] I. e. quum id decernebam, quo filius impulsus est, ut necem sibi inferret.

V. 1254. ἐν δ' ὁδοῖς] Recte Musgravius: Instigavit ad saeva consilia vel saevas actiones, conferens Herodt. VII, 163: ταύτην τὴν ὁδὸν ἠμέλησε. Pindar. Olymp. VII, 85: πραγμάτων ὀρθὰν ὁδόν. Libanium Vol. I. p. 167: ποίαν ὁδὸν ἔθω πραγμάτων; Idem p. 388: ἄγων δέ με ἐπὶ τὴν αὐτὴν ὁδόν. Idem p. 805: ὁρᾷς τὴν ἐμὴν

1255 οἴμοι, λακπάτητον ἀντρέπων χαράν. 1275
φεῦ φεῦ, ὦ πόνοι βροτῶν δύςπονοι.

ΕΞΑΓΓΕΛΟΣ.

Ὦ δέσποθ', ὡς ἔχων τε καὶ κεκτημένος,
τὰ μὲν πρὸ χειρῶν τάδε φέρων, τὰ δ' ἐν δόμοις
ἔοικας ἥκειν καὶ τάχ' ὄψεσθαι κακά. 1280

ΚΡΕΩΝ.

1260 τί δ' ἔστιν αὖ κάκιον, ἢ κακῶν ἔτι;

ΕΞΑΓΓΕΛΟΣ.

γυνὴ τέθνηκε, τοῦδε παμμήτωρ νεκροῦ,
δύστηνος, ἄρτι νεοτόμοισι πλήγμασιν.

V. 1260. Cum Brunckio Hermannus ἐκ κακῶν scripsit. Dindorfio verba κάκιον ἢ κακῶν ἔτι spuria videntur esse. Nescio an recte.

ὁδόν. Scholiasta: ἀγρίαις ὁδοῖς· ἀγρίαις ὁρμαῖς.

V. 1255. λακπάτητον] Eustathius ad Il. ζ. p. 625, 21. (479, 4.): ὅρα δὲ, ὅτι λὰξ ἐμβῆναι λέγει τοῖς στήθεσι τὸ ποδὶ πατῆσαι εἰς τὸ στῆθος, ἐξ οὗ παρὰ Σοφοκλεῖ τὸ λαξπάτητον ἀντρέπων χαράν, ὅ τινες λακπάτητον διὰ τοῦ κ γράφουσιν. Idem ad Il. κ. p. 796, 5. (712, 25.): τὸ λὰξ κινήσας παρήγαγεν ἐν τῇ τραγῳδίᾳ τὸ λαξπάτητον, ὡς ταὐτὸν ὂν εἰπεῖν λὰξ κινῆσαι καὶ λὰξ πατῆσαι. Vide de duplici illa scriptura Lobeck. ad Phryn. p. 414. Scholiasta: λακπάτητον· τὴν μεθ' ὕβρεως ἀπωθουμένην· ἢ τὴν μεγάλως καταπατουμένην. Εἰς τὸ αὐτό· τὴν χαρὰν λὰξ πατήσας.

V. 1257. ὡς — κεκτημένος] Recte Boeckhius: wie der wahre Inhaber und Besitzer des Unglücks. Adsumendum enim quod terti abhinc versu positum nomen κακά. Verbi κεκτῆσθαι usum illum nonnullis exemplis illustravit Wexius.

V. 1258 sq. τὰ μὲν — κακά] Non recte in his verbis quidam editores haeserunt. Nemo haesisset, si scriptum esset: τὰ μὲν — φέρων, τὰ δ' ἐν δόμοις ἔοικας ἥκειν τάχ' ὀψόμενος κακά. Participium enim φέρων e verbis ἔοικας ἥκειν vel potius e simplici notione ἥκεις aptum esse sponte apparet. Iam vero optimo iure pro τάχ' ὀψόμενος praegressis verbis ἔοικας ἥκειν scribi a poeta potuit καὶ τάχ' ὄψεσθαι. Nihil autem in eo offensionis est, quod quae arctissime cohaerent verba τὰ δ' ἐν δόμοις et τάχ' ὄψεσθαι κακὰ seiuncta sunt a se verbis ἔοικας ἥκειν. Vide Electr. 459 sq. et quae ad v. 535 huius fabulae adnotavi. Similiter Terent. Adelph. V, 7, 19: tu illas abi et traduce. De addito ἥκειν ad Philoct. 953 sq. monui. Scholiasta: τὰ μὲν πρὸ χειρῶν· ὡς τοῦ Κρέοντος τὸν παῖδα βαστάζοντος. De locutione πρὸ χειρῶν vide Matth. §. 575.

(ἀντιστροφὴ α'.)

ΚΡΕΩΝ.

ἰὼ
ἰὼ δυςκάθαρτος Ἅιδου λιμήν. 1285
1265 τί μ' ἄρα, τί μ' ὀλέκεις,
ὦ κακάγγελτά μοι
προπέμψας ἄχη, τίνα θροεῖς λόγον;
αἰαῖ, ὀλωλότ' ἄνδρ' ἐπεξειργάσω.
τί φῄς, ὦ παῖ, τίνα λέγεις μοι νέον,
1270 αἰαῖ, αἰαῖ, 1290
σφάγιον ἐπ' ὀλέθρῳ
γυναικεῖον ἀμφικεῖσθαι μόρον;

V. 1264 sq. Sic ego primus hunc locum interpunxi. Vulgo comma positum post λιμήν, et interrogandi signum post ὀλέκεις.

V. 1269. Retinui librorum veterum scripturam, nisi quod extremo versu nomen λόγον, quod additur, ex coniectura Seidleri omisi, probata Boeckhio aliisque. Brunckius μοι omisit, Hermannus verba ὦ παῖ, scripsitque νέον μοι pro μοι νέον. Ac verba quidem ὦ παῖ mihi quoque et metro et sententiae adversari videntur. Sed quomodo persanandus locus sit, nondum perspexi.

V. 1260. τί δ' ἔστιν — ἔτι] Recte Boeckhius ἢ particulam disiunctivam esse monet, et κακῶν explicat ut v. 6. aut quid malorum reliquum est?

V. 1261. Schol.: παμμήτωρ· ἢ κατὰ πάντα μήτηρ· ἐμφατικῶς δὲ εἶπεν, ὅτι καὶ μέχρι θανάτου μήτηρ ἐδείχθη, μὴ ἑλομένη ζῆν μετὰ τὸν τοῦ παιδὸς θάνατον.

V. 1264. ἰὼ — λιμήν] Inexpiabilem dicit Orcum, quia caedes caedi succedat, neque usquam finis occidendi inveniatur. De λιμὴν vide ad 981, de καθαίρειν, expiare vel placare significante, O. C. 466.

V. 1265. τί μ' — ὀλέκεις] Ingenti dolore perculsus quum Creon haec dicat, nemo haerebit in locutione paullo insolentiore: quid me igitur, quid me occidis? Quibus verbis et quid narret nuntius iterum dici iubet, et occidisse se narratione illa ait. Cfr. v. 1268. Vulgo haec verba a Creonte ad Orcum dicta existimantur. Sed tum non intelligo, quid iteratum τί sibi velit.

V. 1267. προπέμψας] De hoc verbi προπέμπειν usu vide ad O. C. 664.

V. 1268. Schol.: ἐπεξειργάσω· ἐπέσφαξας. Confer 1030: μηδ' ὀλωλότα κέντει. τίς ἀλκὴ τὸν θανόντ' ἐπικτανεῖν;

V. 1269 sqq. τίνα λέγεις — μόρον] Interpellata oratio est, id quod saepe fit, interiectionibus αἰαῖ, αἰαῖ. Cohaerent enim verba τίνα λέγεις μοι νέον σφάγιον ἐπ' ὀλέθρῳ — μόρον, hoc sensu: quam tu novam mihi nuntias mortiferam caedem mulieris ad caedem accedere? id est: quam tu post filii interitum novam mihi nuntias caedem? uxorem meam occidisse? Recte Scholiasta: ἐπ' ὀλέθρῳ· τοῦ Αἵμονος. Caedem autem mulieris quo sensu σφάγιον,

ΧΟΡΟΣ.

ὁρᾶν πάρεστιν. οὐ γὰρ ἐν μυχοῖς ἔτι.

ΚΡΕΩΝ.

οἴμοι,
1275 κακὸν τόδ' ἄλλο δεύτερον βλέπω τάλας. 1295
τίς ἄρα, τίς με πότμος ἔτι περιμένει;
ἔχω μὲν ἐν χείρεσσιν ἀρτίως τέκνον,
τάλας, τὸν δ' ἔναντα προςβλέπω νεκρόν.
φεῦ φεῦ μᾶτερ ἀθλία, φεῦ τέκνον. 1300

ΕΞΑΓΓΕΛΟΣ.

1280 ἡ δ' ὀξύθηκτος ἥδε βωμία πέριξ
λύει κελαινὰ βλέφαρα, κωκύσασα μὲν

V. 1273. Assignavi hunc versum cum Hermanno Choro. In codd. praepositum nomen Ἐξάγγελος.

V. 1280. Inter hunc et seq. versum Brunckius et Hermannus unum excidisse putant. At antistrophica responsione certe exemptos esse trimetros recte Neuius monuit, coll. Ai. 915 sqq. et 961 sqq. El. 1264 sqq. O. R. 669 sqq.

i. e. occidentem sive mortiferam, dicat, e v. 1265 et 1268. satis apparet. Tum de locutione ἐπ' ὀλέθρῳ ἀμφικ. μόρον compara O. C. 1620: τοιαῦτ' ἐπ' ἀλλήλοισιν ἀμφικείμενοι λύγδην ἔκλαιον πάντες. Ibi ut ἐπ' ἀλλ. ἀμφικ. significat mutuo amplexu teneri, ita hic μόρον ἐπ' ὀλέθρῳ ἀμφικ. denotat caedem cum caede coniunctam esse. Denique de adiectivo γυναικεῖον, pro quo genitivum substantivi exspectaveris, vide ad Ai. 134.

V. 1273. Schol.: οὐ γὰρ ἐν μυχοῖς ἔτι· ἐγκέκλεισται ἡ γυνή. Valvis aedium apertis conspicitur corpus Eurydicae. Vide ad Ai. 338.

V. 1276. τίς ἄρα — περιμένει] Similiter O. C. 1517 sq.: τίς ἄρα με πότμος ἐπαμμένει σέ τ', ὦ φίλα;

V. 1277 sq. ἔχω μὲν — νεκρόν] Reliquisse videri poeta potest inchoatam structuram. Debebat enim posterius membrum, ut videtur, sic conformari: προςβλέπω δὲ ἔναντα τὴν μητέρα αὐτοῦ. Nihilominus recte se habet quod posuit poeta, propterea quod membro priori hic simul sensus suberat: τὸν μὲν νεκρόν, τὸ τέκνον, ἐν χερσὶν ἔχω. Atque huic quidem sensui aptavit membrum posterius, τὸν δ' — νεκρόν, id est τὸν δὲ νεκρόν, τὴν μητέρα αὐτοῦ, ἔναντα προςβλέπω. Non dissimilis ratio v. 63 sq. El. 748 sqq. Vide ad O. R. 430. Ceterum vehementer falluntur, qui haec verba, ἐν χερσὶν ἔχω, ita accipiunt, ut manu tenuisse corpus Haemonis Creontem putent. Immo ut alibi saepe ita hic ἐν χερσὶν ἔχων significat praesto habere, vor sich haben. Sic Dinarch. Orat. I. §. 107.

V. 1280. Scholiasta: ὀξύθηκτος· ὀξεῖαν λαβοῦσα πληγήν.

τοῦ πρὶν θανόντος Μεγαρέως κλεινὸν λάχος,
αὖθις δὲ τοῦδε, λοίσθιον δὲ σοὶ κακὰς
πράξεις ἐφυμνήσασα τῷ παιδοκτόνῳ. 1305

(στροφὴ β'.)

ΚΡΕΩΝ.

1285 αἰαῖ, αἰαῖ,
ἀνέπταν φόβῳ. τί μ' οὐκ ἀνταίαν
ἔπαισέν τις ἀμφιθήκτῳ ξίφει;
δείλαιος ἐγώ, φεῦ φεῦ, 1310
δειλαίᾳ δὲ συγκέκραμαι δύᾳ.

ΕΞΑΓΓΕΛΟΣ.

1290 ὡς αἰτίαν γε τῶνδε κἀκείνων ἔχων
πρὸς τῆς θανούσης τῆσδ' ἐπεσκήπτου μόρων.

V. 1282. λάχος ex coniectura Bothii recepi. Libri λέχος.

ὡς ἱερεῖον περὶ τὸν βωμὸν ἐσφάγη [Iovis Hercei aram intelligit Brunckius] προπετής. Pronomen ἥδε si recte se habet, accipiendum est ita, ut significet ὧδε, sive ἐνθάδε.

V. 1281. Schol.: λύει κελαινά· ἀπόλλυται. Cfr. Passov. Lex. Gr. v. λύω. n. 7. — Κελαινὰ cur dicta sint βλέφαρα, apparebit ex iis, quae ad O. C. 1666 sq. monita sunt.

V. 1282. τοῦ πρὶν — λάχος] Interitus intelligendus est Megarei, quem Euripides Menoeceum vocavit, filii Creontis, qui se pro patria devovit. Vide Eur. Phoen. 911 sqq., Apollod. III, 6, Muncker. ad Hygin. fab. 67. Pausan. IX, 25. haec habet: Θηβαίοις δὲ τῶν πυλῶν ἐστιν ἐγγύτατα τῶν Νηϊτέων Μενοικέως μνῆμα τοῦ Κρέοντος. ἀπέκτεινε δὲ ἑκουσίως αὐτὸν κατὰ τὸ μάντευμα τὸ ἐκ Δελφῶν, ἡνίκα Πολυνείκης καὶ ὁ σὺν αὐτῷ στρατὸς ἀφίκοντο ἐξ Ἄργους. — Cum Sophocle consentit Aeschylus, qui eundem hunc filium Creontis Megareum dixit Spt. adv. Th. 474.

V. 1283 sq. κακὰς πράξεις] Res adversas; ut dicitur κακῶς, εὖ πράττειν, rebus adversis, secundis uti.

V. 1284. Schol.: ἐφυμνήσασα· καταρασαμένη σοι, ὡς παιδοκτόνῳ. Vide ad O. R. 1251.

V. 1286. Schol.: ἀνέπταν· ἐσείσθην, ἐταράχθην. Adscripsit Wexius O. R. 487: πέτομαι δ' ἐλπίσιν. Ai. 693: περιχαρὴς δ' ἀνεπτόμαν. Eur. Suppl. 88: ὡς φόβος μ' ἀναπτεροῖ. Seidler. ad Eur. El. 177.

V. 1286 sq. τί μ' οὐκ ἔπαισέν τις] Imperandi sensu dictum. De aoristo vide ad O. R. 974; de locutione ἀνταίαν παίειν El. 1415. Valck. ad Phoen. 1440. Herm. ad Vig. p. 869.

V. 1289. συγκέκραμαι δύᾳ] Confert Musgravius Ai. 895: οἴκτῳ συγκεκραμένην. Pindar. Ol. XI, 108: ὥρα τε κεκραμένον. Arist. Plut. 854: πολυφόρῳ συγκέκραμαι δαίμονι. Addo quod non dissimile est Soph. El. 1485: τί γὰρ βροτῶν ἂν σὺν κακοῖς μεμιγμένων θνήσκειν ὁ μέλλων τοῦ χρόνου κέρδος φέροι;

V. 1290 sq. Schol.: ἐπεσκή-

ΚΡΕΩΝ.

ποίῳ δὲ κἀπελύσατ' ἐν φονᾶς τρόπῳ;

ΕΞΑΓΓΕΛΟΣ.

παίσασ' ὑφ' ἡπαρ αὐτόχειρ αὑτήν, ὅπως 1315
παιδὸς τόδ' ᾔσθετ' ὀξυκώκυτον πάθος.

ΚΡΕΩΝ.

1295 ὤμοι μοι, τάδ' οὐκ ἐπ' ἄλλον βροτῶν
ἐμᾶς ἁρμόσει ποτ' ἐξ αἰτίας.
ἐγὼ γάρ σ' ἐγώ σ' ἔκανον, ὦ μέλεος
ἐγώ. φαμ' ἔτυμον. ἰὼ πρόσπολοι, 1320
ἄγετέ μ' ὅ τι τάχιστ', ἄγετέ μ' ἐκποδών,
1300 τὸν οὐκ ὄντα μᾶλλον ἢ μηδένα. 1325

V. 1297. ἐγώ σ' ἔκανον optime Hermannus restituit. De repetito pronomine vide quae ad O. R. 1192. in nota critica adnotavi. Libri ἐγὼ ἔκανον habent.

V. 1299. τάχιστ' ex coniectura Erfurdtii scripsi. Libri τάχος violato metro. Cfr. O. R. 1340: ἀπάγετ' ἐκτόπιον ὅ τι τάχιστά με.

πτον· κακῶς ἐλέγου τελευτώσης αὐτῆς, ἐνομίζον, ἐπεγράφον. Hoc dicit: accusabaris a mortua hacce huius et illius mortis culpam habere. Activum autem ἐπισκήπτειν quod hoc sensu cum dativo iungitur, in eo nihil offensionis est. Vide Matth. §. 490. Rost. §. 112. 5.

V. 1292. Schol.: τίνι τρόπῳ, φησίν, ἐλύετο καὶ ἐφέρετο εἰς φονάς; ἀντὶ τοῦ ποίῳ τρόπῳ εἰς φόνον ἔπεσεν; Immo ἐν φοναῖς ἀπελύσατο eodem modo dictum puta atque supra 1229: ἐν τῷ ξυμφορᾶς διεφθάρης; coll. quae ad Philoct. 60. monita sunt. De verbo ἀπολύειν Eustathius p. 548, 42. (416, 26.): ἰστέον δὲ, ὅτι ἐξ Ὁμήρου λαβόντες οἱ ὕστερον καὶ αὐτὸ δὴ μόνον τὸ λυθῆναι ἀντὶ τοῦ θανεῖν ἔφρασαν· ὡς δηλοῖ καὶ Σοφοκλῆς ἐν τῷ ἔθαψες, ἀπελύθης [1268.], καὶ ἐν τῷ ποίῳ ἀπελύσατο τρόπῳ. Confert Musgravius praeter alia Fragment. Plutarch. Wyttenb. p. 135: ἀπολύεσθαι γὰρ τὸν ἀποθνήσκοντα καὶ τὸν θάνατον ἀπόλυσιν καλοῦσι, Athenaeum p. 507. E: ἡ ψυχὴ — κατὰ τὴν ἀπόλυσιν χωριζομένη τοῦ σώματος. Addo Cic. de Fin. B. et M. II, 31, 101: quaero autem, quid sit, quod cum dissolutione, id est morte, sensus omnis exstinguatur. Id. de Legg. I, 11, 31: mors fugitur, quasi dissolutio naturae. — De locutione ποῖος δὲ καὶ vide ad 766.

V. 1295 sq. τάδ[illegible] ἐξ αἰτίας] Insolentius [illegible]utus est, hoc dicens: non in alium mortalium haec quae ex me profecta est culpa unquam conveniet sive transferetur. Debebat enim dicere: αὕτη ἡ αἰτία ἡ ἐξ ἐμοῦ γενομένη, sive ταῦτα, ὧν ἐγὼ αἴτιος, οὐκ ἐπ' ἄλλον βροτῶν ἁρμόσει ποτέ. Verbum ἁρμόσει intransi-

ΧΟΡΟΣ.

κέρδη παραινεῖς, εἴ τι κέρδος ἐν κακοῖς·
βράχιστά γὰρ κράτιστα τἀν ποσὶν κακά.
(ἀντιστροφὴ β'.)

ΚΡΕΩΝ.

ἴτω, ἴτω,
φανήτω μόρων ὁ κάλλιστ' ἐμῶν 1330
1305 ἐμοὶ τερμίαν ἄγων ἀμέραν
ὕπατος· ἴτω, ἴτω,
ὅπως μηκέτ' ἆμαρ ἄλλ' εἰςίδω.

ΧΟΡΟΣ.

μέλλοντα ταῦτα. τῶν προκειμένων τι χρὴ πράσσειν. μέλει γὰρ τῶνδ' ὅτοισι χρὴ μέλειν. 1335

ΚΡΕΩΝ.

1310 ἀλλ' ὧν ἐρῶ μέν, ταῦτα συγκατηυξάμην.

ΧΟΡΟΣ.

μή νυν προςεύχου μηδέν· ὡς πεπρωμένης
οὐκ ἔστι θνητοῖς συμφορᾶς ἀπαλλαγή.

tive hic dictum, ut El. 1293. O. R. 902. Trach. 731.

V. 1300. τὸν οὐκ — μηδένα] Matthiaeus §. 437. not. 1. explicat: qui potius exstinctus sum quam nullo numero habendus. Praestabit tamen, opinor, sic intelligere: qui non magis sum quam is qui nullus est, i. e. quam is qui periit.

V. 1301. κέρδη παραινεῖς] Utilia suades. Vide ad 1013. Utile autem chorus dicit, quod in domum se abduci Creon iubet, ut malorum aspectum fugiat, quorum ipse auctor fuit.

V. 1302. βράχιστα — κακά] Quinque huius versus interpretationes Scholiasta affert. Sensus planus: τὰ ἐν ποσὶ κακὰ βράχιστα κράτιστά ἐστι. Praesentia mala optimum est si quam brevissima sunt: i. e. optimum est, praesens malum quam primum missum facere. HERM. Cfr. Matth. §. 462.

V. 1304 sqq. φανήτω etc.] I. e. φανήτω μόρων ἐμῶν ὕπατος, ὁ καλλίστως ἄγων ἐμοὶ τερμίαν ἀμέραν, recte interpretante Hermanno: veniat caedium per me factarum suprema, exoptatissime mihi ultimum diem adducens.

V. 1309. Schol.: ὅτοισι χρὴ μέλειν· τοῖς θεοῖς. De omisso ante ὅτοις pronomine τούτοις, quod ad μέλει supplendum, vide ad Philoct. 137 sqq. Τῶνδε i. e. τῶν μελλόντων.

V. 1310 Schol.: ὧν βούλομαι τυχεῖν, ταῦτα ηὐξάμην. Diem extremum obire se velle dixerat.

V. 1311. μή νυν προςεύχου μηδέν] Confert Brunckius

ΚΡΕΩΝ.

ἄγοιτ' ἂν μάταιον ἄνδρ' ἐκποδών,
ὅς, ὦ παῖ, σέ τ' οὐχ ἑκὼν κατέκανον, 1340
1315 σέ τ' αὖ τάνδ', ἰὼ μέλεος, οὐδ' ἔχω
ὅπα πρὸς πότερον ἴδω· πάντα γὰρ
λέχρια τἀν χεροῖν, τὰ δ' ἐπὶ κρατί μοι 1345
πότμος δυςκόμιστος εἰςήλατο.

V. 1314. κατέκανον ex coniectura Dindorfii scripsi. Libri κατέκτανον, Brunckius ἔκτανον.

V. 1315. Libri veteres ὃς σέ τ' αὐτάν. ὦμοι μέλεος, nisi quod pro ὦμοι Dresd. et Triclinn. tantum ὦ habent. Hinc ἰὼ scripsi et ὃς delevi auctore Hermanno. Ex Seidleri coniectura αὖ τάνδ' posui. Ineptissimum enim αὐτάν est.

V. 1316. Libri veteres ὅπα πρὸς πότερον ἴδω. πᾷ καὶ θῶ. nisi quod pro ὅπα πρὸς πότερον Aug. ὅπῃ πρότερον, Dresd. ὅπα πρὸς πρότερον habent. Locus valde corruptus, qui quomodo a Sophocle scriptus fuerit, difficile erit iudicare. Hoc tamen certum puto, primum πρὸς πότερον glossam esse, quamvis minime aptam, ὅπα sive πᾷ adverbio olim adscriptam, qua recepta genuina verba exciderint. Neque vero eorum loco restituenda sunt verba πᾷ καὶ θῶ, quae prorsus corrupta esse manifestum est, ut omni sensu destituta, fortasse ex παιδω orta. Ceterum vide notam exegeticam. Brunckius πᾷ δὲ θῶ, Hermannus πᾷ θῶ, ὅπᾳ πρότερον ἴδω scripsi, nulla addita interpretatione.

Virg. Aen. VI, 376: Desine fata deum flecti sperare precando.

V. 1313. ἄγοιτ' ἂν] Vide Matth. §. 515. γ. et Rost. §. 119. 3. b.

V. 1315. σέ τ' αὖ τάνδ'] Sic v. 724 sq.: σέ τ' εἰκός, εἴ τι καίριον λέγει, μαθεῖν, σέ τ' αὖ τοῦδε. De τάνδε vide v. 1295: κακὸν τόδ' ἄλλο δεύτερον βλέπω. Tum verba ἰὼ μέλεος interiecta sunt, ut supra v. 1319: ὦ μέλεος. Nam οὐδ' ἔχω referendum est ad ὅς pronomen, in antecedente versu positum.

V. 1315 sqq. οὐδ' ἔχω — εἰςήλατο] Locus corruptus est. Nihilominus non dubito, quin eorum verborum, quae inter μέλεος et πάντα γὰρ posita fuerunt, hic fere sensus fuerit: neque habeo, quo respiciam sive quo me vertam. Inepta enim glossa, quae in Dresd. et in August. adscripta ὅπα adverbio et: εἰς τὸν παῖδα ἢ εἰς τὴν γυναῖκα; quanquam simillima est Triclinii interpretatio: ἤγουν τί ποιήσω; οὐ γὰρ ἔχω, πότερον θρηνήσω πρότερον, πότερον τὸ τῆς γυναικὸς πάθος, ἢ τὸ τοῦ παιδός. Nam ita Creon se diceret propterea nescire, utrum prius deploraret cadaver, quod omnis sua fortuna quum praesens tum futura adflicta esset; verbis enim πάντα — εἰςήλατο rationem reddi sententiae antecedentis positae, γὰρ particula indicio est. Atqui absurdum esse sensum illum quilibet intelligit. Contra recte omnia dicta esse apparet, si verba οὐδ' ἔχω — ἴδω eo quo dixi modo interpretatus fueris. Eius sententiae ratio apte iam redditur verbis πάντα — εἰςήλατο, quibus hoc significatur: omnia enim in-

ΧΟΡΟΣ.

πολλῷ τὸ φρονεῖν εὐδαιμονίας
1320 πρῶτον ὑπάρχει· χρὴ δ' ἐς τὰ θεῶν
μηδὲν ἀσεπτεῖν· μεγάλοι δὲ λόγοι 1350
μεγάλας πληγὰς τῶν ὑπεραύχων
ἀποτίσαντες
γήρᾳ τὸ φρονεῖν ἐδίδαξαν.

V. 1320. δ' ἐς τὰ θεῶν ex Dindorfii coniectura scripsi. Libri veteres δὲ τά τ' εἰς θεούς, Tricliniani δὲ τά γ' εἰς θεούς.
V. 1321. Hermannus μηδέν' scripsit.

clinata iacent quae in manibus habeo (quae praesentia sunt) et quae procul sunt (quod futurum tempus attinet), intolerabile fatum in caput meum irruit. De locutione ἐπὶ κρατί μοι πότμος εἰςήλατο confer huius fab. 1272: ἐν δ' ἐμῷ κάρᾳ θεὸς ἔπαισέ με. O. R. 263: νῦν δ' ἐς τὸ κείνου κρᾶτ' ἐνήλαθ' ἡ τύχη. Aesch. Pers. 515 sq.: ὦ δυςπόνητε δαῖμον, ὡς ἄγαν βαρὺς ποδοῖν ἐνήλλου παντὶ Περσικῷ γένει.

V. 1319 sq. Schol.: πολλῷ τὸ φρονεῖν· τὸ καλῶς φρονεῖν πρῶτόν ἐστιν εὐδαιμονίας, καὶ τοῖς ἀνθρώποις ἐξοχώτατον. Musgravius πρῶτον pro πρότερον positum censet, multis exemplis hunc usum adstruens. Propriam, inquit, vim obtineret, si τὸ φρονεῖν species esset εὐδαιμονίας. Atqui ut haec revera est, ita Graecorum quoque iudicio fuit. Cfr. supra v. 1050. Eur. Heracl. 746: οἰόμεσθα γὰρ τὸν εὐτυχοῦντα πάντ' ἐπίστασθαι καλῶς. Eiusdem fragm. inc. CCIV: τὸν εὐτυχοῦντα καὶ φρονεῖν νομίζομεν. ERF.

V. 1320 sq. χρὴ δὲ — ἀσεπτεῖν] Verbis ἐς τὰ θεῶν ἀσεπτεῖν nihil aliud significatur quam impium esse in rebus ad deos spectantibus, ut εὐσεβεῖν τὰ πρὸς θεοὺς (Philect. 1441.) pium esse adversus deos valet. Itaque μηδὲν ἀσεπτεῖν ἐς τὰ θεῶν valet nihil, i. e. nullo modo sive nulla in re violare quae ad deos spectant sive leges divinas.

V. 1321 sqq. μεγάλοι — ἐδίδαξαν] Bene Brunckius: at superbi, quum gravibus plagis adflicti magnorum dictorum poenas luerunt, sapere tandem docentur. De aoristi ἐδίδαξαν significatu ad v. 703. dictum est.

METRA

QUIBUS

SOPHOCLES IN HAC FABULA USUS VIDETUR.

Vss. 1—99. trimetri iambici.

Vss. 100—109.

100 ⏑̄,⏑⏑–,⏑–,⏑⏑–,⏑– dim. glyconicus.

102 ⏑–,⏑⏑–,⏑̄ glyconeus.

⏑⏑,⏑⏑⏑– idem (Herm. El. p. 550.)

⏑⏑,⏑⏑– chori. cum basi. (Herm. El. p. 559. et p. 567.)

105 ⏑⏑⏑,⏑⏑–⏑̄ antisp. et logaoed.

⏑–,⏑̄,⏑⏑– glyconeus. } (cfr. Herm. El. p. 548. coll.
⏑⏑,⏑⏑,⏑⏑– glyconeus. } p. 525.

⏑⏑,⏑⏑,⏑⏑– idem.

⏑–,⏑⏑–⏑̄ glyc. cat. (pherecrateus.)

Vs. 102. De brevi syllaba et hiatu in fine glyconeorum vide Seidlerum ad Eur. Elect. v. 153, 207. et Advers. nostra in Philoct. p. 117 sqq.

Vss. 110—116 systema anapaesticum, constans dimetris, duobus interpositis monometris.

Vss. 134—140.

⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏑– trim. dact. et dip. troch. (logaoed.)

135 idem.

⏑–,⏑⏑– qualis v. 104.

⏑⏑⏑̄,⏑⏑– glyconeus.

⏑⏑–,⏑⏑̄ dimeter creticus.

⏑⏑–,⏑⏑–,⏑⏑–,⏑⏑– tetram. chori. hyperc.

140 ⏑⏑–⏑̄ adonius.

Vs. 134. De metro huius versus, qui Praxilleus dicitur, exposuit Hermannus El. p. 365 sq. Epit. p. 137.

Vss. 141—147 systema anapaesticum, quod constat dimetris.

Vss. 162—331 trimetri iambici.

Vss. 332—341.

⏑⏑–, ⏑⏑–, ⏑⏑–, ⏑⏑–, ⏑⏑–, ⏑– dimet. glycon.

⏑⏑–, ⏑⏑–, ⏑– glyconeus.

335 ⏑⏑–, ⏑⏑–, ⏑– idem.

⏑⏑–, ⏑⏑–– glyconicus (Herm. El. p. 563.)

⏑⏑–⏑– dim. iam. brachycat.

⏑⏑–, ⏑⏑–– dim. iamb. hyperc.

⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–

⏑̄ ⏑̄ ⏑̄, ⏑̄ ⏑⏑ – ⏑⏑ – epitr. et trim. dact. cat.

⏑̄ ⏑̄ –, ⏑̄ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑ ⏑̄ epitr. et logaoed.

⏑̄ ⏑ –, ⏑̄ ⏑ – dim. iamb.

⏑̄ ⏑ –, ⏑̄ ⏑ – dim. troch. cat.

585 – ⏑̄ ⏑⏑ ⏑, ⏑̄ ⏑⏑ ⏑⏑ ⏑, ⏑̄ ⏑ – trim. iamb.

⏑̄ ⏑̄ ⏑, ⏑̄ ⏑ – antisp. et penthem. iamb.

⏑̄ ⏑ –, ⏑̄ ⏑ – dim. troch. cat.

⏑̄ ⏑ –, ⏑̄ ⏑ –, ⏑̄ ⏑̄ trim. iamb. cat.

Vs. 586. Non recte Boeckhium hunc versum cum proximo in unum coniunxisse alio tempore et loco docebo. De metro v. 586. exposuit Herm. El. p. 230.

Vs. 587 sq. Frequenter etiam a lyricis poetis hi versus coniuncti sunt. Idem fecit Horatius Od. II, 18. Non ebur neque aureum Mea renidet in domo lacunar.

Vss. 598 — 608.

⏑̄ –, ⏑̄ ⏑⏑ –, ⏑ –, ⏑̄ ⏑̄, ⏑̄ ⏑⏑ –, ⏑ – } duo glycon., quorum posterior hypercat. est.

600 –, ⏑̄ ⏑⏑ –, ⏑̄ ⏑⏑ –, ⏑ ⏑̄ qualis 608.

⏑̄ ⏑⏑ – ⏑ – logaoed.

⏑̄ ⏑⏑ –, ⏑̄ ⏑⏑ –, ⏑ –
⏑̄ ⏑⏑ – ⏑ – –, ⏑̄ ⏑⏑ – ⏑ – } Unus versus est, constans ex duobus chori., iambo, et duobus ordinibus logaoedicis.

605 ⏑ ⏑ ⏑̄ ⏑ – ⏑ – anacreont.

–, ⏑̄ ⏑⏑ –, ⏑ – chori. cum anacr. et iambo.

⏑̄ ⏑⏑ – ⏑ – dim. troch. brachyc.

–, ⏑̄ ⏑⏑ –, ⏑̄ ⏑⏑ –, ⏑̄ ⏑ – trim. chori. cat. cum anacr.

Vs. 600. Monuit de hoc versuum genere Hermannus Elem. p. 433.

Vs. 603 sq. A nemine dum perspecti huius versus numeri sunt. Mea ratio se ipsa defendit. Cfr. huius fab. v. 781 sq. ed. meae. Est de coniunctis illis duobus ordinibus logaoedicis, qui alibi ipsi integrum versum efficiunt, ut uno exemplo defungar, Eur. Bacch. 105: ὦ Σεμέλας τροφοὶ Θῆβαι, στεφανοῦσθε κισσῷ, qui versus etiam nunc ab omnibus editoribus in duos versus male discerptus legitur. In eodem errore Hermannus est Elem, p. 424.

Vs. 606. Exposuit de hoc metro Hermannus Elem. p. 556.

Vss. 620 — 624 systema anapaesticum, quod constat dimetris, uno interposito monometro.

Vss. 625—774 trimetri iambici.

Vss. 775—783.

775 ⏑ ⏓ ⏑ –, ⏓ ⏑ ⏑ –, ⏑ ⏓ ⏑ –, ⏓ ⏑ ⏑ – } dip. iamb., chor., dip. iamb., chor. et duo glyc., quorum poster. hyperc. est.

⏓ ⏑ ; ⏓ ⏑ ⏑ –; ⏑ –, ⏓ ⏑, ⏓ ⏑ ⏑ –, ⏑ ⏓ –

780 – ⏓ ⏑ –, ⏓ ⏑ ⏑ –, ⏓ ⏑ ⏑ –, ⏓ – } trim. chori. brachyc. cum dipod. iamb.

⏓ –, ⏓ ⏑ ⏑ –, ⏓ ⏑ ⏑ –, ⏓ – } trim. chori. brachyc. cum basi et duo ordines logaoedici.

⏓ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –, ⏓ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –

Vs. 781 sq. De altera parte huius versus, quae constat duobus ordinibus logaoedicis, vide quae in conspectu metr. ad v. 603 sq. adnotavi.

Vss. 793—797 systema anapaesticum, quod constat dimetris.

Vss. 798—808.

⏑ ⏓ ⏑ –, ⏓ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – dip. iamb. et logaoedus.

⏓ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – chori. et iamb. (sive dact. et cret.)

800 ⏓ ⏑̄, ⏓ ⏑ ⏑ –, ⏑ –, ⏓ ⏓ ⏑, ⏓ ⏑ ⏑ – duo glyconei.

⏓ ⏑̄ ⏓ ⏑̄, ⏓ ⏑ ⏑ –, ⏓ ⏑̄ ⏓ –, ⏓ ⏑ ⏑ – duo glyconei.

⏓ ⏑ ⏑ – ⏑̄ adonius.

805 ⏓ ⏑̄ –, ⏓ ⏑ ⏑ – – pherecrateus.

– ⏓ ⏑, ⏓ ⏑ ⏑ –, ⏓ – dim. chori. brachyc. cum amphibr.

⏓ ⏑ ⏑ – ⏑ –, ⏓ ⏑, ⏓ ⏑ ⏑ –, ⏑ ⏓ ⏓ ⏑̄

Vs. 808. Constat hic versus duabus ex partibus, ex choriambo et iambo sive mavis ex dactylo et cretico dicere, et ex glyconeo, qui spondeo iunctus est sive qui pro iambo terminatur antispasto.

Vss. 809—814 et 826—828 duo systemata anapaestica, quae constant dimetris.

Vss. 830—842.

830 – ⏓ ⏑ –, ⏓ ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – – dipod. iamb. et logaoed.

–, ⏓ ⏑ ⏑ – ⏑ – logaoed. cum anacrusi.

⏓ ⏑ ⏑ – ⏑, ⏓ ⏑ ⏑ – ⏑ – adonius et qualis v. 796.

⏓ ⏑̄, ⏓ ⏑ ⏑ – ⏑ pherecrateus.

⏑̄ ⏓ iambus (orthiusne? cfr. Herm. El. p. 663. nr. 5.)

835 – ⏓ – –, – ⏓ – dim. anap. cat.

– ⏓ ⏑ ⏑ –, ⏑ ⏓ – anap. logaoed.

— ⏑ ⏑ —, ⏑ — — duo anap. et antisp.

⏑ — ⏑ —, ⏑ — ⏑ —, — ⏑ — dim. iamb. cum cret.

⏑ — ⏑ —, ⏑ — ⏑ —, ⏑ — ⏑ —, ⏑ — ⏑ ⏑ tetram. iamb.

840 ⏑ — — ⏑ — dochmius.

⏑ — — ⏑, ⏑ — ⏑ — — antisp. et penthem. iamb.

⏑ — ⏑ —, ⏑ — ⏑ — ⏑ duo penth. iamb.

Vs. 839. Idem versus legitur huius fab. 939. 949. O. C. 1445-1470. Ai. 343. 350. El. 1069. 1075. Tetrametrum iambicum catalecit Sophocles El. 1398. Falso hos numeros a tragicis usurpatos negat Hermannus Elem. p. 146. 158. et Epit. p. 66. 70.

Vss. 843—846.

⏑ — ⏑ —, ⏑ — ⏑ — dim. iamb.

⏑ — ⏑ —, ⏑ — ⏑ — idem.

845 ⏑ — ⏑ ⏑ —, ⏑ — ⏑ ⏑ idem.

⏑ — — ⏑, ⏑ — ⏑ — ⏑ antisp. et penthem. iamb.

Vss. 864—869.

⏑ — ⏑ ⏑ ⏑, ⏑ — ⏑ ⏑ — — dim. iamb. hyperc.

865 ⏑ —, — ⏑ ⏑ —, — ⏑ —, — ⏑ — iamb., chori., duo cret.

— ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ tres dact. et duo troch.

⏑ ⏑ ⏑ — ⏑ — — ithyphallicus.

— ⏑ —, ⏑ ⏑ ⏑ — ⏑ dim. troch.

— — —, ⏑ — dim. iamb. catal.

Vss. 870—915 trimetri iambici.

Vss. 916—930 systema anapaesticum, quod constat dimetris, uno interposito monometro.

Vss. 931—940.

— —, — ⏑ ⏑ —, — ⏑ ⏑ — ⏑ dim. chori. hyp. cum basi.

— —, — ⏑ ⏑ —, — ⏑ ⏑ —, — — trim. chori. brachyc. cum basi.

— ⏑ ⏑ —, — — —, — ⏑ ⏑ —, — — — chori., moloss., chori., antisp.

935 —, — ⏑ ⏑ —, — ⏑ ⏑ —, — ⏑ trim. chori. brachyc. cum anacr.

— —, — ⏑ ⏑ —, — ⏑ ⏑ —, — ⏑ ⏑ — trim. chori. cum basi.

— —, — ⏑ ⏑ —, — ⏑ ⏑ —, — — qualis v. 932.

— — ⏑ —, ⏑ — ⏑ —, ⏑ — ⏑ —, ⏑ ⏑ ⏑ — tetram. iamb.

940 ⏑ — — —, ⏑ — ⏑ — — antisp. et penth. iamb.

Vss. 951—959.

⏑̄ ⏑̄, ⏑̄ ⏑⏑ – ⏑ – ⏑⏑ – ⏑̄ metrum Aeolicum.

⏑̄ –, ⏑̄ ⏑ – ⏑⏑ – – – ⏑ idem.

⏑̄ ⏑̄, ⏑̄ ⏑ ⏑ –, ⏑̄ ⏑⏑ – dim. chori. hyperc. cum basi.

955 – ⏑̄ ⏑, ⏑̄ ⏑⏑ –, ⏑̄ ⏑⏑ –, ⏑ ⏑̄ – trim. chori. cat. cum amphibr.

⏑ ⏑̄ ⏑ –, ⏑ ⏑̄ ⏑ ⏑̄ duo penth. iamb.

⏑ ⏑⏑ –, ⏑ ⏑̄ ⏑ –, ⏑ ⏑̄ ⏑ – trim. iamb.

⏑ ⏑̄ ⏑̄ –, ⏑ ⏑̄ ⏑ – – antisp. et penth. iamb.

– ⏑̄ ⏑ –, ⏑ ⏑̄ ⏑ – – qualis v. 956.

V. 951. Appellatur metrum huius versus ab Hephaestione p. 42 ed. Gaisf. *πεντάμετρον Σαπφικὸν τεσσαρεσκαιδεκασύλλαβον* allatumque exempli causa fragmentum hoc ex Sapph. carminibus: *ἠράμαν μὲν ἐγὼ σέθεν, Ἄτθί, πάλαι πόκα.* Eodem metro scriptum carmen XXIX. Theocriteum, siquidem est a Theocrito compositum, de quo dubitatur. Constat autem ex basi, tribus dactylis, et cretico. De toto autem metro Aeolico quae idem Hephaestio p. 40 sq. exposuit, non sine causa apponenda puto: *τὰ δὲ Αἰολικὰ καλούμενα τὸν μὲν πρῶτον ἔχει πόδα πάντως ἕνα τῶν δισυλλάβων ἀδιάφορον, ἤτοι σπονδεῖον, ἢ ἴαμβον, ἢ τροχαῖον, ἢ πυρρίχιον· τοὺς δὲ ἐν μέσῳ δακτύλους πάντας· τὸν δὲ τελευταῖον πρὸς τὴν ἀπόθεσιν δάκτυλον μὲν, ἢ κρητικὸν διὰ τὸ τῆς τελευταίας ἀδιάφορον, ἐὰν ἀκατάληκτον ᾖ· ἐὰν δὲ καταληκτικὸν, καὶ τὰ ἀπὸ τούτου μεμειωμένα, εἰς δισύλλαβον καὶ συλλαβήν.* Apparet ex his verbis basin nunquam non bisyllabam fuisse; qua de causa nemo dubitabit, quin verba *παρὰ δὲ* et in antistrophico versu *κατὰ δὲ* summo iure in *πὰρ δὲ* et *κὰδ δὲ* quamvis invitis libris mutaverim. Nolo cetera afferre argumenta, quibus haec mea emendatio prorsus confirmatur. — Hermannus de hoc metro exposuit Elem. p. 360 sqq.

Vs. 952. Erraverit qui ex verbis Hephaestionis modo allatis concluserit non posse hunc versum Aeolicum existimari, quod pro tertio dactylo spondeum habeat. Alia enim tradidit scholiasta Hephaestionis p. 177: *τὸ δὲ δακτυλικὸν τὸ Αἰολικὸν κατὰ μὲν τὰς ἄλλας χώρας πάσας ἐπιδέχεται ὡσαύτως τῷ κοινῷ τούς τε δακτύλους καὶ σπονδείους, ὁμοίως καὶ τὰς ἀποθέσεις· τὸν δὲ πρῶτον πόδα ἔχει ἕνα τῶν δισυλλάβων ἀδιάφορον.* Neque aliter visum Aristidi Quintiliano, de quo vide Herm. El. p. 361. In eo autem consentire apparet scholiastam cum Hephaestione, basin bisyllabam tantum fuisse.

Vss. 969—1095 trimetri iambici.

Vss. 1096 — 1106.

⏑⏑—⏑⏑—⏑⏑—, ⏑̄—⏑—⏑ logaoed. anap.

—⏑—⏑, —⏑⏑⏑— glycon. polyschem.

1100 ⏑̄—⏑—, ⏑—⏑—, —⏑⏑—⏑—⏑ dim. iamb. et logaoed.

—⏑̄—⏑̄, —⏑⏑⏑— qualis 1099.

—⏑—, —⏑—, —⏑— tres molossi.

⏑—⏑⏑—, —⏑— dim. chori. brach. cum anacr.

—⏑, —⏑⏑⏑— troch. et chori.

1105 —⏑—⏑—, —⏑⏑⏑— qualis 1099.

⏑—⏑—, ⏑—⏑̄ dim. iamb. catal.

Vs. 1096. Vide quae de hoc metri genere in hoc conspectu ad v. 354. adnotavi.

Vs. 1102. Tres molossi eodem modo coniuncti reperiuntur O. C. 1544. 1554 ed. meae.

Vss. 1118 — 1125.

—⏑—, ⏑—⏑— mol. et bacch.

⏑—⏑, —⏑⏑⏑— bacch. et chori.

1120 —⏑—⏑, —⏑⏑̄ dimet. troch. cat.

—⏑—, ⏑—⏑— qualis v. 1118.

⏑⏑—⏑, —⏑⏑—, —⏑⏑—⏑⏑⏑— ion. a min., cret., dact., cret.

⏑̄—⏑—⏑, —⏑⏑⏑—, —⏑⏑— penth. iamb., chori., cret.

1125 ⏑—⏑—⏑, —⏑⏑⏑—⏑—⏑̄ antisp. et logaoed.

Vss. 1134 — 1235 trimetri iambici.

Vss. 1236 — 1239 systema anapaesticum, quod constat dimetris.

Vss. 1240 — 1250.

1240 ⏑̄—⏑ qualis v. 834.

⏑—⏑—⏑⏑, ⏑—⏑—⏑⏑⏑— dim. dochm.

⏑⏑⏑—⏑⏑⏑— dochmius.

—⏑⏑⏑, —⏑⏑⏑— dim. cret.

⏑—⏑—⏑⏑, ⏑⏑⏑—⏑—⏑⏑̄ dim. dochm.

1245 —⏑⏑—⏑⏑, ⏑—⏑—⏑⏑⏑— idem.

⏑̄—⏑—⏑⏑, ⏑—⏑—⏑⏑⏑— idem.

⏑̄—⏑⏑̄ monom. iamb.

⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ – dochmius.

⏑ – – ⏑ –, ⏑ – – ⏑ – dim. dochm.

1250 – – ⏑ –, ⏑ – ⏑ –, ⏑ – ⏑ – trim. iamb.

Vss. 1251—1256.

– – trochaeus, fortasse semantus.

trimeter iambicus.

⏑ – ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑, ⏑ – ⏑ – ⏑ – dimet. dochm.

trimeter iambicus.

1255 ⏑ – – ⏑ –, ⏑ – ⏑ – ⏑ – dochm. et dim. iamb. brachyc.

– – – ⏑ –, ⏑ – – ⏑ ⏑ dim. dochm.

Vss. 1257—1262 trimetri iambici.

Vss. 1285—1289.

1285 ⏑ – ⏑ – monom. iamb.

⏑ – – ⏑ –, ⏑ – – ⏑ – dim. dochm.

⏑ – – ⏑ –, ⏑ – – ⏑ – idem.

⏑ ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ – dochm. cum anacr.

⏑ – – ⏑ –, ⏑ – – ⏑ ⏑ dim. dochm.

Vss. 1290—1294 trimetri iambici.

Vss. 1295—1300.

1295 ⏑ – – ⏑ –, ⏑ – – ⏑ – dim. dochm.

⏑ – – ⏑ –, ⏑ – – ⏑ – idem.

⏑ – – ⏑ –, ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑ idem.

⏑ – – ⏑ ⏑ ⏑, ⏑ – – ⏑ ⏑ idem.

⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ –, ⏑ ⏑ – ⏑ – idem.

1300 ⏑ – – ⏑ –, ⏑ – – ⏑ ⏑ idem.

Vs. 1301 sq. trimetri iambici.

Vss. 1319—1324 systema anapaesticum, quod constat dimetris. uno interposito monometro.

Typis Froebelii Rudolstadiensis.

Den Herren Directoren und Lehrern an Gymnasien liefert die Verlagshandlung hier eine Uebersicht der theils fertigen, theils nach dem ursprünglichen Plane noch zu erwartenden Theile der **Bibliotheca Graeca** curant. Fr. Jacobs et V. Chr. Fr. Rost.

A. Poetarum Volumina.

I. II. **Homeri** Ilias ed. Spitzner. Sect. I.—IV. 5 Thlr. 20 ggl.

III. IV. — Odyssea ed. Grasshof.

V. **Hesiodi** carmina ed. Goettling. ed. II. 1 Thlr. 21 ggl.

VI. **Pindari** — — Schneidewin. Vol. I. ed. II. 1 Thlr. 21 ggl. (Vol. II. oder Comment. erscheint Anfang k. Jahres.)

VII. VIII. **Aeschyli** Tragoediae ed. Klausen. Sect. 1. Agamemno 1 Thlr. 20 ggl. Sect. II, Choephorae 1 Thlr. 9 ggl. (durch des Herausgebers Tod vorläufig unterbrochen.)

IX. X. **Sophoclis** Tragoediae ed. Wunder. ed. II. Vol. I. Philoctetes 21 ggl. Oed. Rex 12 ggl. Oed. Colon. 1 Thlr. Antigone ed. III. 14 ggl. Vol. II. Electra 16 ggl. Aiax 16 ggl. Trachiniae 21 ggr.

XI. — XV. **Euripides** ed. Pflugk. Vol. I. ed. II. Medea 12 ggl. Hecuba 10 ggl. Andromache 12 ggl. Heraclidae 12 ggl. Vol. II. Helena 12 ggl. Alcestis 12 ggl. Hercules 15 ggl. Phoenissae ed. Klotz. 21 ggl. (wird fortgesetzt vom Prof. Klotz.)

XVI. **Aristophanis** Comoediae ed. Seidler (noch nicht erschienen.)

XVII. **Theocritus** ed. Wuestemann 1 Thlr. 18 ggl.

XVIII. **Callimachus** ed. Goettling (noch nicht erschienen.)

XIX. **Anacreontis** Carmina ed. Moebius 12 ggl.

XX. **Delectus Epigrammatum** ed. Jacobs 2 Thlr.

B. Scriptorum orat. pedestr.

I. — IV. **Herodotus** (wegen eingetretenen Todes des Prof. Struve noch nicht erschienen.)

V. VI. **Thucydides** ed. Poppo. Vol. I. (lib. 1. 2.) 1 Thlr. 18 ggl. Vol. II. sect. 1 et 2. (lib. 3. 4.) 1 Thlr. 18 ggl.

VII. — X. **Xenophontis** opera. Vol. I. Cyropaedia ed. Bornemann. 1 Thlr. 12 ggl. Vol. II. Memorabilia ed. Kühner 1 Thlr. 12 ggl. Vol. III. Anabasis ed. Kühner Vol. IV. 1. Oeconomicus ed. Breitenbach 21 ggl. Vol. IV. Sect. 2. 3. Agesilaus 12 ggl. Hiero (erscheint bis Ende d. Jahres).

X. — XXII. **Platonis** opera omnia ed. Stallbaum. Vol. I. Apologia ed. III. 21 ggl. Phaedo 18 ggl. Symposium 22 ggl. Vol. II. Gorgias 20 ggl. Protagoras 18 ggl. Vol. III. de Republica 3 Thlr. 12 ggl. Vol. IV. Phaedrus 1 Thlr. Menexenus, Lysis, Hippias 1 Thlr. 6 ggl. Vol. V. Laches, Charm., Alcibiades 1 Thlr. 6 ggl. Cratylus 21 ggl. Vol. VI. Euthydemus 16 ggl. Meno et Eutyphro 1 Thlr. 9 ggl. Vol. VII. Timaeus et Critias 1 Thlr. 18 ggl. Vol. VIII. Theaetetus 1 Thlr. 9 ggl. Sophistes 21 ggl. Vol. IX. Politicus 1 Thlr. 12 ggl. Philebus 1 Thlr. 12 ggl. Vol. X. Leges (unter der Bearbeitung.)

XXIII. **Isocratis** orat. ed. Bremi 20 ggl.

XXIV. **Demosthenis** orationes, angefangen von Bremi fortgesetzt von Sauppe. Vol. I. sect. 1. ed. II. Demosthenis conciones fasc. I. 12 ggl.

XXVa. **Lysiae** orationes sel. ed. Bremi 1 Thlr. 3 ggl.

XXVb. **Aeschinis** orat. in Ctesiphont. ed. Bremi 12 ggl.

XXVI. **Plutarchus** ed. Fr. Jacobs, } (noch nicht er-
XXVII. **Lucianus** } schienen.

Bei Abnahme der ganzen Sammlung mit Verbindlichkeit auf die noch erscheinenden Theile wird der, eigentlich schon erloschene Subscript.-Preis bewilliget. Auch bei Abnahme einer grossen Anzahl von Exempl. einzelner Autoren sind die Buchhandlungen in den Stand gesetzt, besondere Vortheile zu gewähren.

Gotha, im October 1846.

Hennings'sche Buchhandlung.